


Universitätsbibliothek Mannheim

**Phaleg sev de dispersione gentivm et terrarvm divisione
facta in aedificatione turris Babel**

Bochart, Samuel

Rothomagi, 1651

urn:nbn:de:bsz:180-digad-1656



BIBLIOTHEK
DESBILLONS
MANNHEIM

2
12

92
354

H 230 D 33

GEOGRAPHIÆ
SACRÆ PARS PRIOR
PHALEG
SEV
DE DISPERSIONE
GENTIVM ET TERRARVM
DIVISIONE FACTA
in ædificatione turris Babel.

CVM TABVLA CHOROGRAPHICA,
Et duplici Indice, 1. Locorum Scriptura.
2. Rerum Et Verborum.

Adjecti sunt tres alij Indices in fine totius operis.

AVTHORE **SAMVELE BOCHARTO.**



CADOMI,
TYPIS **PETRI CARDONELLI**
Et vancunt ROTHOMAGI,
Apud **IOANNEM BERTHELIN,** in area Palatij.

Anno M. DC. LI.

Cum Privilegio Regis & fœderatarum Belgij Prouinciarum.

ΕΝΔΟΞΟΤΑΤΩ ΚΑΙ ΕΥΓΕΝΕΣΤΑΤΩ

ἀδελ Σαμυήλι Βοχάρτα.

Κῦδ' ὄ γραμματέων, ὡσεύφῆμων δόξα Γαλατῶν,
 Ἀγλαίη κόσμος κέλλιμε κρινοφόρος.
 Εὐκλέες φέχ' ὄ Μυσσῶν, ὦ φοῖβ' ὄ Ἀπόλλων
 Καὶ Χάριτες πᾶσαι σωμαμαχέσσιν ὁμάς.
 Ἡμετέρη σοι Μοῦσα θυῖ, σέτε Μοῦσα Βοχάρτων
 Ὑμνῆ ἡμετέρη, ἔσδὸν ἔργον ὑδῆ.
 Ἐργον παντοτελές, παρὸς τέκος ἄξιον, ὅπῃ
 Μηδεμίας σοφίας ἐστ' ἄποδ' ἀόμδρον.
 Ἐργον τῆδ' μῦθων ἰεραξ, γελᾶον τε Προμηῆς,
 Καὶ κῆστ' ἰω λιθίνῃ Δευκαλίωνα γῆροις.
 Πεπυμῆν φλυαρῶν μῦθῃ, τῆ πολλὰ παλαιὰ
 Νάνυμα πολλ' ἔβῃν, χαρὰ τε πολλὰ κενά.
 Ἐργον ἀνάξ' ἔργων, πολὺ εἰ ἀντάξιον ἄλλων.
 Εἰ γ' ὅ πᾶσιν ὄρ' ὄ, παῖ δ' ἀόριτον ἔφει.

Στέφαν' ὄ Μοναχ' ὄσι



Huid. Rhaleg. Ibid. 1696. fol.
 Opienb. 1756. n. 598. 4^{te}
 Huid. Hierozoicon. Hucti. 1675.
 fol. 2 vol. Opien. 1722. n. 499.
 25^{te} n. 500. Huid. Hierozoicon. Hucti.
 Cad. 1696. fol. 12^{te} 72.
 Geographia. Hucti. 1707.
 fol. 62. Hucti. n. 19. 20^{te}
 Huid. Rhaleg. Cad. 1691. Hucti.
 Ibid. 1696. fol. Lambert. n. 109.
 5^{te} 5^{te}
 Huid. Rhaleg. Cad. 1691. fol.
 Hucti. n. 96. 3 fol.
 Huid. Hierozoicon. Lond. 1683.
 Opien. 1688. n. 54. 21 fol.
 n. 55. Huid. Rhaleg. et Hucti.
 Cad. 1691. fol. 11 fol.
 Hucti. Lond. 1683. fol. Bentl.
 1707. n. 419. 8 fol. n. 418.
 Hucti. Cad. 1691. fol. 5 fol. 5.
 Hucti. Lond. 1683. fol. Bentl.
 fol. 6. Hucti. Hucti. 1730.
 n. 163. 12 fol. 10.

?
 Rhaleg. Cad.
 1696. fol. Hucti.
 1687. p. 17. 17 fol.
 Rh. Ib. 1696. fol.
 Hucti. 1682.
 p. 135. 9 fol. nota
 Hucti. 1691. 4^{te}
 lib. Doctissimi
 et Hucti.
 Rh. Ib. 1696. fol.
 Ludw. 1796.
 n. 79. 2 fl. 6. 6.
 Rh. Ib. 1691. fol.
 Hucti. 1784.
 n. 285. 7^{te}
 Rh. Ib. 1691. fol.
 Hucti. 1774.
 Hucti.

ΕΝΔΟΞΟΤΑΤΩ ΚΑΙ ΕΥΓΕΝΕΣΤΑΤΩ

αὐδ' εἰ Σαμῆλι Βοχάρτω.

Κῦδ' ὄψ' γραμματέων, περὶ φήμων δόξα Γαλατῶν,
 Ἀγλαίη κόσμος κέλλιμε χρυνοφόρος.
 Εὐκλῆς φέγ' ὄψ' Μυσῶν, ὦ φοῖβ' ὄψ' Ἀπόλλων
 Καὶ Χάριτες πᾶσαι σιωμαχέουσι ὁμάς.
 Ἡμετέρη σοὶ Μοῦσα θύξ, σέτε Μοῦσα Βοχάρτων
 Ὑμνὴ ἡμετέρη, ἔσπ' ἔργον ὕδ' ἔ.
 Ἐ'ργον παντοτελές, παῖδ' ἄξιον, ὅπ' ἴ
 Μηδμίαις σοφίας ἐπ' ἄποδ' ὁμόμον.
 Ἐ'ργον τ' ἔμ' μωθῶν ἰέραξ, γελῶν τε Προμηθῆ,
 Καὶ κλέψ' ἴω λιθίνῃ Δευκαλίωνα γήροις.
 Πεπυμῶν φλυαῶν μάστιξ, τῆ πολλὰ παλαιὰ
 Νόημα πολλ' ὄβ' ἔν, χερνά τε πολλὰ κενά.
 Ἐ'ργον ἀνάξ' ἔργων, πολὺ εἰ ἀντάξιον ἄλλων.
 Εἰ γ' ὄψ' πᾶσιν ὄψ' ὄψ', πᾶσιν δ' ἄοριον ἔφ' ἔ.

Στέφαν' ὄψ' Μοναχ' ἔ.



Boscharti geographia. 2. part.
 Cad. 1696. fol. lex. Geogr.
 9 fol. ou 6 fol. 0107.00
 omnia. L. Bat. 1692. 1707. 1712.
 fol. 3 vol. 18 fol.
 Id. Caidoni. 1651. fol. lex. Geogr.
 1757. 6. fol. ou 9 fol.
 Geographia 2 partes. Cad. 1696.
 fol. Caumont. n° 292. 7. 19.
 n° 291. Hieroglyphon. Lond. 1683
 fol. 2 vol. 12. 7.
 Id. Geographia. Cad. 1695. fol.
 Bull. n° 4804. 9. 6.
 Id. Hueti. 1674. 4. Longueue.
 n° 120. 3.
 Id. Cad. 1696. fol. 2 vol. Caunt. n°
 1704. 6. 6.
 Id. Geogr. par les sieurs de Jean
 Leulien et de P. de Villamandry.
 L. Bat. 1712. fol. fig. 3 vol. 61. 12. 12.
 1765. n° 124. 12. 12. 12. 12. 12.
 Id. Phaleg. Cad. 1651. Busoil.
 1723. n° 2217. 3. fol.

2.
 Id. Phaleg. Cad.
 1696. fol. Geogr.
 1687. p. 17. 19. 12.
 Id. Id. 1696. fol.
 Heinzius. 1682.
 p. 135. 9. fl. nota
 Graevii 1691. 17.
 Liber doctissimus
 ex tunc.
 Id. Id. 1696. fol.
 Ludovig. 1795.
 n° 79. 2. fl. 6. 12.
 Id. Id. 1651. fol.
 Schaboung. 1789.
 n° 285. 7.
 Id. Id. 1651. fol.
 Lauer. 1779.
 12. 12. 12. 12.



ILLVSTRISSIMO VIRO
IACOBO TVRGOTIO,
EQVITI, DOMINO DE S.
CLAIR, DE MESNIL-GONDOVIN,
DE S^c HONORINE, DE BONS, DE S^c
Croix, de Noron, de Bellou, de Soufmons &c.
Sacri Consistorij Consiliario.

SAMVEL BOCHARTVS S.P.D.



IR ILLVSTRISIME,

Cadomum Neustriae ocellum, quæ abhinc lustris aliquot nobis pro alterâ patriâ fuit, alij à situ commendant, alij ab aëris salubritate, alij ab arce & mœnibus, alij propter Academiam, quæ viros omnium scientiarum genere cultissimos semper fovit in sinu suo. Nos miramur ob id maxime quod incolas habeat elegantissimi ingenij, & ad omnia ductilis: Quibus quicquid serio aggrediuntur ita succedit, ut ad id unum nati esse videantur. Pluribus exemplis id confirmare nobis esset obvium, si hæc res ageretur: Sed unus eris instar omnium, Vir illustrissime, qui hic natus & educatus in nobilissimâ familiâ, post studiorum curriculum tam feliciter emensum ut in hoc stadia paucos habueris equales, neminem superiorem, in iuuenili seruire etatis ad arma te conuertisti, & cataphractorum equitum antesignanus non vulgaris fortitudinis exempla edidisti. Quâ contentus adorea, studia ad tempus intermissa maiore nisu repetiisti, ita ut cum inter primos in foro emineres, consentientibus omnium votis & suffragiis in Rhotomagensi curiâ Senatorum albo adscriptus sis. Sed quæ merita hanc dignitatem tibi conciliauerant mox eandem eripuerunt, ut ad altiora prouebereris. Nimirum excelsus ille animus

diu calari & Neustria nostra finibus cohiberi non potuit. Sublimio-
re theatro fuit opus, è quò virtutum tuarum splendor latius se dif-
funderet. Proinde ad urbem regni metropolim è patrio solo euoca-
tus es, inter aula proceres deinceps habendus. Et post nauatam ali-
quandiu regi & regno fidelem operam in eorum illustri collegio per
quos desideria supplicum principi innotescunt, tandem in eum ordi-
nem receptus es quò, non iam dico Gallia, sed vniuersus orbis nul-
lum nouit augustiorem. Illorum ordinem intelligo qui ad clauum rei-
publice sedent, ut regni amplissimi curas cum rege partiantur. In
quà dignitate quantà cum laude uerferis, quam in deliberando so-
lertiam, quam in dicendo facundiam, quos in aggrediendo animos,
quam in exequendo fidem & sedulitatem exhibeas, uerbis exprime-
re nostrum non est. Nec praconio nostro egent hae uirtutes ubiq; no-
ta. At preterire non possum quà comitate me exceperis, imo coepe-
ris, quoties te interpellare ausus sum: Et quò fauore immerentem
prosecutus sis, quandocumque me coegit ferro trabali uincta neces-
sitas patrocinium tuum implorare atque exposcere. Hoc precipuum
quod fratrem tuum (virum amplissimum, doctissimum, integerrim-
um, in eà curià Praesidem in quà tu olim Senatoris egisti partes)
ita mihi conciliasti, ut nunquam par sim futurus meritis utriusq;
uestrum erga me celebrandis. Itaque, quod unum possum, collata in
me beneficia gratà mente recolam, perpetuique cultus & obsequij
nexu uobis deuinctus adhaerescam dum spiritus hos reget artus. Cu-
ius animi exiguum sed fidum pignus hoc quicquid est operis tibi
consecro & offero. Tu beneuole suscipe, & à claritate nominis tui
tenui huic & obscurae scriptioni splendoris nonnihil mutuare. Da-
tum Cadomi, pridie cal. Nouemb. A. MDCXLVI.



IN EXIMIVM OPVS SVMMI VIRI
SAMVELIS BOCHARTI
 DE GEOGRAPHIA SACRA.

Numine placato facies cum reddita terris
 Prima fuit, solis octo superstibus:
 Quis prima emergens regio est habitata colonis,
 Traxit & unde suos insula quæque viros.
 Priscorum mendax commenta est fabula vatam,
 Sincerumque nihil, nil sine labe fuit.
 Sordibus ex istis densa & caligine lucem
 Eruere, humanæ non fuit artis opus.
 Desperata aliis vnus tentare BOCHARTVS
 Ausus, & ignotas primus inire vias.
 Huic promunt Arabes, Phœnix, Chaldaeus & Indus,
 Quas proprio gazas continuere sinu.
 Purior & sacris hauritur fontibus unda,
 Diuite quam venâ nobile fundit opus.

CLAVDIVS SARRAVIVS Senator
 in supremâ Curiâ Parisienâ.

EIDEM DEORVM
 gentiliam Apanthroposis.

Magna Deum genitrix quæ tot facunda nepotes
 Ausa dedisse polo, Satanae dum regna manebant,
 Desine maesta tuos ad sidera tollere vultus:
 Expulit inde gregem natorum docta BOCHARTI
 Pagina, calicolas quos credula finxerat olim
 Simplicitas. Non astra regit, non fulmina torquet
 Iuppiter ille tuus, neque gentibus imperat ullis.
 Quis fuerit quantusque docet, dum vita manebat,
 Hic liber, & quali persuncti munere fratres.
 Quasque procul terras habitauerit impia proles.
 Vt queat è superis tot numina pellerè regnis,
 Non cupit impositum conscendere Pelion Ossæ.
 Sed velut ense potens diuini janitor horti,
 Solo Scripturæ gladio fugat agmina victor,
 Gentilesque Deos toto procul arcet Olympo,
 Postquam sideris insignibus exiit omnes,
 Et dedit esse homines mortali sanguine cretos.
 Sic ubi ridendas peragit comædia partes,
 Quem sceptro & gemmis & maiestate superbum

Suum cui-
 que Deo
 sydas alli-
 gnatum.

Christi a-
páthropo-
fis. Fidelis
apothecosis.

Imperioque vides, hic mox cessante theatro
Fit miser, & laceris errat per compita pannis.
O fortunatos quibus hæc in tempora nasci
Contigit, errores queis dissipat alta BOCHARTI
Mens agitata Deo! Quod si te prisca tulissent
Sæcula, non falsis extructa altaria Diuis,
Non ut vera (nefas) coluissent numina quorum
Mortalis natura fuit. De faucibus Orci
Auxilio iam rapta tuo, quas solvere grates
Ethnica gens poterit solum nunc fassa tonantem,
Qui Deus humanos pro nobis induit artus,
Diuinamque homini peperit per funera vitam?
Scilicet ut Latio seruati gloria ciuis
Querna corona fuit spectati roboris index,
Sic Erebi te victorem post fata beatum
Incorrupta manet cælo plaudente corona.

PHILIPPVS LE SVEVR DE PETIVILLE,
Senator in supr. curia Rhotomag.

E I D E M.

Dum sacrae explanans ignota volumina chartæ,
Docta hominum fictos pagina ridet auos.
Restituitque orbi veros veteresque colonos,
Et reteggit cunctis quæ sit origo viris.
Quam tibi conueniunt diuini verba poetæ!
Quamque tuum pulchro carmine laudat opus!
Iam noua progenies cælo demittitur alto,
Auctorem rursus quæ super astra feret.
Carminem nimirum felix BOCHARTE Maronis,
Quod te qui posset dicere solus erat.

IO. FRANCISCVS SARACENVS.

E I D E M Εὐχαριστῶν.

O dignum cedro & victurum in sæcula librum!
O Superis dignum quod mihi mittis opus!
Ditior in nostris non surgit pagina terris,
Non ipsa Herois pagina Salmasij.
Namque habet & vocum Veneres, & pondera rerum
Continet, & doctus quas capit orbis opes.
Quærebas quis erat vacuæ vetus incola terræ,
Quas habuit soboles, quas habuitque domos.
Nuntiat hoc populis volitat quæ fama per orbem.
Nec mora gestit auos noscere quisque suos.

Gestit, Et ut cuncti promisso munere gaudent,
Gratum opus exornant munere quisque suo.
Hæc fluit Et Latia felix opulentia linguae:
Musarumque parens Græcia tota fluit.
Contulit Et gazas potat qui flumina Nili.
Contulit Eois proximus Indus equis.
Thesaurus Et Arabs, Et reclusere Sabæi,
Et Chaldæus opes donat, Et Assyrius.
Non tibi diuitias Batauis, non Tauto negavit,
Non Geta, non Celtæ, sit licet hostis, Iber.
At dedit ante alios Byrsæ pugnacis alumnus,
Atque opus ornauit, doctæ BOCHARTE, tuum.
Quas tibi, quas referam pro tali munere grates?
Credo equidem dignas nemo referre queat.
Sed quas non alius, quas non ego soluere possum,
Ne dubitâ, soluent postera sæcla tibi.

ÆGID. MENAGIVS.

E I D E M.

Sol oculos pleno perstringit lumine fulgens,
Sic aciem mentis scripta BOCHARTE tua.
Configis cornicum oculos, doctique fatentur
Hæcenus in tenebris se iacuisse meris.
Heli senex rediuiuo iterum à Samuele docetur,
Et fit discipulus qui modo doctor erat.

1. Sam. 3. 10.

IACOBVS BRIDOV Collega.

E I D E M.

Premia BOCHARTO quis digna rependere possit,
Qui nobis adeo nobile promit opus?
Obscura illustrat, pandit confusa, reuelat
Arcana, Et nulli cognita multa docet.
Infanda errorum pridem quæ monstra vetustas
Finxerat, Herculeâ conficit ille manu.
Orcus adoranda illuso quæ numina mundo
Suaferat, in Stygiis quam bene mersat aquis.
Factitios fugat ille Deos, illustrior inde
Emicet ut veri gloria celsa Dei.
Vis plura? ignotum referat mortalibus orbem,
Et prius occultas monstrat in orbe vias.
Nomina tot reteggit priscis incognita sacris,
Tot loca, tot populos, tot monumenta virum,

1. Sam. 3. 10.

*Vt merito dicas : Hic orbem reddidit orbi,
Hic mundum veteri fecit in orbe nouum.*

PETRVS DV BOSCO Collega.

E I D E M.

BOCHARTE, antiquo generis qui stemmate fulges,
Clarius at propria nobilitate micas.
Hellados, & Latij, spoliisque Orientis onusto,
Artesque & linguas cui tot habere datum.
Quâ Genesis referas mysteria, viuere cunctas
Per geneses dabit hæc pagina docta tibi.
Nam quod nemo prius (conantum & plurima turba est)
Vnus tu profers abdita sensa palam.
Chartis quicquid habet terrarum legifer Heros,
Nunc pede inoffenso Lector obire potest.
Nosse coloratas vicino Hyperione gentes,
Et quascunque Orbis machina vasta capit.
Et vatium commenta, & quicquid Græcia mendax
Ausâ Deum est vanâ fingere in historiâ.
Jamque datur sobolem patris agnouisse Noachi,
Mundum qui retro vidit & ante bifrons.
Atque vagis latè populos erroribus actos
Quos vatis codex principis enumerat.
Enumerat, sed erant cæcis hæc mersa latebris,
Quæ nunc BOCHARTI post monumenta patent.
Cedite vosque noui doctores, vosque vetusti:
In lucem vestris clarius exit opus.
Est primus scriptor Moses, Samuelque secundus:
Primus at interpres Moses hic est Samuel.

N. N.

E I D E M.

Abstulit hic Mosi quæ cornua cæca vetustas
Imposuit, lumen restituitque suum.

IACOBVS SAVARY.

E I D E M.

IN Chaos antiquum Babylone redinerat orbis,
Nunc iterum ex tenebris lux redinua micat.

IOHANNES LE MYERE.

Ad lectorem

AD LECTOREM PRÆFATIO

IN QUATUOR LIBROS PHALEG.

ANno proxime præterito rogatus ab amicis ut sententiam meam scriberem de loco Paradisi terrestris, nouam institui viam, neque à quocquam tuam hæctenus. Quod cum ipsa nouitate illis displicere sensissem qui decessorum sententiis hærent ita mordicus ut ne latum quidem unguem ab iis discedere fas putent: Operæpretium me facturum putavi, si ut ex hominum animis hunc errorem reuellerem, altero exemplo docerem, eoque perillustri, Geographica Mosis vocabula nondum fuisse satis cognita. Consilium igitur fuit tractatui de Paradiso pro appendice subnectere breuè expositionem decimi capituli Geneseos de humani generis propagatione ex stirpe Noæ. Ex quâ non veteres modo sed & nouitios interpretes horum ignoratione à sacri scriptoris scopo sæpe aberrasse pateret. Sed hoc meditati mihi tam multa se obtulerunt ut quod unius capituli angustiis concludi posse speraueram sub manum creuerit in multos libros.

Itaque pro appendice ad libellum de Paradiso propediem edendum si dederit Deus, et tibi Lector separatim opus de dispersione gentium à Babiloniâ factâ, & diuisione terrarum inter Noæ posteros. De quò argumentò plurimi nonnulla strictim & obiter, nemo accurate scripsit hæctenus. Quod sæpe mirari subiit, cum nobilissimum sit argumentum, & res scitu pernecessaria. Neque enim aliud quicquam superest unde prisca gentium origines exsculpamus. Nam Chaldæorum, Phœnicum & Ægyptiorum monumenta pridem consumpsit ætas. Et Saiticus ille sacerdos *Patenit* nomine de quò Proclus post Platonem in *Timæo*, Græcos merito asserbat semper esse pueros nec unquam senes, ut pote veræ vetustatis prorsus ignaros. Proinde quoties de rebus vetustis sermonem instituunt ad ridiculas fabulas deuolvuntur. Atque alij se ex quercubus aut lapidibus, alij ex fungis, alij ex cicadis, alij ex formicis, alij ex draconis dentibus se fabulantur ortos. Quis porro gentium aliarum incunabula & primordia edoceri posse se putet ab iis qui de propriâ origine talia mentiuntur? Itaque hoc restat unicum, ut ad sacram anchoram hoc est ad Scripturam confugiamus: Quæ non solum in genere docet omnes homines ex vno semine esse editos, nempe ex Adamo in creatione, & post diluuium ex Noâ & tribus filiis, sed & recenset nepotes Noæ, & qui populi ex singulis ortum duxerint. Ita ut ex vno capite Mosis, si modo recte intelligatur, multo plura & certiora possint erui de populorum originibus quam ex omnibus quotquot supersunt vetustissimarum gentium monumentis.

Verum enimvero non est cuiusvis hoc interpretari commode & ad scriptoris mentem. Neque enim plerasque gentes iisdem vocabulis Ebræi appellant quibus exotici scriptores. Peregrina illa nomina tanquam absona & incondita Græci vel reiecere prorsus, vel ita interpolauere ut quæ manent vestigia veteris appellationis sæpe fugiant perspicacissimos. Inde factum ut veteres in tam diuersa abierint. Aliter enim hæc nomina Iosephus

Collega.

Y.

R. E.

lectorem

P R Æ F A T I O.

interpretatur, aliter Africanus, quos sequuntur plerique patres, aliter Chaldæi paraphrastæ, aliter Arabs interpres Lutetiæ nuper editus, aliter denique Gorjonides, & author libri Iuchasim. Et in hâc interpretationum varietate recentiores suspensi hærent, nec habent quod sequantur. Nos in hoc opere conati sumus his tenebris lucem inferre, partim ea tuendo nouâq; argumentorum accessione firmando quæ à veteribus recte dicta sunt, partim etiam ea oppugnando in quibus videntur errasse. Nec defuere rationes quibus vtrumque præstaremus.

Prima, quæque est maxime obuia ducitur ex sono vocis. Nam vt veteribus Madai Medos significat, Iauan Iones, Thiras Thraces, Pelistim Palæstinos, Sidon Sidonios, Arki Arcæos, Arvad Aradios, Elam Elymæos, Asfur Assyrios, Lud Lydos propter soni vicinitatem. Ita nobis Mesech & Tubal sunt Moschi & Tibareni: Askenaz Phrygia minor, vbi Ascania regio & vrbs, & Ascaniæ insulæ, & Bithynia, vbi Ascanius amnis, & in proximo Pontus Axenus: Togarmavel Torgama Cappadocia, vbi Trogmi populi: Elisa Peloponnesus, vbi Elis & Alifrum: Tarsis Phœnicie Tartis; Hispania vbi Tartessis regio & Tartessus vrbs & amnis: Rhodanim Gallia vbi Rhodanus, Rhodumna, Rhedones &c. Chus Arabia Saracenicæ, vnde geminatis radicalibus כוש is est conuersio ad Saracenisimum: Et huius colonia trans Tigrim Ebraice Chus & Chuth, Græce Cissia, Perfice & Arabice Chuzestan appellatur. Chusi filij Seba, Chauila, Sabtha, Rhegma, Sabteca, Græcis Sabæi, Chaulotæi seu Chablasij, Saphtha & Sophtha, Rhegma, Samydace: Nepotes Seba & Dedan, vnde alij Sabæi, & Daden regio & vrbs ad mare Persicum. Sic Babel est Babylon, Erec Arecca, Acchad vel Archad Sittace ad fluuium Argadem, Niniue Ninus cuius nomen plenum extat in Ptolemæo & Ammiano. Calach Calachenæ regioni nomen dedit. Pathros vel Phathures est Thebais vbi Paturis oppidum & nomus Phanturites: Rahab Aegypti Delta Rib hodieq; dictum: Casluchim Colchi: Semari Simyra: Arpaxad Arrapachitis: Aram Arimi seu Syri, פריז *Vts* vel פריז *Guts* vbi *Gaut* vel פריז *Gauta*, id est vallis circa Damascum. Mas seu Mesech Masiani ad montem Masium, vnde Masca fluuius. Rursus Mesa vel Mufa & Saphar vbi habitauit Iectan cum filiis loca sunt Arabiæ Fœlicis ex Plinio, Arriano & Ptolemæo notissima. Et à Iectane qui & Cahtan, Catanitæ dicuntur, & Baifat Iectan oppidum: Ab Almodad Allumæotæ: A Selephe Salapeni: Ab Hatsarmaueth, vel Hadhramauth vt scribunt Arabes Attramotæ: Ab Hadoramo Drimati: Ab Vzale vel Auzale Aufara: Ab Obale vel Aubale Abalitæ: Ab Abimaele vel Abimâle Mali regio & Malitæ vel Manitæ populi: A Seba Sabæi illi celebres ad mare Rubrum: A Chauila Chaulan: Ab Iobabo Iobabitæ qui Ptolemæo mendose Iobaritæ.

In hoc argumento plus est virium cum pro vnâ aut alterâ allusione plures occurrunt. Exemplo sit nomen Thiras, quô non solum Θεῖρος & Θηῖρος, sed & Thuras alludit vnum è Martis nominibus qui fuit Thracum Deus, Terus item & Therops Thracum reges vetustissimi, Teres & Tiris Thracica nomina; Athyras, Tyras, Tearus, Tyrias amnes Thraciæ aut vicini, Tyristasis vrbs, Thrasum regio, Trausi populi.

P R Æ F A T I O.

Interim hinc cauendum ne plus nimio nobis indulgeamus, & vocum originem hinc referamus quæ iam aliunde notæ sunt. Vt Iosephus qui à Mesa deducit Mesenæos circa Pasini castrum: Cum ibi *Meslun* dicatur ea regio quæ media est inter duo Tigridis ostia. Et Græci qui Rhodanim volunt esse Rhodios; Cum Rhod Phœnicie dicatur, vt Græce Ophiusa, à dracone quò occisò Phoibas in cælum translatus est ab astronomis & Ophiuchus dictus. Sic Cimmeriis nomen non fecit Gomer, vt volunt recentiores, sed *גמריר* *cimrir* tenebrarum atrox; Nec Pathros Petræis Arabibus, sed Petra vrbs metropolis: Nec Aram Armenis, sed *הרי מני* *hare Mini* montana Mini vel Minyadis regionis vicinæ Ararat, cuius meminere Ieremias & Nicolaus Damascenus apud Iosephum: Nec Mesech Mossynæcis, sed *μύσωνες* seu turres lignæ quæ sunt illis instar ædium: Nec à Chalne fit Callinifum vel Callinicum, sed à conditore Seleuco Callinico. Eos nihilo plus probo qui nimum remota consecretantur, vt qui ex Chaulâ deducit Babytacen & Sachalitas ex Sabteca. Et in vltimo Septentrione Opharitas & Sarmatas ab Ophir & Hatsarmaueth qui in extremo Austro siti sunt.

Ierem. 51.
27. Ioseph.
antiq. lib.
1. cap. 4.

Profuit etiam attendere ad vocum significationes quæ raro sunt otiosæ. Itaque vt in filiis Chanaan Sidoniis à piscatu nomen, Hetthæis à terrendo propter Anakæos admixtos ipsâ staturâ terribiles; Pherezæis à pagis, Sinæis à luto sò, Guerguesæis ab argillo sò solò, Heuæis à serpentibus propter vitam Troglodyticam: Ita in Arabiâ Diklæi Minæorum pars à palmis dicti sunt quibus fertiles illorum agri, Ierachæi à Lunæ cultu vt Arabice Alilæi, Iobabitæ ab eremo, Sabæi à captiuitate, quia regi ex palatio suo prodire vetitum fuit sub pœnâ lapidationis. Et in Aegypto Delta *Rahab* seu *Rib* appellabatur à pyri formâ. Pyrum enim *rib* Aegyptiis. Vnde est quod *Athribin*, oppidi nomen in medio Delta, Orion *καρδίας ἀμλων* *cor pyrorum* explicat. Thebæ quoque dictæ *No-Amon* vel *Amon-No* in prophetis aliquoties; id est Ammonis fanum aut sedes ibi impense culti. Et Nilus *שחר* *Sihor* vel *Siris* vt Græci scribunt à nigredine. Regio enim quam alluit est *μεγαλειδος*, vt Plutarchus author est, & eius atrore aqua inficitur. Aegyptus ipsa deniq; *Misrajim* nominatur ab angustiis, aut etiam à situ loci quò nullus natura tutior. Nam Ebræa vox vt rouis potest referri. Et circa Aegyptum Succhæi sunt Troglodytæ, quia *סוכה* *succha* est antrum: Ludæi Aethiopes, vt *לוד* *lud* anfractus fluuij, quia Nilus in Aethiopiâ maxime sinuosus est: Lehabæi Libyægyptij Aethiopibus vicini, quia *להבה* *lehaba* est ardor Solis: Lubæi incolæ Xerolibyæ, quia *לוב* *lub* sitim sonat: Phutæi etiam iidem id est dispersi appellantur, propter habitationes in Africâ hinc inde sparsas, vt maculas in pelle pardi: Ammonij *גנמים* *Anamim* vel *Ganamim*, propter pastum ex carne & vestitum ex pelle ouium, quia *גנאם* *ganam* est ouis, vt eâ specie taceam ab iis coli Deum Ammonem. Naphtuhæi in Marmaricæ maritimis ab Aegypto *נפת* quo litora montibus intercisa significari scribit Plutarchus in Iside: *Chub* locus circa Aegyptum Ezech. 30. 5. Paliurus Marmaricæ vrbs & lacus: quia Syris *כוב* *chub* paliurû sonat. Itidem in Europâ Galli *Rhodanim* dicti videntur à flauis crinibus, quia *רודני* *rhadini* Arabice flauû aut croceum sonat; Et Latium *Citthim*, quia *צתים* *cthim* est latens, ita vt tam

PRÆFATIO.

Citthim quam Latij vox ad latebras alludat. Et in Asiâ *Lud* Lydia vocata est à *Mæandri* flexibus, vt *Aethiopia* in *Africâ*, vbi authore *Herodoto* *σιελιὸς καὶ πῆρο Μαίανδρος ἐστὶ ὁ Νῆλος*. *Mæandri* instar *sinuosus* est *Nilus*. *Phrygiam* etiam coniectamus *Ebraice* appellari *Gomer* à consumendo, vt *Græce* *Φρυγίη* ἀπὸ τῆς φρυγίης à torrendo, propter partem eius *κατακαυμένω*, quæ videtur fulmine ambusta: Et *Tubal* *Tibareniam* vbi *Chalybes*, atque *æris* & *ferri* fodinæ, quia *tubal* est squama *ferri* & *æris*: *Moschicam* quoque *Mesech* à longo tractu montium: Et *Sidenem* vel *Siden* *Capthor*, quia vtrumque est *malum Punicum*. Atque vt *Aram Naharajim*, id est *Syria* duorum fluminum, *Mesopotamia* dicitur propter *Tigrim* & *Euphratem* illam ambitu suo complectentes, ita è duabus *Mesopotamiæ* partibus cultiori nomen *Paddan-Aram*, quia *פדאן Phaddan* *Arabice* est *cultus ager*. Sic *Assur* *Assyria* dicta est quasi *beatum solum*, quia *terra est frumenti* & *mistis*, *terra panis* & *vinearum*, *terra olei* & *mellis* 2. Reg. 18. 20. Vt *amomum* & *unguenta* taceam & *Assyrios* odores. Et *Sinhar* terra est *שנער* quæ excussit incolas suos, vt *Babel* locus in quo *בלבול* confusio facta linguarum. Et *Niniue* *בין נין* *Nini* sedes: Et *Erec* *ארך* à longitudine dicta est, vt quam *Euphrates* ter allueret: Et *Rehoboth* *רחובות* à platæis: Et *Susa* vel *Susan* *שושן* à *liliis* ἀπὸ τῆς κελύων, non à fontibus ἀπὸ τῆς κρήνων, vt in *Stephano* perperam legit *Aurogallus*.

Hoc *Græcos* non prorsus latuit, qui quandoque pro *Ebræis* verbis alia adhibent ἰσοδωάμα. Inde est quod *Sin* *Πηλῶσιον* vocant nomine æque facto à luto, & *Thebas* *Δύσσηλον* pro *Ebræo* *No-Amon*, & *Nilum* *Μέγαρα* pro *Ebr.* *נהר* *Sihor* quod *nigrum* sonat. Sic in *Vibicij* *Tacticis* *Galli* vocantur *πὲρ ξασθῆ*, quomodo *Ebraice* *Rhodanim* id est *flauus*. Tale est quod iam diximus *Phrygiam* & *Gomer*, *Siden* & *Capthor*, *Latium* & *Citthim* idem sonare diuersis linguis. Neque aliud causæ fuit cur *Ezech.* 27. 11. *גומדין* *Gammadim* *Aquila* *Πυγμαῖος* *Pugmæos* redderet, quam quia *גומד* *gomed* est *πυγμα* mensura cubiti, & *μαῖος* idem quod *σηχῆτος* seu cubitalis. Atque id ipsum respexere qui primi *Mæones* pro *Lydis* vsurparunt, & *Mæoniam* pro *Lydia*, & *Mæandrum* pro *amne Lud*, tanquam ἀπὸ τῆς μαῖᾶς ab obstetricando, quia *μή* est partus, & *μαῖ* obstetricari. Quanquam illos fugit ratio. Id enim verissimum quod supra est obseruatum, tam in *Asiâ* *Lydiam* quam in *Africâ* *Aethiopiam* *Ebraice* dici *Lud* à flexu annium.

Nec frustra obseruari *Scripturæ* synonyma docent pauca hæc exempla. I. *Assyrij* leguntur *Israëlitæ* deportasse in *Chalach*, *Chabor*, *Hara* & *amnem Gozan* 1. Par. 5. 26. Et *Hara* doctissimo *Schikardo* & aliis videtur esse *Aria* regio prope *Paropamisum* non procul ab orâ *Indiæ*. Nempe illos fugit *Hara* ibi esse pro *Madai* seu *Mediâ*, vt planum erit hunc locum conferenti cum 2. Reg. 17. 6. & 18. 11. Itaque *Hara* est *Media*, quæ & ipsa *Aria* dicta est, vt docet *Pausanias* in *Corinthiacis*. Vnde est quod *Arios* pro *Medis* legere est in *Herodoti* *Polyhymniâ*. Sed & apud *Ptolemæum* in *Assyriæ* parte quæ *Mediam* attingit est mons *Chaboras*, nec procul inde *Calachene*; Et in ipsâ *Mediâ* *Gauzanis* vrbis dicta, vt verissimile est, de nomine vicini *amnis*, quem *Persæ* deinceps rerum potiti pro *Gozan* *Cyrum* appellarunt:

P R Æ F A T I O.

Ira ut iam nulla superfit dubitandi materia. II. Reginam Saba non fuisse Æthiopiſſam, ut Iosephus & alij ſtatuunt, ſed in Arabiâ regnaſſe Chriſtus aperte clamat, cum pro reginâ Saba nominat reginam Auſtri. Ebræis enim & Syris & Arabibus regnum *Ieman*, id eſt Auſtri, eſt Arabiæ pars aromatiſera. III. Ita Chus in Æthiopiâ non eſſe, ut volunt veteres, ſed in aditu Arabiæ Felicis ad mare Rubrum ubi Madian ex eô patet quod Madian & Chus vel Chusan pro ſynonymis adhibentur Hab. 3. 7. Proinde Num. 12. 1. Chufitis appellatur Sephora vxor Moſis quæ Madianitis erat. Et iuxta Chaldæam paraphraſim Cantic. 1. 5. filij Chus habitant in tentoriis Kedar, id eſt inter Cedreos Arabes quos circa eadem loca ponit Plinius lib. 5. cap. 11. I V. Paddan Aram ex Arabiſmo me recte explicariſſe Meſopotamiæ cultam partem, colligere eſt ex Of. 12. 13. ubi propheta Iacobum fugiſſe ſcribit in שדה ארם *Sede-Aram*. Ita ut ibi *sede* id ipſum ſit quod Moſi פדן *Paddan*. Porro, ex omnium conſenſu, שדה *sede* eſt cultus ager.

Nec oſcitanter prætereunda quæ pertinent ad gentium κειθήνια & characteres, in quibus ſacris ſcriptoribus cum profanis mire conuenit. Sic in his prophetæ Habac. 3. 7. *In loco vano vidi tentoria Chusan, commota ſunt aulaa terræ Madian*, clarum eſt agi de Saracenis, quos ob id ipſum Scenitas veteres appellarunt quod ſub aulais ſemper degerent. Nec minus in eodem quadrant hæc Ieremiæ cap. 13. verſ. 23. *Nunquid mutabit Chufæus cūtem ſuam*. Saracenis enim color eſt inter fuluum & nigrum, ut Vartomanus author eſt, qui Mecchæ diu habitauit. Quô faciunt hæc Chaldæi paraphraſtæ Cant. 1. 5. *Nigræ fuerunt facies eorum ut filiorum Chus qui habitant in tentoriis Kedar*. Sabæi item ut Eſ. 45. 14. deſcribuntur אנושי מדה *viri menſuræ* id eſt proceri, ita in Agatharchide habent τὰ σώματα ἀξιοθαύτατα corpora ſpectabiliora. Et Ezech. 27. 8. Tyriis adſunt pro remigibus incolæ Sidonis & Aruad, id eſt Sidonij & Aradij, quorum φιλῶπονίας πρὸς τὴν θαλάσσιον rei naualis ſtudium Strabo multum extollit. At Ierem. 46. 9. Phutæos id eſt Libes clypei inſigniunt. *Phutæi*, inquit, אפשי מן *apprehendentes clypeum*. Nempe Libes teſte Herodoto in Melpomene utebantur armis Ægyptiis. Porro Ægyptij pugnant σὺν ἀσπίσι καὶ ποδίρεσι inſtructi clypeis ad pedes uſque porrectis, ut habetur in Xenophonte lib. 6. Cyrop. Vnde eſt quod Maximus Tyrius ſermone tertio meminit *Medici equitatus, curruum Perſcorum & ἀσπίδων Ἀιγυπτίων ſcutorum Ægyptiorum*. Rurſus Ezech. 38. 15. in copiis Gog id eſt Scytharum omnes equitant, quomodo Scythæ deſcribuntur ab Hippocrate σὺν ἵππῳ ἰσχυρὸν ἀεὶ ἰσχυρόμενοι *ab equitatione ſemper deſeſſi*. Et Ezech. 39. 3. minatur Deus ſe excuſſurum illorum arcus & ſagittas, quæ ſunt Scytharum arma perpetua. Neque aliter inſtructi Perſæ, Suſij & Elymæi. Quo pertinet illud prophetæ Eſ. 22. 6. *Elam ſumpſit pharetram*. Et Ierem 49. 35. *Confringam arcum Elam*. Leguntur tamen Æthiopes arcuum mole, crebrâ iaculatione, & ſagittandi peritiâ mortales omnes longo interuallo ſuperariſſe. Proinde rex Macroborum Æthiopum arcum ſuum ad Cambyſem mit-tens, illum monuit ut tum demum moueret bellum in ſuos *cum Perſæ tam facile traherent arcus tantæ magnitudinis*. Herodoti verba ſunt Muſâ tertiâ. Merito igitur Ludæos id eſt Æthiopes deſcribit Ieremias חפשי דרכי קשה

Ierem. 46. 9.
Eſ. 66. 19.

P R Æ F A T I O.

tractantes & tendentes arcum, & Esaias קשה שרבי *trahentes arcum*. Sed & in Aruc Ludæi בני אדם *qui comedunt filios hominum* necessario sunt Aethiopes, quia extra Aethiopiam Africa nullos nouit anthropophagos. Neque alij Ludæi illi quos Talmudici horâ quauis ruere in cibum dicitant. Diodorus enim lib. 3. id ipsum habet de Æthiopibus Ichthyophagis. Quamquam Ichthyophagorum proprium nomen est סיימ *Sijim*, quod docent verba Psaltis Ps. 74. 14. *Tu confregisti capita Leuiathan, & dedisti in cibum populo Sijim*, id est Ichthyophagis qui è balænis in terram eiectis victum sibi comparabant, vt scribunt Agatharchides, Diodorus & Aben Ezra.

De Sabba-
tho fol. 10.
1.

Hoc quoque valde obseruandum est quid ex singulis locis exportetur. Putâ argentum, ferrum, stannum & plumbum ex Tarsis ad Tyrias nundinas Ezech. 27. 12. Ex quô argumento vel vnico abunde patet Tarsis nec esse Ciliciæ Tarsum, nec Africam aut Carthaginem, vbi metalla nulla, quamuis aliter statuat Theodoretus in Ieremiam cap. 10. Lucanus de Africa lib. 9.

*In nullas vitiatur opes, non ære nec auro
Excoquitur.*

Sed Tarsis est Hispaniæ Tartessis, quæ his ipsis metallis fuit olim ita fecunda, vt prisca Phœnices argenti vi maximâ inde collectâ immensas opes comparauerint, vt testatur Aristoteles in libris mirabilium, & Posidonius apud Diodorum lib. 5. Sic Ezech. 27. 6. buxus ad transtra nauium petitur ex insulis Citthim id est Italicis, in quô numerô est Corsica, vbi buxum esse crassissimam & pulcherrimam ex Plinio scimus & Diodoro & Theophrasto. Et versu sequente purpura ex insulis Elisa purpura est Laconica & Hermionica; Ex Cytheris item, & Gyaro, & Amorgo, & Co, & Nisyro, & Rhodo, & Carpatho, aliisque insulis circa Græciam, vbi purpuræ prouentus fuit vberimus. Et versu 13. mancipia ex Iauan & Tubal, id est Ionica & Tabarenica seu Cappadocica, quia Tibarenia pars fuit Cappadociæ. Vtraque apud veteres celeberrima. Sed Cappadocica vilissima, vt ex Plutarchi Lucullo constat, & Appiani Mithridaticis. Græca autem & Ionica tanti pretij vt ob id ipsum Darius bellum intulerit Græcis Atossæ vxoris impulsu, vt debellatâ Græciâ huiusmodi mancipiorum liberior esset optio. Ibidem æs ex Iauan & Tubal, id est Euboicum quod Strabo & Mossynæcum quod Philosophus tam impense laudant. Quippe ad Tibareniam Mossynæci pertinent. Aut si Ebræâ voce נחש chalybem intelligas, quomodo multi Ebræi, ibidem erant Chalybes à quibus chalybi nomen. Et in chalybis speciebus cum Chalybdico, Sinopico, & Lydio, Laconicum commendat Daimachus apud Stephanum & Eustathium in Catalogo pag. 222. Eiusdem capitij versu 14. Tyrij mulos & equos ex Togarma sibi comparant. Inde collige Togarma non esse Turcomanniam, nec vllam partem Scythiæ, vbi, Herodoto, Strabone & Aeliano testibus, asini non sunt, ac proinde nec vlli muli. Sed in Cappadociâ mulos Hæneticos poëta laudat. Et equorum tanta fuit nobilitas vt eos Romani Cæsares sibi solis seruari voluerint. Proinde vt Geographus author est Persis pro tributo annuo conferebat Cappadocia bis mille mulos & equos mille quingentos. Vinum *Chelbon* versu 18. deferretur ex Damasco. Χαλυβωνιον *Chalybonium* Græci vocant. Ita Strabo, Athe-

PRÆFATIO.

næus, Hefychius & Eustathius. Mendose scribitur in Suidâ *Χαλυβώνιος οίνος* per δ, & in Plutarcho de fortunâ Alexandri *Καλυβώνιος* per κ & δ. Huius vini præstantiam ex eò collige quod Perfarum reges vt triticum ex Assô Aeolidis, & aquam ex Eulæo petebant, ita *οίνον ἐκ Συρίας ἢ Χαλυβώνιον vinum ex Syriâ Chalybonium*, vt asserit Strabo lib. 15. Nomen à Chalybonē oppido Syriæ notissimo, metropoli Chalybonitidis. Multi putant esse *αὐτὴν Ἀλεππὺν*, quæ aliis est Berrhœa veterum. Iam nē mireris apud prophetam vinum Chalybonium non è Chalybone sed è Damasco Tyrum importari, obseruâ hæc Athenæi lib. 1. cap. 22. *Ὁ Περσῶν βασιλεὺς ἢ Χαλυβώνιον μόνον οἶνον ἔπιπεν, ὃν φησὶ Πόσειδωνος καὶ Δαμασκῶν ἢ Συρίας γίνεσθαι, Περσῶν ἀλλοτρίαν ἀφύτευον τὰς ἀμπέλους* *Perfarum rex non aliud quam Chalybonium vinum bibebat, quod etiam in Damasco Syriæ gigni tradit Posidonius, cum ibi Persæ vites seuissent.* Persæ id est Assyrij, quæ frequens est *κατέχρησις*. Nam quò tempore scripsit Ezechiel, nondum Persæ rerum potiebantur. Hæc ad Aquilonem Iudææ maxime insignia.

At ex Austrinis regionibus aurum allatum, & margaritæ, & gemmæ, & aromata. Thuris ex Seba id est Sabæi meminere Esaias & Ieremias. Indidem balsami plantam in Indæam attulit regina Saba, non ex Aethiopiæ Meroc, vt Iosepho visum. Neque enim Aethiopicam sed Arabicam plantam esse balsamum sciunt quotquot legerunt Agatharchidem, Strabonem, Diodorum & Pausaniam in Bœoticis. Sed & in Æthiopiâ frustra quæritur *τοπαζίος Chus* de quo Iob. 28. 19. Cum Topazos vel Chitis & Cytis vnde eruitur Arabicæ sint insulæ in mari Rubro. Idem de Rhegma iudicium Arabiæ oppido ad mare Persicum ex Stephano & Ptolemæo notissimum, vnde aurum & aromata Ezech. 27. 22. Chauila quoque vnde onyx & bdellium, vel vt alij melius beryllus & margaritæ, non recte Indiæ assignatur, cum sit in Arabiæ parte quæ mare Persicum attingit, vt pluribus docuimus in libello de Paradiso. Ibidem & in hoc ipso opere actum de plerisque locis auriferis quorum in Scripturâ mentio, nempe Ophir, & Paz, & Vphaz, & Paruaïm, & Seba, & Rhegma, & Chauila, quæ vel sunt Arabiæ Fœlicis vel Taprobanæ. In Arabiæ Gasandibus, qui Cassanitæ Ptolemæo, tantam auri fuisse vilitatem scribunt veteres, vt ferrum ibi duplo, æs triplo, argentum quadruplo auro veniret. Ab hac opulentiâ loco factum nomen Ophir, quasi opulentum dixeris, quò deinde Taprobanæ portum Phœnices appellaue-
re, vbi eadem fuit auri vbertas. Græci pro Ophir *Ἰσσηρον Hippurion* suâ linguâ scripserunt. Ea vox in Plinio legitur & in Solino. In eadem insulâ *Πάσι* *ἢ Πάσι Πάσι sinum & Πάσιος ποταμοῦ ἐκβολὰς Phasis fluij ostia* describit Ptolemæus, vnde sumpta ἢ *Πάσι & ἢ Πάσι Vphaz*. Vt Taprobanæ nomen ex *תַּרְבַּן* *taph Paruan*. Paruan Syra flexione idem est quod Paruaïm; & *taph Paruan* est littus Paruan seu Paruaïm. Itaque aurum Paruaïm idem est cum Taprobanensi. Rei firmandæ facit quod quicquid ex Ophir afferebatur, lapides & ligna pretiosa, ebur, simiæ, pauones, etiam in Taprobanâ reperire est, vel in Indiæ proximâ Chersonesô.

Excutienda insuper Prophetarum oracula, in quibus non pauca latent quæ ad hanc rem multum conferunt. Iauan esse Græciam & Macedoniam

Esai. 60. 6.
Ierem. 26.

2. Paral. 36.
1. Reg. 9. 26.
& 10. 11. 22.
2. Paral. 8.
18.

ed & in
nt Ae-
s. Ne-
stitant.
Quan-
nt ver-
um po-
um sibi
ortetur.
ndinas
esse Ci-
uamuis
b. 9.
ita fœ-
as opes
donius
itur ex
am esse
phrasto.
ermio-
z Rho-
uentus
& Ta-
traque
chi Lu-
ti pretij
vt de-
n as ex
od Phi-
i perti-
Ebræi,
specie-
at Dai-
em ca-
e colli-
bi, He-
nec vlli
m tan-
proinde
adocia
defer-
, Athe-

P R Æ F A T I O.

colligitur ex Daniele potissimum, qui Alexandri gesta describit capite octavo sub nomine regis Iauan. Idem ubi de Antiocho cap. ii. vers. 29. & 30. prædicit fore ut is Ægyptum inuasurus inuitus regrediatur, quia superuenient naues Citthim, id est Romanorum Popilioduce, quorum metu discessit re infectâ. Es. 20. 4. 5. Chusæis in captiuitatē abductis Azotij timent & confunduntur à Chus expectatione suâ. Hinc collige Azotios seu Philistæos Chusæis fuisse vicinos. Et vero id expresse legitur 2. Par. 21. 16. in Ioramum insurrexisse Philistæos & Arabes qui sunt vicini Chusæis. Chusæi igitur non sunt Æthiopes, sed Saraceni ut diximus. Proinde cum Æthiopia Iudææ respectu sit trans Ægyptum, Ægyptus ab Esaia & Sophoniâ describitur trans flumina Chus. Et Ezech. 30. 8. 9. ex Ægypto nauigatur ad Chusæos, id est ad Saracenos per mare Rubrum. Nam contiguæ terræ sunt Æthiopia & Ægyptus, nec ullum est mare intermedium.

Es. 18. 1.
Sophon. 3.
10.

Idem vsus ex historiis. Sic terra Ararat in quô locô sit patet ex 2. Reg. 19. 37. ubi Senacheribi filij interfecto patre leguntur fugisse in terram Ararat, id est in Armeniam. Ita enim Iosephus Antiq. lib. 10. cap. 2. hanc historiam ex Beroso referens. Ut eos falli necesse sit qui Ararat vel in Phrygiâ quærunt, vel circa Paropamisum. Sobæos ab vnâ parte Syriam Damascenam attigisse colligitur ex 2. Sam. 8. 5. & 1. Reg. 11. 24. ab alterâ Euphratem ex 2. Sam. 8. 3. & 10. 16. Soba igitur nec est Sophene versus Euphratis fontes, ut Iosephus interpretatur, nec Alep seu Berrhæa in Cyrrehesticâ, quæ Beniamini sententia est atque ipsorum Alepensum. Ex historiâ Iobi colligitur Ausitidem in quâ habitauit Chaldæis & Sabæis fuisse vicinam, cum in illius greges utriusque irruerint. Itaque Iobi Ausitis nec Damascena fuit, nec Idumæa de quâ Lam. 4. 21. sed tertia prope Babyloniam, cuius incolæ pro Ausitis in Ptolemæo Aesitæ perperam appellantur. Primæ conditor fuit Vts filius Aram Gen. 10. 23. Secundæ Vts filius Disan Idumæus Gen. 36. 28. Tertiæ Vts filius Nachor fratris Ahrahæ Gen. 22. 21. Cui vicini Sabæi non sunt è posteris Iectan, quorum sedes ad extremum Austrum Matth. 12. 42. sed Abrahæ nepotes ex Iocsan qui habitauerunt ad Orientem Hebron Gen. 25. 3. 6. Hi sunt Sabæi quos Strabo cum Nabatæis in aditu Arabiæ Fœlicis habitasse testatur.

Serab. l. 16.
p. 779. c.

Neque id frustra obseruaueris, quarum gentium Scriptura soleat coniunctim meminisse. Quippe vicinas esse credibile est quæ sæpe simul nominantur. Ut in Esaia & Ieremiâ *Madai & Elam*, id est Medi & Elymæi. In Daniele & Esther *Madai & Paras*, id est Medi & Persæ. In Nahumo *Chus & Misrajim*, id est Saraceni & Ægyptij. Sic 2. Reg. 17. 24. *Babel & Cuth* mihi sunt Babylonia & Cissia; Es. 66. 19. *Phul & Lud* Philæ in Ægypti finibus cum vicinâ Æthiopiâ, Ezech. 38. 2. *Magog & Ros* Iberia vel Albania & Armenia Araxene, Scytharum antiquissima sedes ut in Herodoto & Diodoro habetur. *Mesech & Tubal* Moschi & Tibareni, qui populi non modo vicini sunt sed & ita coniuncti ut in Herodoto bellum gerant sub iisdem ducibus & iisdem armis instructi. Ibidem versu 6. *Gomer & Togarma* sunt Phryges & Cappadoces, qui contigui erant ante Gallogræcorum in Phrygiam migrationem. Ierem. 46. 9. & Ezech. 30. 5. cum Ægypto nominantur

Chus

PRÆFATIO.

Chus, Put & Lud, id est Saraceni, Libes & Aethiopes, qui tres populi Aegyptum cingunt.

Etiam ordo sæpe obseruatur, vt in loco Ezechielis quem nuper citauimus, vbi *Magog, Rhos, Mesech, & Tubal*, id est Iberia vel Albania, Araxene, Moschica & Tibarenia eò ordine nominantur quem in naturâ obtinent. Et eiusdem capituli versu quinto *Chus*, id est Arabia, media ponitur inter *Paras & Put*, id est Persidem & Libyam. Et in his Ieremiæ c. 44. v. 1. *Qui habitabant Migdol & Taphnes & Noph, & in terrâ Pathros* id est Magdoli, Daphnis Pelusiis, Memphi, & in Thebaide, fit progressus ab Aquilone in Meridiem. Ita etiam in his Rabsakæ Es. 37. 12. *An eripuerunt eas Dij gentium quas destruxerunt patres mei, Gozan & Charan & Reseph, & filios Eden qui erant in Talassar?* Id est Mesopotamiæ Gauzanitidem, & Charras, & Rhescipham, & Talatham, vt pluribus docuimus in nostro Paradiso. Qualibus locis mire adstruitur regionum & urbium situs.

Hæc quoque faciunt Scripturæ loca quibus docetur quam cœli plagam respectu Iudææ obrineant singulæ gentes. Nam ad occasum quædam describuntur vt Philistæi Es. 9. 12. pro quò LXX *Ἐπιλωας Græcos* habent. Quædam ad Austrum vt Idumæa Abd. 19. Aegyptus Dan. 11. 5. Sabæi Matth. 12. 42. Quædam ad ortum vt Persis Es. 46. 11. Eden Gen. 2. 8. Ausitis Iob. 1. 1. 3. Kedar Ierem. 49. 28. Moab Iud. 11. 18. Ammon Deut. 3. 16. 17. Agareni 1. Paral. 5. 10. Madian Iud. 6. 3. Et omnes Abrahæ filij quos habuit ex Keturâ Gen. 25. 6. Quædam ad Aquilonem, vt Gomer & Togarma Ezech. 38. 6. Magog, Rhos, Tubal & Mesech Ezech. 39. 2. Media Ierem. 50. 3. 9. Assyria & Ninive Sophon. 2. 13. Quædam denique sunt ambigui iuris, & varie definiuntur. Sic regio Amalekitis ad Austrum ponitur Num. 13. 30. & ad ortum Iud. 6. 3. quia inter vtrumque media. Syria item quæ media est inter Orientem & Aquilonem Orienti adscribitur Es. 9. 11. & Aquiloni Dan. 11. 6. Idem de Mesopotamiâ iudicium quæ pro Aquilonari habetur Ierem. 46. 2. 6. 10. & pro Orientali Gen. 29. 1. & Num. 23. 6. De Babylone itidem, quam Aquilonis nomine toties designat Ieremias. Tamen Ezech. 25. 4. 10. filij Orientis recte vocantur Babylonij, cum ad Orientem multo plus vergant. Itaque cum venturis Babyloniis Ieremias Iudææ minatur ab Aquilone malum impendere, non tam respicit situm Babylonis quam iter quò Babylonij in Iudæam erupturi erant. Quippe vt vitaretur eremi vastitas, iter illis fuit per Riblam & Hamatham, id est Antiochiam & Epiphaniam, quæ sunt ad Aquilonem Iudææ. Non possum non addere duo loca Esaia, vnum de vocatione gentium cap. 49. vers. 12. alterum de missione Apostolorum cap. 66. vers. 19. quibus quatuor mundi plagas verbis propheticis designat. Prior sic habet: *Ecce isti è longinquo venient, & ecce illi ab Aquilone & Occasu, & isti de terrâ Sinæorum.* Quod idem est ac si dixisset populos in Ecclesiam confluros ex quatuor orbis partibus. Fit enim expressa mentio Aquilonis & Occasus. Et terra Sinæorum seu Pelusiotarum ad meridiem est. Ortum denique significat, cum alios dicit è longinquo venturos. Vt cap. 46. vers. 11. *Vocans ab Oriente volucrem, & è longinquo virum consilij mei.* Atque ea phrasis subinnuit terræ molem versus ortum esse profundiore.

Ierem. 1. 13.
14. & 4. 6. &
6. 1. 22. & 10.
22. & 33. 20.
& 25. 9. & 22.

apite octa-
& 30. præ-
eruenient
discessit re
& confun-
tæos Chu-
um insur-
r non sunt
æ respectu
ns flumina
ad Sarace-
gyptus, nec

2. Reg. 19.
am Ararat,
c historiam
iâ quærun-
m attigisse
Sam. 8. 3. &
osephus in-
ini senten-
ustidem in
reges vtri-
næa de quâ
tis in Prole-
filius Aram
iæ Vts filius
posteris Ie-
Abrahæ ne-
3. 6. Hi sunt
habitasse te-

a soleat con-
pe simul no-
li & Elymæi.
In Nahumo
24. Babel &
e in Aegypti
a vel Albania
doto & Dio-
li non modo
t sub iisdem
ogarma sunt
um in Phry-
nominantur
Chus

PRÆFATIO.

Rom. II. f. loco Deus per prophetam ita loquitur: *Mittam ex his qui euaserint* (id est ex reliquiis secundum electionem gratiæ factis) *ad gentes Tarsis, Phul & Lud trahentes arcum, Tubal & Fauan, regiones remotissimas quæ non audiuerant famam meam.* Gentes Tharsis sunt Indi ad ortum, Phul & Lud Æthiopes porrecti in Austrum, Tubal Tibareni & Moschi Aquilonem versus, & Iauan Græci ad occasum. Sic Jerem. 2. 10. *Citthim & Kedar* leguntur pro occasu & ortu, quomodo Ps. 89. 13. *Tabor & Hermon.* Hinc eorum quæ dicta sunt multa firmari nemo non per se colliget.

Cauendum interim ne vt simpliciter dicta sumantur quæ non dicuntur nisi $\epsilon\pi\tau\iota$ & certo quodam respectu. Ex quo errore factum est vt in extremo Oriente Paradisum multi quærent, quia hortum legitur Deus in Oriente plâsse. Et filij Iectanis in Indiâ ablegati sunt, quia dicuntur habitasse à Mesâ vel Musâ quâ itur ad Saphar montem Orientis: Cum Saphar non vocetur mons Orientis nisi respectu Musæ. Alioqui enim hæc regio tota versus Austrum inclinât. Sic cum Babylonia tam sit orientalis quam Armenia, mirantur interpretes quorsum Gen. 11. 2. ex Oriete proficisci scribatur qui ex montibus Ararat veniunt in terram Sinhar, ignari Orientem dici in Assyriorum imperio quicquid trans Tigrim. Illud etiam multos torquet quorsum 4. Esdr. 1. 11. Deus in Oriente dissipasse se dicat populos Tyri & Sidonis, cum Tyrus & Sidon ad illud mare sitæ sint quod occidentale vocatur Deut. 15. 24. quia Iudææ respectu est contra Solis occasum Ios. 1. 4. Sed vel ex hoc ipso apparet spurium illum Esdræ quisquis fuit extra Iudæam scripsisse in iis locis quæ sunt ad occasum Tyri & Sidonis, Romæ putâ vel in Græciâ.

Notandum etiam intra quos fines quosque populos Scriptura coerceat. Chananæos illos quos Deus internecioni deuouerat Moses habitasse scribit à Sidone ad Gazam & Lesam vsque, id est Callirhoem ad ortum lacûs Asphaltitis. Terræ Israëlî, cum id solum significat quod Iudæi occupabant, termini assignantur à Septentrione Dan, & à meridie Bersabea. At ratione populorum qui Iudæis tributarij fuere, eiusdem fines multo plus patuere. Vnde est quod Iudæa nonnunquam à torrente Aegypti ad Hamath, aut ad magnum vsque fluuium extenditur. Torrens Aegypti riuus est aut fluuiolus per lacum Sirbonidem in mare se exonerans inter Casium montem & Rhinocoluram extremum Palæstinæ oppidum. Is סִיכּוֹר *Sichor* appellatur Ios. 13. 3. eodem nomine quô Nilus Jerem. 2. 18. & Es. 23. 3. quia creditur esse ramus ex Pelusiaco Nili alueo in Sirbonidem deductus, vt ex Brocharo & Leone Africano probat Fullerus Miscellan. lib. 2. cap. 8. Hamath est Epiphania, quæ ab incolis *Hama* hodieque nominatur. Vox in Arabum historiis est frequens, & in Nubiensi Geographo. Et magnus fluuius est Euphrates, quô vsque Dauid & Solomon regni sui terminos produxerunt. Dauid enim profectus esse legitur בְּיַדְּיָאֵל *ad vertendum* vel בְּיַדְּיָאֵל *ad constituendum manum suam super fluuium Euphratem* 2. Sam. 8. 3. & 1. Par. 18. 3. Et Solomon habuisse sub ditione suâ *omnia regna à fluuio vsque ad terram Philisthæorum* 1. Reg. 4. 21. Nempe vt sequitur versu 24. *dominabatur à Tiphfach vsque ad Gazam.* Tiphfach est Tapsacus vrbs, in qua fuisse תִּיפְסַח *Tiphfach* & גַּזָּא *Gazam*.

Gen. 10. 19.

Iud. 20. 1.
1. Sam. 3. 20.
2. Sam. 3. 10.
& 24. 2. 15.
2. Par. 30. 5.
Amos. 6. 14.
1. Reg. 8. 65.
1. Par. 7. 3.
1. Reg. 4. 21.
24. 2. Par. 9.
26.

vid Theod.
in c. 4. Ier.

PRÆFATIO.

Ἐὐφράτης Euphratis traieclum & pontem Strabo non semel testatur lib. 2. & 16. Atque id sonat ipsum nomen: Ebræis enim נָבָא est transire. Et supra Tapsacum proxima erat חֶלְמַי Helam Ptolemæo Ἀλαμῖται, ubi David percussit Mesopotamēnos 2. Sam. 10. 16. 17. Hi regni Iudaici fines etsi patuerunt longe lateque, tamen proferentur multo latius, si magistris creditur, quibus *Sarphath* est Gallia, & *Sepharad* Hispania Abdiæ versu vicesimo ex eorum mente ita reddendo: *Et exules exercitus istius, nempe filiorum Israël, hæreditabunt quæ fuerant Chananaeorum Sarphath usque; Et exules Ierosolymitani hæreditabunt quæ in Sepharad, hæreditabunt, inquam, urbes Austri.* Porro *Sepharad* Hispaniam esse volunt, quia in Chaldæo interprete redditur אַספּאַמְיָא *Aspamja*, & *Sarphath* Galliam, quia ex Ebræis verbis ita redditis videtur sequi *Sepharad* esse ad Austrum terræ *Sarphath*, quomodo Hispania est ad Austrum Gallia. Sed in priore hemistichio *Sarphath* est Sarepta vibs inter Tyrum & Sidonem. Et posterius sic explicandum: *Et exules Ierosolymitani qui sunt in Sepharad hæreditabunt urbes Austri supple Iudææ.* *Sepharad* est Babyloniam pars in quâ Iudæi captiui erant. Incolas pro *Sepharadæis* Græci traieclis literis *Strophas* aut *Strophadas* vocarunt, Ptolemæus in descriptione Babyloniam lib. 5. cap. 20. Περὶ τῆς παλαιᾶς Ἀμορδακίας, ἡ ὁρμηλιμένης ἔχει τὸς καλαμῖτους Στροφᾶς *Circa paludes Euphratis Amordacia subiectos habens Strophas.* Interpretes legerunt Στροφᾶδας. Hinc in Ptolemæi tabulis circa Apamiam quæ est ad Euphratis & Tigridis confluxum *Strophades* describuntur. Itaque regio *Sepharad*, ubi Græcorum *Strophæ* aut *Strophades*, circa Apamiam fuit. Proinde pro *Sepharad* in Chaldæâ paraphrasi scriptum fuerat אַפּאַמְיָא *Apamia*, vnde corruptum אַספּאַמְיָא *Aspamia*, quod recentiores Hispaniam esse voluerunt. Huic ridiculo commento cætera superstructa. Græci interpretes nihilo rectius *Sepharad Ephrathiam* interpretantur, & Hieronymus *Bosphorum*, & Iunius *finem dominatus*, tanquam voce compositâ ex הַסָּוֶן & הַדָּר.

Cæteras gentes quod attinet, Ægyptum producit Ezechiel cap. 29. vers. 10. *à turri Syenes usque ad terminos Chus.* Et Syenem in Ægypti & Aethiopia finibus omnes summo consensu ponunt: in his Strabo, Iosephus, Plinius & Solinus. Inde certâ & inuictâ ratione colligitur Chus Ægypti terminum Syenæ oppositum non esse Aethiopia sed Arabiam. Regina Saba Matth. 12. 42. venisse dicitur *ἐκ τῆς περσῆων τῆς γῆς ἐκ τῆς ἀραβίας*. Ergo regni sedes non fuit Meroe in Mediterraneis, quæ Iosephi sententia est, sed Sabæorum regio ad Oceanum: Ibi enim sunt terrarum vltimi fines. Ismaëlitas scribit Moses Gen. 25. 18. *habitasse à Chauilâ usque ad Sur è regione Ægypti.* Hæc Arabia loca sunt ad meridiem Iudææ, vt constat ex 1. Sam. 15. 7. *Sur* in Chaldæâ paraphrasi Ionathanis exponitur חַגְרָא *Hagra* seu Petra, in Ierosolymitanâ הלְזָא *Elusa*, quod potest ferri, quamuis *Sur* eremi potius quam vibs nomen esse videatur. At pudendo errore Chauilam vterque interpretes הַנְדֻקִּי *Indiam* reddit. Ac si ditio Ismaëlitarum tam late patuerit quam Assyriorum imperium, quod in libro Esther extenditur כּוֹסֵי הַיַּם מֵעַד הַיַּם הַיְדֻלִּי *ex Hoddu ad Chus*, id est ab Indo flumine ad sinum Arabicum in prouincias cxxvii. Nunquid inde probabili ratione colligitur has paraphrases, quas pro vetuf-

P R Æ F A T I O.

tiffimis Iudæi nobis obtrudunt, vel esse procuratas, vel his commentis conspurcatas, postquam Saracenorum imperium cœpit latius se diffundere.

Sed & summe necessarium est obseruare urbium montium & fluuiorum nomina in singulis regionibus. Sic in *Madai* seu Mediâ præter *Chabor* & *Gozan* quæ iam dictæ sunt, describit Tobias Ebræus cap. 5. מִנְבַּחַי וּמִנְבַּחַי רְבָאָה & *Ecbatana* vrbes, hanc in campo, illam in montibus, itinere bidui diffitas abinuicem. In *Elam* seu Elymaide Daniel cap. 3. vers. 2. *Susan* urbem ad fluuium *Vlai*, id est Susa ad Eulæum. In Assyriâ Moses *Niniuem* & *Calach* vnde Calachene ad Lyci fontes, & in medio *Rhesen* quam *Λαλεισσαι* vocat Xenophon. In terra *Sinbar* seu Babyloniâ, *Babel*, *Erec*, *Chalne* & *Accad*, id est Babylonem, Areccam, Ctesiphontem caput Chalonitidis, & Sittacem ad Argadem. In prouinciâ Eden concursum Euphratis & Tigridis Gen. 2. 10. & Enoch urbem ad orientem Gen. 4. 16. 17. quæ Ptolemæo est Anuchtha. In Chaldæis *Vr*, siue Plinij *Vram* intelligas ad Euphratis diuertigium, aut *Vr Ammiani* in viâ è Tigri Nisibim, quod puto verissimilius: In Paddan Aram id est Mesopotamiæ cultâ parte Charran seu Carrhas. Sic in Syriâ Sobæa Soba & Berothai 2. Sam. 8. 3. 8. & Tadmor 2. Par. 8. 3. 4. Ptolemæo sunt Sabe, Barathena & Palmyra. Caput Aram id est Syriæ Damascenæ est Damascus Es. 7. 8. Rabbath filiorum Ammon Deut. 3. 11. est Ptolemæi Philadelphia. Stephanus in Φιλαδέλφεια: Τεττη, ἡ Συρίας ὀπιφανής πόλις, ἡ πρῶτη ἐν Ἀμμωνῶν, εἴτ' Ἀσάρτη, εἴτ' αὖ Φιλαδέλφεια, ἀπὸ Πτολεμαίου τοῦ Φιλαδέλφου *Tertia Syria illustris urbs, quæ prius Ammana, deinde Astarte, & postmodum Philadelphia dicta est Ptolemæo Philadelpho.* Idem in Παλαιστίνη *μαρμα* urbem esse dicit montanæ Arabiæ; Vt Polybius lib. 5. τὴν Παλαιστίνην ἡ Ἀραβίας. Et Theodoretus in Esaiam cap. 11. Ἡ μὲν νῦν Φιλαδέλφεια πρὸς Ἐρυθρὴν θάλασσαν, ὅτι ἡ πόλις Ἀραβίας λαμβανέται, Ἀμμὸν μέλει ἐν τῆμερον τῆ ὀπιφανείᾳ καλεῖται φωνῇ. Quod ipsum repetit in Ezech. cap. 21. & in Amos cap. 1. Nominis Moab vestigia apud Ptolemæum superessent in Arabiæ Petrææ duabus urbibus, si per corruptores licuisset. Prima scribitur Χαράκωβα in textu Græcō, sed in tabulis rectius *Charactmoba*. Ita enim legit Stephanus cuius verba sunt: Χαράκωβα, πόλις τῆ νῦν τεττης Παλαιστίνης, ἡ δὲ ἀναγράφεται Πτολεμαίῳ ἐν γεωγραφικῆς ἐν περὶ τῶν βιβλίων, ἐν τοῖς Ἀραβικῶν *Charactmoba urbs tertia quæ nunc dicitur Palaestina, quam describit Ptolemæus lib. 5. Geograph. in Arabicis.* Et Theodoretus in Esaiam cap. 15. de Moabitis: Μητρόπολις ἡ εἴχοντι νῦν καλεῖται Χαράκωβα *Pro metropoli olim habebant eam quæ nunc dicitur Charactmoba.* Inde apud Glaucum Χαράκωβίωσι. Dicitur & inuersis vocibus Μωσαίωσι. Altera in textu scribitur Παλαιστίνη, & in tabulis *Rabathmoma*: In Stephano item: Παλαιστίνη, πόλις τεττης Παλαιστίνης, ἡ νῦν Ἀρεόπολις. Sed utrobique legendum Παλαιστίνη *Rabathmoba*, quod Ebraice esset רַבַּת מוֹאָב *Rabbath Moab* magna vibs seu metropolis Moab, vt רַבַּת אַמְּוֹן *Rabbath Ammon* dicebatur Ammonitarum metropolis. Hieronymus ex Eusebio: *Moab urbs Arabiæ quæ nunc Areopolis dicitur &c. Appellatur autem Moab ex nomine urbis & regio.* Porro ipsa ciuitas quasi proprium nomen possidet *Rabath Moab*, id est *grandis Moab*. Vetus nomen erat רַבַּת אַרְנַן *Ar Num.* 21. 28.

Ptol. lib. 5.
cap. 17.

PRÆFATIO.

Flamma &c. deuorauit Ar Moab. Et Deut. 2. 29. *Moabitarum habitantes in Ar.* Et Es. 16. 1. *Vastata est Ar Moab.* Inde factum Arcopolis. *Sela* Ἰβραϊστῶν Hebræis petram sonat. *Sela* igitur Idumææ vrbs 2. Reg. 14. 7. est Petra Arabiæ caput. Cuius aliud nomen *Rekem* vel *Rakim* pro Kades occurrit passim in paraphrasi Chaldaicâ & Arabicâ. Nempe à conditore *Rekem* vno è Madiantarum regibus quos debellauit Moses Num. 3. 8. Ita Iosephus Antiq. l. 4. c. 7. Hinc Epiphanius in hæresi Melchisedekianorum: Ὁ μὲν δὲ ἐστὶν τῆς Ἀραβίας τῆς Πετεργίωνος Πρωτόμα τε καὶ Ἐδμήνου γέννησις. Etiam in Idumæâ cæsentur *Esiongaber* & *Eloth* 1. Reg. 9. 26. id est *Essia* & *Aela* vel *Elana* vrbs ad mare Rubrum de quibus nos plura deinceps. *Elanis* vicina est *Pharan* vt ex Ptolemæo constat. Et aliquanto infra Madian Mosis secessu nobilis Exod. 2. 15. In Ptolemæo *Μαδία* est in littore, & intus *Μαδία*. Incolæ Stephano *Μαδρωί* καὶ *Μαδισίται*, sed legendum *Μαδρωί* καὶ *Μαδισίται*, vt vtrumque sit à Madiane vel Madiene, nec nisi formâ nominis differant hæc duæ voces, vt addit continuo post ὅτι Ἡ Ἀραβία ἵσται δὲ τὸν τόπον χρωσται. Sequitur Arabia Fœlix, cuius multa ex Mose loca iam descripsimus. Et Aegyptus trans mare Rubrum, ad quam pertinent *Sihor* Nilus, *Pathros* Thebais, & *Rahab* Delta; Et in Thebaide & infra vsque ad Delta *Phul* Philæ, *Seuene* Syene, *No-Amon* Thebæ seu Diospolis, & *Noph* vel *Moph* Memphis; & in Delta *Soan* Tanis & *Hanes* Anysis. Et trans Delta *Chub* Paliurus, Et inter Delta & Arabiam, *Ora* Heliopolis, *Pithom* Patumos, *Pibefeth* Bubastus, *Rameffes* & *Gosen* Heroum vel Heroopolis & Heroopolites nomus, *Taphnes* Daphnæ Pelusiæ, *Migdol* Magdulus, & *Sin* Pelusium. Palæstinam, Phœnicem & Chananæam consulto præterimus, quia non sunt huius loci.

Iam si veteres consulueris, reperies nos raro admodum à receptâ sententiâ discessisse, quin veterum aliquem habuerimus præeuntem. Sic Eusebius ante nos Tharsis fecerat patrem Hispanorum: Θαρσῆς, inquit, καὶ Ἰσπανία. Et apud Græcum Scholiastem in Ezechiel sunt qui Thogarma pronunciant esse *Καππαδόνας* καὶ *Γαλάτας*. Et in Ezech. 30. 5. hoc veterum glossema, Ἀἰθίοπες καὶ πάντα τὰ Ἀραβία, respondet Ebræis verbis לוֹ וְכָל עַרְבֵי לִד *Lud* ὅτι *omnis Arabia*. Quò eòdem pertinet quod pro Ludæis Ierosolymitanus paraphrastes habet *מרויטא* ה *Mareotas*. Quippe pro Mareotis legendum esse *מרויטא* ה *Meroitas* id est Æthiopes res ipsa monet. Atque ita sumpsit Elias qui hos populos esse vult *מרויטא* ה *Pretegianni*. Porro *Chus* quod Æthiopiam alij interpretantur, Ionathani est *עריבא* *Arabia*. Et eum ipsum lectanem quem Scripturæ interpretes in Indiam cum filiis ablegant, eum ipsum inquam pro parente & conditore agnoscunt *Homeritæ* & *Amanitæ* in Arabiæ parte aromatifera. Quod, præter Theophanem, Anastasium & Euthymium, restantur Arabum scriptores non infimi Iosephus Ben Abdillatif, & Mohammedes Ben Iacob Sirazita, & è Iudæis Abraham Zacuth in libro Iuchasin: Neque id patres prorsus latuit, è quò numero Eusebius, Epiphanius, Eustathius Anthiochenus, author Chronici Alexandrini Arabum genus deducunt ex *Afarmoth* seu *Hatsfarmaueth* filio lectan.

Sed & Ethnici scriptores in multis Mose concinunt. Vt rem repetamus paulo altius, diluuij fama quo paucis superstitionibus reliqui homines perie-

commentis
tius se dif-

& fluuiorum
er Chabor &

וְגַם וְאֵת
itineri bi-

vers. 2. Susan
es Ninivem

quam Ἀδύσσ-

rec, Chalne

halonitidis,

itis & Tigri-

e Ptolemæo

uphratis di-

o verissimi-

seu Carrhas.

2. Par. 8. 3. 4.

st Syriæ Da-

cut. 3. 11. est

Ἰσθμὸς ὁπρὸς

Ἰσραὴλ καὶ τῆς

Ἀστάρτης, ὅτι

ἡ Ἀστάρτη ἡ

ἡ Ἀστάρτη ἡ

ἡ Ἀστάρτη ἡ

ἡ Ἀστάρτη ἡ

ἡ Ἀστάρτη ἡ

ἡ Ἀστάρτη ἡ

ἡ Ἀστάρτη ἡ

ἡ Ἀστάρτη ἡ

PRÆFATIO.

runt apud omnes gentes increbuit. De eo Hierapolitani apud Lucianum de Deâ Syrâ longam historiam texunt ex archiuis suis depromptam, narrationi Moſis per omnia ſimilem, niſi quod Noæ ſubſtituitur Deucalion. Plutarchus columbæ meminit ex arca emiſſæ, & Abydenus auſi quæ cum ſemel atque iterum ex immenſo pelago in nauigium ſtatim ſe recepiſſent, non habentes ubi conſiderent, tertia vice talis lutulentis redierunt. Ex eodem diſcere eſt arcam in Armeniâ ſubſtituiſſe, ibique extare eius reliquias quæ amuleti vim habeant. Quod ipſum docent Berofus & Polyhiſtor & Nicolaus Damascenus. Epiphanius quoque author eſt eas adhuc ſuo æuo in monte Cardyæorum oſtenſas. Et Benjamin ſcriptor Hebræus Omarem refert templum ex illis fabricaſſe in viciniâ Tigridis inſulâ. Proinde mons quem diximus alio nomine vocatur mons *Themanim* id eſt *תְּמַנִּים*. Ita obſeruant Elmacinus & Nubiensis vterque Arabs. Nimirum ab octo illis qui ex diluuiſio euaserant. Et in eodem monte *καρδύων* memorat Agathias lib. 4. Quæ ſequuntur de turris Babylone extructâ, & confuſione linguarum, & conditoribus inde diſperſis per varias terrarum oras ab Eupolemo & Abydeno diſertis verbis referuntur apud Cyrillum & Eusebium. Et ſi de ſingulis agatur, Græci genus ſuum ad Iaphetum ſeu Iapetum non obſcure referunt, cum illum eſſe perhibent hominum antiquiſſimum. Ita vt res ceſſerit in Prouerbiſium, & *Iapeto vetuſtior* dicatur pro valde ſene. Iam quod ad Iauan alludit Ionum nomen, ad Elifam Elis & Hellas & Aeolus, Græcorum originem ab his eſſe repetendam aperte prodit. Eadem in reliquis filiis Iapheth vel ſoni vel ſignificationis conuenientia iam obſeruata; Si vnum Magog excipias patrem Scytharum circa Caucaſum, qui Græcorum fuit Prometheus. Id docet Iapetus pater, & ſedes in Caucaſo, igniſque & metalla quæ volunt à Prometheo reperta, quia multa ſunt in illis locis, & fabula de roſione cordis, quia *Magog* id ſignificat: Et quod Magog alio nomine dicta eſt vrbs Hierapolis, quam Promethei filius Deucalion Scythia condiderat vt à Luciano proditum. Chamum vel Hamum Afri ſub Hammonis vt Noam ſub Saturni nomine coluerunt. Inde Africa Hammonis & Hammonia dicta eſt; Et Ægyptus in Plutarcho *Chemia* pro Chamia id eſt terra Cham vt appellatur in Pſalmis. Nomen Meſſaim manſit in menſe *Meſor*, & in vrbe Babylone prope Memphim quam Ægyptiij & Arabes *Meſer* vocant. Nomen Put in Pythone & Pythio Apolline. Nam Apollo Libycus Hammonis fuit filius vt habetur in Ampelio. Nomen Chanaan in Mercurio; Vtrumque enim eſt à mercibus & mercaturâ: Et Mercurius ſeruus vt Chanaan; & eloquentiæ pater, quia literæ ſunt à Phœnicibus; & alatus, & viis præfectus propter longinquas eorundem nauigationes; & lac & mel illi libata quæ ſunt deliciæ terræ Chanaan. Sed & ex Chanaan *Χυα* *Chna* decurtatum, quod Phœnicis fuiſſe cognomen ſcribit Sanchoniathon. Vnde *Χυα* Phœnice regio & *Χυαοι* incolæ in Stephano. Sic Chufi filium Nimrod vel Nebrod eſſe Bacchum docent in veſte *νέβροδης*, & in curru *נִמְרִים* *nimrim* id eſt tigrides, quibus ad nomen alluditur, & expeditiones in Oriëtem, & quod in Arabiâ dicitur eſſe natus: Denique quod Bacchus appellatur, id eſt *בר כוש* *Barshus* filius Chufi, & *Ζαγρεὺς* id eſt potens venator. Rurſus è filiis Chanaan

P R Æ F A T I O.

Heuæi circa montem Hermonem habitabant, Ios. 11. 3. & Iud. 3. 3. qui est in Oriente terræ Chanaan Psal. 87. 13. Proinde *Cadmonim* id est orientales dicuntur Gen. 15. 19. & *Hermonijim* id est Hermonæi Ps. 42. 7. Græci igitur aperte docent ex hac potissimum tribu fuisse eos Phœnices qui Thebas condiderunt, cum coloniæ ducem *Καδμων* appellant & eius uxorem Harmoniam aut Hermionem. Hoc præcipuum quod vtrumque fingunt in serpente fuisse mutatum, quia Heuæorum nomen serpentes sonat. Inter Æthiopes & Ægyptios multa fuere communia, ut quod reges pro Diis habere, studium circa sepulchra, statuæ & literarum characteres eiusdem formæ, sacerdotum idem habitus. Hæc pluribus persequitur Diodorus lib. 3. vnde concludit Æthiopes & Ægyptios cognatos esse populos & congeneres. Quibus hæc Mosis plane consona, *Mitsrajim genuit Ludim*, quæ significat Æthiopes Ægyptiorum esse colonos. Idem sequitur de Lehabæis, Anamæis, & Naphtuchæis, id est Libyægyptiis, Ammoniis & Adyrmachidis seu Marmaridis. Sic apud Herodotum Ammonij sunt *Αἰθυμαχίων τε ἔθνη Αἰθίοπων ἀποικιστῶν Ægyptiorum & Æthiopum coloni*, & Adyrmachidæ ab Ægyptiis solâ veste differunt. Et in Marmaricæ littore Aptuchi fanum habet Ptolemæus, qui videtur fuisse Naphtuchæorum pater. Casluchæos item seu Colchos ex Ægypto venisse docebat color ater, crispum capillitium, circumcisionis ritus, & quod eodem modo linum elaborabant, vita denique omnis & lingua similis. Ex quibus notis hos Ægyptij generis fuisse colligunt Herodotus, Scymnus, Diodorus, Dionysius Periegetes, Valerius Flaccus, Ammianus, Agathias, & plures alij quos suo loco citamus. Atque ut Casluchæis vicini Caphthoræi, ita Sideni Colchis. Nempe Side idem quod Caphthor, hoc est malum Punicum. Itaque Caphthoræos veteres magno consensu in Cappadociâ ponunt, vbi Side prope Colchidem. Turbat quod ut Casluchæi & Caphthoræi ex Ægyptiis, ita ex Casluchæis & Caphthoræis Philistæi dicuntur orti. Porro parum credibile nonnullis videbitur ut coloni ex Ægypto in Colchidem profecti alios colonos remiserint in Palæstinam, cum loca tam sint dissita. Sed vtriusque itineris vestigia sunt in Poëtis qui Typhonem Ægyptium memorant ad Caucasum vsque progressum, & post aliquot pugnas faucium pedem retulisse, & in Palæstinâ expirasse prope lacum Sirbonidem.

Ex hoc specimine lectori palam fiet nos omnem mouisse lapidem, nec quicquam intactum præteruisse, ut veritatem in Democriti puteo latentem erueremus. In quò conatu si non fuit par vbique successus, tamen speramus fore ut nostram hanc qualemcunq; opellam boni probent. Est aliquid prodire tenus, si non datur vltra. Non omnia possumus omnes. Nihil ignorare solius est Dei. Aliorû *σφάλαρα* vidimus & correximus: Alius nostra videbit & emendabit. Quod æquò animò passuri sumus, modo id cum modestiâ fiat, atque amore veritatis, non obtrectandi studio. Quò vitiò passi sunt nonnulli tenebriones ita se transversos abripi, ut hoc opus calculo suo damnauerint antequam viderint. Nempe consilium ipsum illis displicet. Vel lent homines nostri scilicet nominis studiosi ut bonas horas utilius collocarent. Et nos ab instituto nostro valde alienum fecisse putant, qui tantum

antum de
arrationi
Plutar-
m semel
ent, non
eodem
uias quæ
& Nico-
æuo in
em refert
ns quem
bferuant
ex dilu-
ias lib. 4.
arum, &
o & Aby-
e singulis
referunt,
cesserit in
ad Iauan
rum ori-
s Iapheth
n Magog
t Prome-
etalla quæ
ula de ro-
ine dicta
diderat ut
ut Noam
monia di-
a Cham ut
& in vrbē
r vocant.
Hammo-
o; Vtrum-
anaan; &
præfectus
libata quæ
tum, quod
cenice re-
ebrod esse
stigrides,
in Arabiâ
בר כח Bar-
s Chanaan

P R Æ F A T I O.

studium in his minutiis posuerimus. Neque enim, si illis creditur, nostræ multum interest scire quam mundi partem occupauerint filij Ioctan, nec utrum in Arabiâ aut Æthiopiâ Chus confederit.

At hi monitores, qui otij & negotij rationem à nobis tam seuerè exigunt, ipsi nobis exemplo suo præire debuerant, & re potius quam verbis docere quale sit illud pensum ad quod inuitos reuocant. Quippe haud quâquam ferendum est ut qui ipse nihil agat, & in turpi otio consenescat, id sibi sumat iuris in alios ut eorum scripta vellicet & pede suo metiri velit. Interim qui huiusmodi labores ut inutiles carpunt, sciant Mosem per nostrum latus adeoque Deum ipsum peti. Idem enim est ac si dicant Deum hæc frustra dictasse Mosi in quibus illustrandis operam nostram impendimus. Certe si non frustra scripta sunt, nec frustra est quod explicantur. Porro ut in naturâ nihil frustra fieri, ita in Scripturâ nihil frustra dici verum & indubitatum est. Nempe libri sacri supra cæteros hæc prærogatiuâ eminent quod nihil in iis est quod vel vacet vel deficiat. Itaque facilius est ut cælum & terra prætereant quam ut vnus apex è Lege cadat. Et tam iis qui verbo suo adimunt quam qui addunt Deus grauissima quæque interminatur. Ut enim Dei verbo quisquis addit illud perfectum esse negat, ita quisquis adimit idem accusat tacite, ac si quædam habeat otiosa & superflua, & vult haberi Deo sapientior, & Paulum arguit mendacij, cum dicit quæcunque scripta sunt ad nostram doctrinam esse scripta, omnemque adeo Scripturam esse vtilem ad arguendum, ad corrigendum, ad erudiendum in iustitiâ.

Sed ut pressius agamus, quod aiunt nostrâ nil referre quam mundi partem infederint Chusæi aut Ioctanæi, vox est belluæ non hominis, nedum Christiani aut viri docti. Hæc asinina sunt axiomata, per quæ retroactis sæculis periit sensus bonarum rerum, & barbaries in mundum inuecta est, & æternam timuerunt sæcula noctem. Nostrane igitur nihil refert ut sacre historiae & prophetarum oracula intelligantur? Hæc autem quis intelliget, dum ignorantur populi quibus hoc vel illud euenisse narratur, aut euenturum prædicitur? Certe Dei verbo quoad nos non constabit sua veritas, si de Æthiopibus id accipias quod refertur de Saracenis. Nec poterit sacra historia cum exoticâ conferri, nec euentus cum prædictione. Et Scripturæ interpretes in deuia feretur, ut qui de cepis respondent de alliis interrogati. Ac si quis in Cæsare Gallorum nomen ad Sarmatas referat, aut Britannorum ad Garamantas. Cuiusmodi errores cum nemo ferat in Cæsaris interprete, cur his nihilo leuiores patienter præteribimus in tractatore Scripturæ? Maxime si tales sunt ut ea sacris scriptoribus affingant quæ ridicula sint aut ἀσύντακτα. Quales nonnulli occurrunt, ex quibus profani homines ansam arripuerunt multa in prophetas deblaterandi, ac si Geographiæ tam se prodant imperitos quam aut Aeschylus aliquis, aut Antonius Diogenes, aut scriptores Argonauticôn.

Quæ à me frustra non dici arguet hic ipse liber, in quo huiusmodi maculas à scriptoribus *γεννησθέντες* abstergere conati sumus; Et tractare geographica ut theologum decuit; Ad Dei gloriam omnia referentes, & Scripturæ illustrationem, cui non Arabes modo & Ebræos, sed & Romanos & Græ-

P R Æ F A T I O.

cos scriptores mirum in modum concinere toto opere passim docemus. Atque eò sine cum res postulat eorum testimonia cògerere non dedignamur. Non quod talibus suffragiis Dei verbum in se fiat firmitus, sed vt infirmitati hominum consulatur, & reuincantur athei, qui nihil habent quod rege- rant, cum quæ in Scripturis nostris sunt maxime paradoxa in eorum scriptis legunt in quorum verba iurarunt.

In primo è quatuor libris cui titulum fecimus, *Diuisionis gentium* *ἡμερῶν*, docemus Noam & tres liberos & nonnullos è nepotibus sub aliis nominibus à poëtis graphice describi; Et vbi terrarum arca fabricata sit, & quò in locò substiterit: Et cur ex Oriente profecti dicantur primi homines qui ex Armeniæ montibus in Babyloniam descenderunt, quæ recta est ad meridiem. Ibidem multa disquirimus de Babylonis amplitudine & situ, & mœnibus ex latere & bitumine, de altitudine turris Babylonicæ, de consilio structorum, de confusione linguarum, & gentium dispersione. Quæ *ζητήματα* sic à doctis vltro citroq; agitata sunt, vt nondum exhausta fuerint, & supersint multa dicenda.

Agitur in secundo libro de Semo & Semi posteris, quem cæteris preposui- mus ratione dignitatis. Huius libri pars non infima versatur in stirpe Iectan, quam omnes Scripturæ interpretes Iosephi vestigiis insistentes in Indiam ablegauerant, nos inuictis rationibus Arabiæ parti asserimus ex quâ thus & myrrha proueniunt & quicquid est aromatum.

Tertius est de Iaphetho cuius filios in Asiâ Mediam, Iberiâ, Moschi- cam, Tibareniam, Cappadociam, Paphlagoniam, Phrygiam, in Europâ Thraciam, Græciam, Italiam, Galliam & Italiam occupasse probamus; His reiectis qui, vt illum intra limites angustiores coerceant, Rhodanim Rhodios esse volunt, & Cethim Cyprum vbi Citium, & Tharsis Ciliciam cuius Tarsus est metropolis.

In quarto agitur de Chami filiis: Et Chus dudum è patriâ exul in Arabiam suam postliminio reuertitur, vt Æthiopiam cedat Ludæis, quos esse veros Æthiopes pluribus demonstramus. Et Phathrusai Thebaidem occupant. Et Casluchi hæctenus ignoti se Colchos esse profitentur. De Babylone item & Niniue & aliis vrbibus à Nimrode conditis multa habentur nondum vulgata, & vt speramus profutura.

Errata typographica ij facilius condonabunt, qui scient quot incommodis in huius libri editione conflictatus sim, & meliorum inopiâ eò necessitatis adactum vt illorum operâ mihi fuerit vtendum qui *ἐν πείθῳ* quod aiunt *ἢ κερταμείδῳ ἢ μούθῳ*. Taceo me in emendatione nullum habuisse adiutorem, & iis negotiis sæpe vrgeri per quæ ad hæc minutula non licet attendere quantum satis est. Sed & sculptori qui tabulas geographicas edidit, defuit peritia, potissimum in Ebræorum characterum efformatione, in quibus quæcunque defunt ex ipso libro lector facile supplebit. Ex quâ occasione sit factum vt huic tractatui alterum attexuerimus de Phœnicum sermone & cœloniis dicetur in sequentibus.

litur, nostrâ
Ioctan, nec

ere exigunt,
erbis docere
id quâquam
scat, id sibi
velit. Inte-
per nostrum
im hæc fruf-
imus. Certe
vt in natu-
indubitatum
quod nihil in
terra præ-
o adimunt
im Dei ver-
it idem ac-
peri Deo fa-
ipta sunt ad
vtilem ad

nundi par-
is, nedum
troactis sæ-
ecta est, &
vt sacræ hi-
intelliget,
ut euentu-
eritas, si de
sacra histo-
uræ inter-
gati. Ac si
norum ad
prete, cur
æ? Maxi-
aut *ἀσύτα*.
n arripue-
odant im-
Scriptores

di macu-
ographi-
scripturæ
& Græ-
cos

INDEX CAPITVM.

LIBER PRIMVS.

Diuisionis Πενταμερα.

- CAP. I. **H**istoria de Noâ & tribus filiis accurate confertur cum fabulâ de Saturnô & Saturni tribus liberis. pag. 1
- CAP. II. De nepotibus Noæ quorum mentio Gen. 10. Chanaan confertur cum Mercurio, Nimrod cum Baccho, Magog cum Prometheo: Plerosque alios non appellari veris nominibus, sed urbium aut gentium nominibus quas condiderunt. p. 11
- CAP. III. Arca Noæ quô locô substiterit. p. 15
- CAP. IV. Vbi ante diluuium vixerit Noe, & arcam fabricauerit. p. 24
- CAP. V. De terrâ Senaar vel Sennaar vel Sinhar vel Singar, in quam ex montibus Ararat profecti sunt primi homines. p. 27
- CAP. VI. De pallio Sinhar Ios. 7. 21. p. 28
- CAP. VII. Cur Gen. 11. 2. קדם ex Kedem vel ex Oriente profecti dicantur qui ex montibus Ararat venerunt in terram Sinhar. p. 34
- CAP. VIII. Babel seu Babylon vbi fuerit. p. 36
- CAP. IX. Turris Babel vbi fuerit. p. 40
- CAP. X. Quando & à quibus fuerit extructa turris. p. 42
- CAP. XI. Turrim & mania Babylonis ex latere & bitumine constitisse. pag. 43
- CAP. XII. De Babylonis amplitudine. p. 49
- CAP. XIII. De altitudine turris Babylonica: De eâdem fabulæ cum Moysi historiâ collatæ. p. 51
- CAP. XIV. Quô consiliô primi homines tantam molem erexerint. p. 53
- CAP. XV. De confusione linguarum. p. 56
- CAP. XVI. De gentium dispersione. p. 70

LIBER SECVNDVS.

De Semi posteris.

- CAP. I. De Semo. pag. 73
- CAP. II. Elam עילם. p. 78
- CAP. III. Assur אשור. p. 81
- CAP. IV. Arphaxad ארפכשד. p. 83
- CAP. V. Aram ארם. p. 83
- CAP. VI. De locorum nominibus quibus vel præfigitur vel postponitur nomen Aram. p. 85
- CAP. VII. Semi nepotes ex Aram. p. 90
- CAP. VIII. Vts עץ Gen. 10. 23. p. 90

INDEX CAPITVM.

CAP. IX.	<i>Hul</i> חול.	p. 91
CAP. X.	<i>Gether</i> גתר.	p. 92
CAP. XI.	<i>Mas</i> מַס Gen. 10. 23. vel <i>Mesech</i> מֶסֶךְ Par. I. 17.	p. 93
CAP. XII.	<i>Lud</i> לוד.	p. 94
CAP. XIII.	<i>Sela</i> שלח.	p. 100
CAP. XIV.	<i>Eber, Phaleg, & reliqui Eberi filij usque ad Abrahamum.</i>	p. 104
CAP. XV.	<i>Ioctan vel Iectan</i> יקטן	p. 109
CAP. XVI.	<i>Almodad</i> אלמדרד & <i>Saleph</i> שלף.	p. 112
CAP. XVII.	<i>Hatsarmaneth</i> חצרמות.	p. 113
CAP. XVIII.	<i>De loco Arabiae unde thus aduehebatur.</i>	p. 117
CAP. XIX.	<i>Iarach</i> ירח.	p. 124
CAP. XX.	<i>Hadoram</i> הדורם.	p. 128
CAP. XXI.	<i>Vzal</i> וזל.	p. 130
CAP. XXII.	<i>Diela</i> דקלה.	p. 134
CAP. XXIII.	<i>Obal</i> עובל.	p. 139
CAP. XXIV.	<i>Abimaël</i> אבימאל.	p. 144
CAP. XXV.	<i>De homonymia nominis Seba & Sabæorum in Scriptura.</i> pag. 146	p. 146
CAP. XXVI.	<i>Seba</i> שבא <i>filius Ioctan</i> Gen. 10. 28.	p. 156
CAP. XXVII.	<i>Ophir</i> אופיר.	p. 161
CAP. XXVIII.	<i>Chauila</i> חוילה Gen. 10. 29.	p. 163
CAP. XXIX.	<i>Iobab</i> יובב.	p. 163
CAP. XXX.	<i>De Mesa</i> מֶסָה & <i>Saphar</i> סַפָּר Gen. 10. 30.	p. 163

LIBER TERTIVS.

De Iapheti posteris.

CAP. I.	<i>De Iaphetho.</i>	pag. 167
CAP. II.	<i>Thiras</i> תירס.	p. 172
CAP. III.	<i>Iauan</i> יאן.	p. 174
CAP. IV.	<i>Elisa</i> אלישא.	p. 176
CAP. V.	<i>Chitthim</i> כיתים.	p. 178
CAP. VI.	<i>Dodanim</i> דודנים <i>sue Rhodanim</i>	p. 183
CAP. VII.	<i>Tharsts</i> תרשט.	p. 188
CAP. VIII.	<i>Gomer</i> גומר.	p. 194
CAP. IX.	<i>Askenaz</i> אשכנז.	p. 196
CAP. X.	<i>Riphat</i> רפח <i>vel Diphat</i>	p. 198
CAP. XI.	<i>Thogarma</i> תוגרמה.	p. 200
CAP. XII.	<i>Tubal</i> תובל & <i>Mesech</i> מֶסֶךְ.	p. 204
CAP. XIII.	<i>Magog</i> מגוג.	p. 212
CAP. XIV.	<i>Madai</i> מדאי.	p. 219
CAP. XV.	<i>Populi ex Iapheti filiis oriundi iuxta Iosephum Ben Gorjon.</i>	p. 225

M.
 tur cum fa-
 pag. 1
 n confertur
 Prometheo:
 urbinum aut
 p. 11
 p. 15
 rit. p. 24
 in quam ex
 p. 27
 p. 28
 ti dicantur
 r. p. 34
 p. 36
 p. 40
 p. 42
 e constitisse.
 p. 49
 n Mosi hi-
 p. 51
 p. 53
 p. 56
 p. 70
 pag. 73
 p. 78
 p. 81
 p. 83
 p. 83
 nitur nomen
 p. 85
 p. 90
 p. 90

INDEX CAPITVM.

LIBER QVARTVS.

De Chami posteris.


CAP. I.	<i>De Chamo.</i>	pag. 230
CAP. II.	<i>Chus</i> כוש.	p. 237
CAP. III.	<i>Filij Chus.</i>	p. 245
CAP. IV.	<i>Sabtheca</i> סבתכה.	p. 246
CAP. V.	<i>Rhegma</i> רעמה.	p. 247
CAP. VI.	<i>Dedan</i> דדן.	p. 248
CAP. VII.	<i>De Seba vel Saba</i> שבא <i>filio Rhegma.</i>	p. 249
CAP. VIII.	<i>De altero Seba filio Chus, Ebr. סבא per Samech.</i>	p. 250
CAP. IX.	<i>De שבא Seba nepote Abrahami.</i>	p. 251
CAP. X.	<i>Sabtha</i> סבתה.	p. 252
CAP. XI.	<i>Chauila</i> חוילה <i>filium Chusi.</i>	p. 255
CAP. XII.	<i>Nimrod</i> נמרוד.	p. 256
CAP. XIII.	<i>Descriptio Babylonis.</i>	p. 261
CAP. XIV.	<i>De conditore Babylonis.</i>	p. 263
CAP. XV.	<i>De excidio Babylonis.</i>	p. 265
CAP. XVI.	<i>Erech vel Arach</i> ארך.	p. 267
CAP. XVII.	<i>Acchad</i> אכד.	p. 269
CAP. XVIII.	<i>Chalne</i> כלנה.	p. 270
CAP. XIX.	<i>Assur</i> אשור.	p. 272
CAP. XX.	<i>Ninine</i> נינה.	p. 280
CAP. XXI.	<i>Rehoboth</i> רחובות.	p. 289
CAP. XXII.	<i>Calach</i> כלח.	p. 290
CAP. XXIII.	<i>Resen</i> רסן.	p. 291
CAP. XXIV.	<i>Misrajim</i> מצרים.	p. 292
CAP. XXV.	<i>Septem filij Misraim.</i>	p. 297
CAP. XXVI.	<i>Ludai</i> לודים.	p. 299
CAP. XXVII.	<i>Pathrusai</i> פתרוסים.	p. 311
CAP. XXVIII.	<i>Lehabai</i> להבים.	p. 316
CAP. XXIX.	<i>Naphthuhai</i> נפתוחים.	p. 317
CAP. XXX.	<i>Anamai</i> ענמין.	p. 322
CAP. XXXI.	<i>Casluchi</i> כסלוחים.	p. 323
CAP. XXXII.	<i>Caphthorai</i> כפתורים.	p. 329
CAP. XXXIII.	<i>Put vel Phut</i> פוט.	p. 333
CAP. XXXIV.	<i>Chanaan</i> כנען.	p. 335
CAP. XXXV.	<i>Sidon</i> צידון.	p. 342
CAP. XXXVI.	<i>De decem reliquis filiis Chanaan.</i>	p. 344
CAP. XXXVII.	<i>Fines Chananaeorum.</i>	p. 349
CAP. XXXVIII.	<i>Explicatio decimi capituli Geneseos de diuisione gentium ex Ebraeo libro Iuchasim.</i>	p. 351

Argumenta singulis capitibus praefixa docent explicatius quid in iis tractetur.

LIB. I.

pag. 230
p. 237
p. 245
p. 246
p. 247
p. 248
p. 249
p. 250
p. 251
p. 252
p. 255
p. 256
p. 261
p. 263
p. 265
p. 267
p. 269
p. 270
p. 272
p. 280
p. 289
p. 290
p. 291
p. 292
p. 297
p. 299
p. 311
p. 316
p. 317
p. 322
p. 323
p. 329
p. 333
p. 335
p. 342
p. 344
p. 349
ex Ebraeo
p. 351

LIB. I.



**DESCRIPITIO
TERRARVM IN
QVAS DISPERSISVNT
STRUCTORES TVRIS
BABEL**
ad pag. i.

MESOPOTAMIA CVM PARTE BABYLONIÆ



SYRIA ET AEGYPTI Delta




AD LECTOREM

*Hic supplere visum est
quæ propter locorum an-
tiquitatem in tabula ista
describi non potuerunt*



ARABIA PETRAEA
à Syria per Nabataeos
Charranicos



A LIBER PRIMVS.

DIVISIONIS ΠΡΟΗΓΟΥΜΕΝΑ.

CAPVT PRIMVM.

Historia de Noa & tribus filijs accuratè confertur cum fabula de Saturno & Saturni tribus liberis.

^o Id verum quodcunque primum, Scriptura antiquissima, ex qua petitum aut detortum quicquid antiquum in gentibus, vt fabula de Saturno & liberis, qua tota latet in Historia Noa. 1. Saturnus παρυσέτωρ 2. Iustitiæ præco. 3. Eo Rege omnia communia & indiuisa. 4. Et homines in summâ pace degebant. 5. Et vnius erant sermonis. 6. Eius vxor Rhea seu tellus, quia Noe appellatur *vir terra*. 7. Idem agricola & vitifator. 8. Et ebrietatis præses. 9. Cur Saturnalibus serui domitorum loco. 10. Saturnus author legis quæ deos vetat videre nudos. 11. Idem cum vxore & suis ex Oceano emerfit. 12. Nauius eius Symbolum. *Capita aut nauis Gall. croix ou pte*. 13. Saturnus prædicit diluuium. Columba Deucalionis. 14. Cur tradatur Saturnus vorasse omnes liberos præter tres *πολυβουλλήτης*. In Scriptura Prophetæ dicuntur facere quod futurum prænuntiant. *Cham* seu *Ham*, id est Iuppiter, Afris *Hammon*, Ægyptijs *Αμμών* & *Αμὼν*. Tria loca scriptura de *Hammon* quæ sumunt multo aliter interpretes. *Amon*, de No *Haman-No, No-Amon*. *Diospolis* non est *Alexandria* quæ nondum erat, sed eius loco *Racotis*. *Diospolis* cur à *Nahumo* aquis circumdari dicatur. *Diospolis* prope *Mendetem* in medijs aquis. *Magnam Diospolim*, id est *Thebas*, aquam habere pro muro. Eadem phrasîs in *Isocrate* & *Heliodoro*. *Africæ* & *Arabia* loca ab *Ammone* dicta. Ipsa *Africa* *Ammonia* vel *Ammonis*. *Cham* vel *Ham* vnde *Ægyptus* *Chamia*, *Chemia*, terra *Cham*, *Hermopolis*, hodie *Chemî* *Cophritis*. *Chemia* *Plutarcho* nigredo oculi. *Chum* *Hebr.* nigrum, *Chum* *feruidum* vt *Græcè* *Zid*; *Cham* vt *Iuppiter* fratrum minimus. Quomodo cæli Dominus. Cur fingatur patrem executisse. Verbum *גניב* æquiocum *Gen. 9. 22.* Cur *Corcyra* Saturno odiosa. *Gordiaz* montes *Corcyraei*. *Iaphet* *Neptunus* maris Deus. Eius portio in insulis & peninsulis. *Locus Euhemeri*. *Πασιδων* *Poenis* *Περίαν* à dilatando vt *Iaphet*. *Neptunus* *Ἐπιεπιρος*. *Mare Iarum*. *Neptunus* à *Νηθη* vel à *Nephty*. Non à nando vel nubendo. *Mosele* *Ægyptijs*. Sem idololatriæ exosus, ad inferos detrusus, pro *Plutone* habitus. Alludit ad *שם* *samma* quod *ἄραρις* *Græci* reddunt. *Συδ* *Typhon* *Ægyptijs*, qui & *Seth* & *Bebon*. Vtrumque explicatur.

TERTULLIANVS aduersus Praxeam rectè asserit id esse verum quodcunque primum, id esse adulterum quodcunque posterius. Neceffe enim est vt veritas sit prior mendacio, cum mendacium nihil aliud sit quàm corruptio veritatis. Itaque inter doctrinæ cælestis characteres & *κρίθια*, merito censetur antiquitas, adeoque dignitatis atque authoritatis apud homines multum illi inde accedit. Hæc poro doctrina antiquitas non aliunde melius potest adstrui, quàm si doceamus in gentibus quicquid fuit antiquissimum, id ex Scripturis nostris aut petitum esse aut detortum. Exemplo sit prisca fabula de Saturno & tribus liberis orbis imperium inter se partientibus: in qua docti pridem viderunt latere Noam & tres filios à quibus terra diuisa est. Sed vt res clarius elucescat, totam hanc fabulam libet conferre accuratius cum historiâ *Mosis* de Noa; quod non puto quenquam hæcenus sufficienter præstitisse.

Noam esse Saturnum tam multa docent vt vix sit dubitandi locus. 1. Omnium qui post diluuium vixerunt communis parens est Noe. Ita Saturnus in *Orphei* hymnis παρυσέτωρ & γενάρης appellatur. Et eius vxor Rhea,

^B Μητηρ μέντε θεῶν ἡ δὲ θυγάτηρ αὐτοῦ.

2. Noe non iustus modò, sed & iustitiæ præco sedulus, cum eo vixerit sæculo, quo hominum mores erant perditissimi, nihil non egit vt illos ad veræ pietatis normam verbo & exemplo reduceret. Saturnum itidem regem iustissimum fuisse volunt, adeo-

A

que pro virili τὸς καθ' ἑαυτὸν ἀγροῦσι καὶ ἀγρία διαίτης εἰς βίον ἡμεῖς μετα- A
 ἤσαν, καὶ ἀπὸ τῆς ἀπιδόχης μεγάλης τυχόντα, πολλὰς ἐπέλασαν τὸ οἰκουμένης τό-
 πους, εἰσπήσαν δὲ ἰσὺν ἀπαιτιώτε διαιτισίῳ καὶ τῷ ἀπλότῳ τῆς ψυχῆς; ho-
 mines sui temporis ex agresti vita ad humaniorem cultum transtulisse, & pro-
 pterea magnos honores consecutum, multa orbis loca peragrasse, & omnes ad
 iustitiam & animi simplicitatem induxisse: Diodori verba sunt lib. 5. Bi-
 bliothecæ. Neque aliter Aurelius Victor in libro de origine gentis Ro-
 manæ: Feròs homines & raptò viuere assuetos ad compositam vitam traduxit.
 Quibus hæc summi poetæ consona Aen. lib. 8.

*Is genus indocile & dispersum montibus altis
 Composuit, legesque dedit.* B

3. Inter diluuij tempus & Phalegi natiuitatem anni centum intercesse-
 runt, per quos, orbe nondum diuiso, Noe in vniuersum genus homi-
 num, vt pater in liberos, naturale habuit imperium. Hæc est Poetarum
 ætas aurea sub regno Saturni, qua homines, vt fabulantur, omnia in com-
 mune possidebant: Rex Saturnus (inquit Trogus apud Iustinum lib. 43.)
 tantæ iustitiæ fuisse fertur, vt neque seruiert sub illo quisquam, neque quic-
 quam priuatæ rei habuerit, sed omnia communia & indiuisa omnibus fue-
 rint, veluti vnum cunctis patrimonium esset. Et Virgil. i. Georgic.

*Nec signare quidem aut partiri limite campum
 Fas erat.* C

Et Ouidius lib. 3. Amorum Eleg. 7.

Signabat nullo limite fossor humum.

Quod de eadem ætate habetur in Hesiodo,

Οἱ μὲν ἐπὶ Κρόνῳ ἦσαν, ὅτ' ἔχοντο ἐμβαπτόμενοι,

Ὡς τε θεοὶ ἔζωον; ἀκηδέα θυμὸν ἔχοντες,

Νόστον ἀτερτε πόνων καὶ οἰζύος.

Cælorum imperium dum Rex Saturnus habebat,

Dijs similes summâ degebant pace, nec ullus

His labor aut ærumna fuit.

Id, inquam, videtur sumptum ex *Genesis* Lamechi de Noâ Gen. 5. 19. D
 Iste consolabitur nos de labore nostro, & de dolore manuum nostrarum,
 & maledictione quâ dominus terræ maledixit: Eodem pertinent hæc Tele-
 clidis apud Athenæum lib. 6.

Εἰρήνη μὲν παρ' ὅσον ἀπάντων ἡ ὡσαύτ' ὕδωρ κατὰ χεῖρας,

Ἡ γὰρ δὲ ἔφερ' ἡ δέος ἡ δὲ νόστος &c.

Primum quidem omnibus pax fuit, vt manibus aqua,

Nec quæ metum afferrent nec quæ morbum terra genuit.

Et quæ de Saturno habet Martialis lib. 12. Eigr. 63.

Antiqui Rex magne poli, mundique prioris,

Sub quò pigra quies nec labor ullus erat. E

3. In eodem sæculo terra tota vnus erat sermonis teste Prophetâ Gen. 11.
 1. Quod fabularum confarcinatores extendunt vsque ad bestias. Inde est
 quod sub Saturno volunt communem aliquam fuisse linguam homini &
 brutis. Plato in Politico: οἱ Ἴσφιμοὶ τῷ Κρόνῳ παρ' ὅσον αὐτοῖς ἕτα πολλῆς γλώσσης

A λῆς ἐν δυνάμει, πρὸς τὸ μὴ μόνον ἀνθρώποις ἀλλὰ ἐν ζῴοις ἀπὸ λόγων δὲ
να δαυ συστῆναι, κατεχρῶντο τοῖσι συμπύσι ἐπὶ φιλοσοφίαν: Saturni alum-
ni tanto otio & facultate non solum cum hominibus, sed & cum bestiis collo-
quendi, hisce omnibus ad philosophiam utebantur. 6. Noe Gen. 9. 20. appel-
latur הַאֲדָמָה אִישׁ vir terræ, id est agricola. Tale vir belli, pro milite Ios, 5.
4. vir brachij pro robusto Iob. 22. 8. vir sanguinis, pro sicario vel homici-
dâ, 2. Sam. 16. 7. vir pecoris, pro opilione Gen. 46. 32. vir verborum, pro
diserto, Exod. 4. 10. vir labiorum, pro multiloquo, Iob. ij. 2. vir linguæ,
pro maledico, pl. 140. 12. Nulla phrasis vsitatior. Tamen de Noâ, vir terræ,
sic fuit sumptum à Mythologis, ac si terram siue Tellurem Deam duxisset

B in vxorem: Tellus enim eadem quæ Rheæ Saturni vxor. 7. Sed cum alios
non lateret ad agricolæ & vinitoris descriptionem hæc pertinere, Noe
capit esse vir terræ, & plantauit vineam, Saturno etiam agrorum & vi-
tium cultus tribuerunt. Aurelius Victor vbi supra: Isque primus agricultu-
ram edocuit. Plutarchus in Ρωμαίωνε quæst. 42. κερπῶν ἀρετῆς ἢ γεωργίας
ἢ γεμῶν ὁ θεὸς, ἢ δὲ ἀρετῆς τῆς σμύρας, fructuum virtuti aut agriculturae deus ille
præest, hoc enim falsè significat. Et in eiusdem parallelis Saturnus Icarium
docuisse legitur ἔπον τὸ τῷ οἴκῳ πόσεως ἐν τῷ ἀμπελῶν, vini usum & vitis cul-
tum. Sic apud Macrobiū Saturnal. lib. i. cap. 6. Huic Deo infertiones sar-
culorum, pomorumque educationes, & omnium ejuscemodi fertiliūm tri-
buunt disciplinas. Et Ianus ibidem à Saturno edoctus peritiam ruris, eius si-
mulachro falcem insigne messis adjecit. Ita de Iano Seruius in 8. Aeneld.
Quem cum docuisset Saturnus usum vinearum & falcis &c.

C 8. Quinetiam quia vir sanctus vino succubuit semel, fortasse nondum
expertus eius vires, in ejus facti memoriam Saturnalibus more receptum
erat multo mero se ingurgitare, & Saturnus ebrietati præesse credebatur.
Proinde in Luciano dicit Saturnus sibi curam esse commissam καὶ τοῦ, ἐν
ὧδῆς, ἐν μέθῆς, plausus, cantus & ebrietatis: Et Saturnalium septem die-
bus sibi non licere serium quicquam aggredi, πίνειν δὲ ἐν μεθῆν ἐν βοῶν, sed
inebriari & bibere & vociferari.

In Epist.
Saturn.
In Saturn.

D 9. Eodem Saturni festo, vt refert Athenæus lib. 14. Romanis in more
fuit ἐστῆσαν τῆς οἰκέτας, αὐτοῦ τῆς πῶν οἰκετῶν ἀναδεχομένης καὶ τυργίας, vt seruos
conuiuio exciperent, & seruilia ministeria ipsi obirent. Quod ipsum non
Romæ solum & in Græciâ, sed & Babylone vsurpatum docet ibidem
Athenæus ex Beroso. Noe videlicet Chamum execratus prædixerat fore
vt eius posteri serui essent seruorum: Atque id impletum in Chananais,
tum cum subire coacti sunt Israelitarum jugum qui Aegyptijs diu serui-
rant. Sed Chami posteri, quos Græci postmodum & Romani imitati sunt,
seriam maledictionem conuertere conati sunt in rem ludicram, quasi
oraculum impleturi, aut elusuri verius, hæc seruitutis imagine.

Athen-
lib. 14.

E 10. Occasio anathematis à Noâ in Chamum contorti hæc fuit, quod vi-
disset ἡμῶν πατὴρ ἡμῶν patris sui verenda nuda, atque oculos suos hoc spe-
ctaculo pauisset. Fuit id ex parte notum Poetis, qui latam à Saturno le-
gem esse fingunt, quâ sancitur ne quis Deos nudos impunè contem-
pletur. Proinde in Callimachi hymnis Minerua cum Tiresiam occæcaf-

Plat.
de leg.
lib. 10.

set, qui lauāntem illam viderat, apud Tiresiæ matrem factum ita excusat. **A**

----- ἐγὼ δὲ οὕτω τέκνον ἔφηκ' ἀλάω.

Οὐδ' Ἀθαιαίᾳ γλυκερὸν πέλας ὄμματι παίδων

Ἀρπαίξει. Κεῖνοι δὲ ὦδε λέγοντι νόμοι,

Ὅς κέ τιν' ἀθανάτων ὄξει μὴ θεὸς αὐτὸς ἔληται

Ἀθήσῃ, μηδὲ τῶτον ἰδεῖν μεγάλα,

----- non per me perdidit ille oculos.

Nec mihi luminibus pueros orbare voluptas.

Ast à falcigero lex sene lata iubet,

Vt panā grauiore luat temeraria quisquis

Audet in inuitos lumina ferre Deos. **B**

11. Etiam id notandum quod in Timæo Platonis, Κρόνος ἔξ Ρέας καὶ Ἰσίδος γεννητῶν Saturnus ἔξ vxor Rheæ, ἔξ qui cum illis fuerunt ex Oceano & Thetide nati dicuntur, Noe scilicet cum suis ex aquis diluuij tanquam ex matrice emerit. 12. Itaque nauem prisca Romani Saturni symbolum esse voluerunt. Quò quidem recentiores nauim illam significari statuunt quā in Italiam scilicet aduectus est. Ouidius lib. 1. Fastorum:

Et bona posteritas puppim signauit in ære,

Hospitis aduentum testificata Dei.

Macrobius vbi de Iano: Quum primus quoque æra signaret, seruaui ἔξ in hoc Saturni reuerentiam; ut quoniam ille naui fuerat aduectus ex una quidam parte sui capitis effigies, ex alterā verò nauis exprimeretur: quo Saturni memoriam etiam in posteros propagaret. Aes ita fuisse signatum hodieque intelligitur in alicuius lusu, cum pueri denarios in sublime iactantes, capita aut nauim (Gall. croix ou pile) lusu teste vetustatis exclamant. Eadem legere est in Aurelii Victoris libello quem citauimus de origine gentis Romanæ. Plutarchus ita in Ρωμαίωνισ ad quæstionem cur nummi veteres ab vnâ parte habuerint Ἰανὸς διπρόσωπον εἰκόνα Ἰανὸς bisfrontem imaginem, ab alterā πλοῖον πρόμναν ἢ πρὸς ἄνω εἶχε καὶ ἐπιπέδιον nauigij puppim aut proram insculptam, à plebisque asseri dicit id fieri ἐπὶ Ἰωνῶν Κεῖνος πλοῖον ἀπὸ πελάγους εἰς Ἰταλίαν in Saturni honorem qui nauem in Italiam trajecerit. Quod tamen docet post modum à se non probari satis, quia cum multis alijs, Saturno commune id fuit: ἔξ Ἰδμεός, ἔξ Ευανδρός, καὶ Ἄινειος ἐκ θαλάσσης πρὸς Ἑσπερίῃσιν quippe Janus etiam ἔξ Euander, ἔξ Ἄινειος mari in Italiam appulerunt. Itaque videntur veteres simbolo nauis aliud significasse, nempe arcam Noe, quā cum suis seruatus est ab vniuersali Cataclysmo.

13. Neque id Assyrios prorsus latuit, quamuis facti veritatem commentis suis obscurauerint, ut gloriæ vni Saturno, id est Noæ debitæ portionem aliquam Regi suo Xisuthro tribuerent. Sub illo nimirum narrat Alexander Polyhistor μέγαν γενέσθαι καὶ κατακλυσμὸν magnum fuisse diluuium, ἔξ σαθηναίῃ τῷ εἰσπορευομένῳ καταγγείλας αὐτὸς τὸ Κεῖνος τὸ εἰσμερον, ἔξ ὅτι πρὸς τὴν ναυπηγησάμενος λείρα καὶ ἄλλα πλοῖοις, ἐρπετοῖς τε καὶ κτήρεσι πλείν ἐν αὐτῇ, seruatum fuisse Xisuthrum, cum ei quid futurum erat Saturnus prædixisset, fabricandam ipsi arcam, ἔξ in eā cum volucribus, reptilibus atque iumentis esse nauigandum. Ita etiam in Abydeno, Κεῖνος πρὸς ἡμῶν εἰς μέν ἐσεσθαι πλοῖος

Apud Cyril. cont.
Julian. l. 1.

A ὄμβρων. Saturnus quidem præsignificat magnam imbrum vim futuram. Sed Xisuthrus Rex ἑσ' Ἀρμενίης ἀπέπλωσε, ἐξ ἑσ' αὐτῆς ἰὼν ἐκτελέσειεν τὰ ἐκ θεοῦ... *In lib. v. et animal. etc.*

B Saturnum ab eo distinguit qui impleuit vaticinium, cum in Scripturâ idem Noe qui à Deo monitus diluuium prædixerat, etiam arcam fabricauerit. Sub Xisuthro verisimile est Tigrim & Euphratem in Babyloniâ aliquanto plus solito exundasse, atque huic inundationi ea tribuisse Assyrios quæ contigerant sub generali diluuiio. Sic in particulari Thessaliæ diluuiio Deucalionem etiam in arcâ euasisse, & ex eâ columbam emisisse tradunt Græci scriptores. In his ita Plutarchus, Δευκαλίῳ φασὶ περιεσθῆναι τὴν γὰρ ἀφαιμένῳ δὴλωμα... *In lib. v. et animal. etc.*

C 14. Quod pænè omiferam ad diluuium id quoque pertinere puto, quod Saturnum Poetæ volunt deuorasse omnes liberos præter tres illos... *In lib. v. et animal. etc.*

D Hinc Deus legitur cadere per Propetas Os. 6. 5. & præfecisse Ieremiam gentibus & regnis ad extirpandum, & destruendum & disperdendum, & dissipandum. Eo sensu Noe consumpsit omnes homines, id est prædixit consumendos. Tres solum superfuere, nimirum Sem, Cham & Iaphet, qui orbis imperium inter se distribuerunt. Hi sunt tres Saturni liberi quos habuit in regno successores, de quibus nunc agendum.

E Cham seu Ham, vel quia fratrum minimus Gen. 9. 24. vel propter anathema à patre in illius caput contortum, in Africa steriles arenas ablegatus est, vbi per multa sæcula cultus est sub nomine Iouis Ham seu Hammonis. Egyptij mollito sono densæ aspirationis Ἀμμὼν vel Ἀμὼν dicebant. Herodotus in Euterpe, Ἀμμὼν δὲ Αἰγύπτιοι καλεῖσσι τὸν Δία, Ἀμμωνὴν enim Egyptij Iouem vocant. Plutarchus in Iside: ἐπὶ δὲ τῶν πολλῶν νομιζόντων ἴδιον παρ' Αἰγυπτίοις ὄνομα τῷ Διὸς εἶναι τὸ Ἀμμὼν ὃ καὶ Ἰαχμὴν λέγουσιν. Insuper autem cum plerique sentiant proprium apud Egyptios Iouis nomen esse Amoun quod Hammonem dicimus, vocabulo inde de-

ita excusat. A

B Pêa καὶ ὀρεῖ
Oceano &
ij tanquam
symbolum
ri statuunt

C seruaui &

ex una qui-
quo Saturni
dieque intel-
a aut nauim
gere est in
s Romanæ.
b vnâ parte
alterâ πλοῖα
tam, à ple-

D et post mo-

omune id
quippe fa-
Itaque vi-
a Noe, quâ
n commen-
lebitæ por-
rum narrat
luuium, &

E ωρεσθὲν καυ-

seruatum
abricandam
ris esse na-
ωρεσθὲν πλῆθος

6
duffo. Ab Aristotele scribitur Ἀμμῶς. Hefychius: Ἀμμῶς, ὁ Ζεὺς, Ἀεγυπτῶν
 275. Ab Hebræis אַמֹן Amon & חַמֹן Hamon.

De illo *Amon* vel *Hamone* scriptura palam meminit tribus in locis
 quæ interpretes multò aliter accipiunt: Primus Ierem. cap. 46. vers. 25.
Dixit dominus exercituum, Deus Israelis: Ecce ego visito Amon de
No, & Pharaonem, & Ægyptum, & deos eius, & Reges ejus. Amon de No,
 id est Deum *Amon*, in cuius honorem consecratum fuit fanum in vrbe
No. Vnde est quòd illa vrbs composito nomine dicebatur *Amon No,*
 vel *No-Amon.* Ezech. 30. 15. וְהָרַחֵם אֶת חַמֹן-נֹא & succidam *Hamon-No.*
 Et Nahum. 3. 8. אֲנִי טוֹבֵר מִנֹּא-אֲמֹן *An tu melior es vrbe No-Amon?* Itaque
 non placet quod אַמֹן vel חַמֹן his locis alij *tumultum*, alij *nutritium*, alij *B*
 denique volunt nomen esse Regis Ægypti. Cum sit ipsissimum nomen
 Iouis ab Ægyptijs *Hamon* dicti vel *Amon.* Vnde est quòd LXX reddunt
 in Ezechielis loco quem citauimus, ἐν Διοσπόλει ἔσται ἔκρημα &
 in *Diospoli* erit scissio. In *Diospoli*, id est in Iouis vrbe in *Hamon-No*, quo-
 modo habet Propheta. Nec erat cur posteriores interpretes, Chaldaus,
 Hieronymus, Hebræi, Drusus etiam, hanc interpretatione rejecta, pro
Diospoli redderent *Alexandriam.* Nec enim verissimile est Ezechielem &
 Ieremiam imminentis excidij pœnam denunciassse vrbi quæ nondum
 erat, quòd saculò illi scripserunt. Aut Nahumum *Niniuem* vrbem ita com- *C*
 pellasse: *Tu ne melior es*, (id est munitior) *Alexandriam* aliquando extruen-
 da ab *Alexandro magno.* Similitudines nihil docent, nisi sumantur ex
 rebus notis, qualis esse non potuit ciuitas nondum condita, nec nisi
 multò post condenda. Quid quòd Ezechielis & Ieremix minas Nahum
 scribit esse completas, & incolas vrbis *No-Amon* abiisse in captiuitatem,
 & paruulos ejus fuisse illisos in capitibus omnium vicorum: Atque eò
 exemplò terret *Niniem*, tanquam pari supplicio breui multandam.
 Omnino igitur non structura modò, sed & excidium vrbis *No-Amon*
 præcessit Nahumi scriptionem: Et verissimile est illum scripsisse quo
 tempore recens fuerat excisa à Rege Nabuchodonozoro, qui *Hierosoly-*
 mis & *Tyro* captis statim inuasit Ægyptum. Fataor ante *Alexandrum* vi- *D*
 cum vel oppidulum *Racotim* nomine in eo loco fuisse in quo condita est
Alexandria. Strabo: Κατὰ τὴν δὲ ἀσπίδα ἔδοσαν τὴν μεσογρηγομένην Παράτιν,
 ἢ νῦν μὲν τὸ Ἀλέξανδρῶν πόλιος ἔστι μέγας τὸ ἑσπερίαι μὲν τῶν νεωτέρων: Ὅτε δὲ
 ἔσται τῶν ἑσπερίαι, habitandum ipsis dederunt locum nomine *Racotim*, qui nunc est
Alexandria pars, naualibus imminens: tunc verò vicus erat. Pausanias in
 Eliacis lib. 1, vbi de *Alexandria*; λέγουσι δὲ τὸ ἑσπερίαι τὸ πάλαιον Αἰγυπ-
 τῶν ἑσπερίαι ἢ μέγα εἶναι Παράτιν Dicitur & ante non magnum Ægyptio-
 rum oppidum *Racotin* ibi fuisse. Sed vel vicum vel exiguum oppidum à Pro-
 phetis extolli verbis tam magnificis, & cum *Niniue* conferri, nemo pru-
 dens iudicauerit. Et hoc ipsum quòd *Racotis* vocatur hoc quaecumque *E*
 oppidum, docet *Alexandria* priscum nomen non fuisse *No*, vel *No-*
Amon, vt volunt. At eis qui *No-Amon* volunt esse *Diospolim*, aduersatur
 (inquit Drusus) vrbis situs inter duo maria, qualem describit Nahum his
 verbis cap. 3. v. 8. Nunquid melius tecum erit quàm cum *No-Amon* quæ hanc

A bitat in fluminibus? Aqua circum eam est, eius autemurale est mare: à mari murus eius. Diospolis enim procul à mari aberat: Quare non recedo à priorè sententia. Huic Drusij obiectioni bifariam potest occurri: Primò si dicamus non intelligi magnam illam Diospolim, id est Thebas Aegyptias, quas à mari procul abfuisse Drusius rectè obseruat: sed alteram Diospolim propè Mendetem, & Leontopolim, & Busirim, quam præter Nilz alucos Busiritem & Athribitem, varij lacus instar marium circumquaque cingebant. Strabo lib. 17. *πλησίον δὲ Μένδητος Διόσπολις, ἐξ αὐτῆς δὲ ἀπὸ τῶν λίμναι, ἐξ Ἀεὶ πόλις; εἴτ' ἀπὸ τῆς ἢ Βούσιρις πόλις ἐν τῇ Βυσαιεῖτη νόμῳ: Προπε Mendetem est Diospolis, & lacus qui est circum eam (en ipsissima Prophetæ*

B verba) & Leontopolis, deinde ulterius Busiris urbs in Busirite Nomo. Et Suidas ubi de Demetrio Phalereo: *ἐπέφη ἐν τῇ Βυσαιεῖτη νόμῳ, πλησίον Διόσπολις τῆς ἐν τοῖς ἔλεσι, sepultus est in Busirite Nomo, propè Diospolim, quæ est in paludibus. Quibus ferè similia de eodem habet Diogenes Laertius lib. 5. Obscura quidem fuit hæc Diospolis, nec conferenda cum Niniue: sed potuit esse celebrior, antequam illam excidisset Nabuchodonosor, & situs ratione potius quam magnitudinis cum Niniue conferri. Præterea nil quicquam obstat quominus ad magnam illam & celebrem Diospolim, id est Thebas Aegyptias, referantur Prophetæ verba. Quippe vtr*

C à mari Thebæ procul abfuerint, tamen illis & toti Aegypto duo maria, Rubrum inquam & Mediterraneum, & Nili septem aluci, quidni fuisse dicantur instar propugnaculi, cum prohibuerint quominus hostibus ad illas liber esset accessus, vt pluribus nos docebimus cum ventum erit ad Aegyptum? Interim ea ipsa locutio notanda est in Busiride Isocratis, ubi tradit Aegyptum esse *ἀθανάτων ἰσχυρὴ ἐν Νείλῳ περιχομένη Νίλο vt immortalis muro munitam. Et lib. 1. Heliodori in quò describuntur prædones circa Aegypti Bucolium: ἐν μὲν ὕδατι πάντες ὡς ἀπε τείχεϊ χρώμενοι aqua omnes vt muro utentes.*

Nec in Aegypto solum, sed & in Arabiâ & Africâ vniuersâ notum fuisse nomen Ammonis docent Arabiæ fluuius *Ammon*, & *Ammonium* promontorium *Ammonij* populi. In Africâ propriè dictâ *Ammonis* urbs ^d ad Cinyphum fluuium. In insulâ Meroe delubrum *Ammonis*. ^e In Marmaricâ *Ammonia* ^f urbs quæ vulgo Paratonium. Et *Ammoniacæ* ^g regio, ubi *Ammonis* oraculum toto orbe celeberrimum. Quid quod Africâ vniuersa dicebatur *Ammonis* vel *Ammonia* ab *Ammonis* Dei nomine, teste Alexandro Polyhystore qui in Aegypto vixit sub Ptolemæo Lathyro Stephanus. *Λιβύη, ἧ ἄρα πολυώνυμος, ὡς Πολυίτων, ἢ Ολυμπία, Οκεανία, Ἐσχάτια, Κορυφαῖα, Ἐσπερία, Ὀρτυγία, Ἀμμωνίς, Africa regio multorum nominum, vt tradit Polyhystor: Terra Olympia, Oceania, Eschatia, Coryphe, Hesperia, Ortygia, Ammonis. Item: Ἀμμωνία, ἢ μεσόγαλιος Λιβύης, ἐξ αὐτῆς δὲ πάντα ἢ Λιβύη ἕως ἐνδεῖς ἀπὸ Ἀμμωνίος, Ammonia Africa mediterranea, sed & ipsa Africa vniuersa sic ab Ammone vocabatur. Hinc de Ammone Lucanus lib. 9.*

*Quamuis Æthiopum populis Arabumque beatiss
Gentibus atque Inanis vnus sit Iuppiter Ammon.*

In Ammone
προσδοκῶ
εἶπε δὲ

a Plin. lib. 6.
cap. 28.
b Ptol. lib.
6. cap. 7.
c Plin. vbi
sup.
d Ptol. lib.
4. cap. 3.
e Plin. lib.
6. cap. 29.
f Strab. lib. 17.
g Ptol. lib.
4. cap. 5.

A
s in locis
verf. 25.
Amon de
on de No,
n in vrbē
mon No,
mon-No.
? Itaque
tium, alij
n nomen
reddunt
No, quo-
Chaldaus,
ectâ, pro
hielem &
nondum
ita com-
extruen-
nantur ex
nec nisi
s Nahum
iuitatem,
Atque eò
iltandam.
No-Amon
fisse quo
Hierosoly-
drum vi-
ndita est
Paxōnis,
y: Ἐτε δὲ
ni nunc est
sanias in
z Αἰγυπ-
Aegyptio-
m à Pro-
emo pru-
ecumque
vel No-
duersatur
abum his
qua hæc

Hebræum חם Ham multi Cham scribunt, aspiratione densâ mutatâ A
 in χ Græcum. Inde est quod à priscis incolis Aegyptus vocabatur *Cham-
 mia* vel *Chemia*, id est terra *Cham*; quomodo illam appellat Psaltes ps. 78.
 51. & 105. 23. 27. & 116. 22. Plutarchus qui Aegyptios ignorabat à Chamo
 esse oriundos, à terræ nigredine putauit ita nominari, *Ετι*, inquit, *τιὸν Αἴ-
 γυπτίων ἐν τοῖς μέγιστα μελάγγειον ἔσται, ὡς περ τὸ μέλαν τῷ ὀφθαλμῷ Χημία καὶ
 λεῖπται: Adhuc Aegyptum, cuius solum maxime nigrum est, Chemiam
 Aegyptij vocant, ut nigrum illud quod est in oculo. Et verò Gen. 30. vbi de co-
 loribus pecudum Labanis & Iacobi, חם Cham pro nigro quater occurrit.
 Tamen *Χημία* videtur potius ad Chamum pertinere, vt & apud Step-
 hanum aliud Aegypti nomen compositum *Ερμοχίμος*: & in Aegypto pagi B
 vel vrbes *χίμμις*, *Ἰώχμμις*, *Ἰηθάχμμις* &c. Obiter notâ Cophtitas, qui
 vetusta nomina pertinacissimè retinent, Aegyptum hodieque vocare *Che-
 mi*, & Alexandriam *Rhacot*: vide Kircheri prodromum Coptum pagina 293.*

Vt Noam esse Saturnum multis argumentis constitit, sic tres Noæ
 filios cum Saturni tribus filijs conferenti, Hamum vel Chamum esse Io-
 uem probabunt hæ rationes. Primo ex nomine חם Ham factum Aegyp-
 tium *Χημίον*, & Africanum *Ammon* vel *Hammon*, quæ Iouis esse nomina
 nemo est qui nesciat. Secundò חם Ham feruidum sonat, à radice חם
 feruere, incallescere: Ita Iupiter Græcè *Ζεὺς* videtur à feruendo dici, C
 quod author Etymologici refert ad calorem aëris, quasi Iouis nomine
 poeta aërem intellexerint: *Ζεὺς*, inquit, *ἔστι τὸν ζέον, θερμότερος δὲ ἀέρος
 ἢ ἄλλο τὸ ζέω, ὡς τρέω τρέως ἐς Ἀτρείς, à feruore, aër enim est calidissimus,
 vel à verbo ζέω ferueo, ut treus vel Atreus à τρέω tremo. Tertid vt Cham fi-
 liorum Noe fuit ἡγετῆρῆ natu minimus, Gen. 9. 24. ita Iupiter Saturni. Calli-
 machus Hymno in Iouem.*

Τῷ τοι ἐξ ἡνωτοῖ, ἀεθροπυθίεος περ' ἐόντες,
 Οὐ γὰρὸν σὸν ἐμέγμεθ' ἔχον, ὀπίδαίσιον οἶκον,
 Nec tibi par fratrum, quamuis precederet annis,
 Inuidat, quæ sorte tenes, caelestia templa.

Quartò, Cham seu Iupiter fingitur esse cœli Dominus, quia illi obti- D
 git Africa, cuius magna pars, cum sit inter Tropicos, solem habet & re-
 liquos planetas supra verticem, vnde est quod putatur esse cœlo proxima,
 Lucanus lib 9.

Terrarum primam Libyem (nam proxima cælo est,
 Vt probat ipse calor) tetigit.

Quintò, quod in Phornuco & aliis legitur Iupiter patrem Saturnum exe-
 cuiisse, sumptum videtur ex his Gen. 9. 22. perperam intellectis: *Et vidit
 Cham pater Chanaan verenda patris sui, & nunciavit &c.* Ibi enim
 nunciavit Hebraicè est *וַיַּגִּיד* *Vaiaggid*, quod à serie orationis diuulsu-
 tum cum vocalia puncta aberant legi potuit *Vejaggod* & abscidit, E
 quam à verbo *גָּדַד* quod excidere significat, maxime cum de carne agi-
 tur. Sic Deut. 14. 1. in Hithpaël *וְלֹא תִגְדְּדוּ* non vos incidetis, vbi Jonathan
וְלֹא תִגְדְּדוּ בִישְׂרֵיכֶם non incidetis carnes vestras. Et 1. Regum 18. 28. *וַיִּגְדְּדוּ* Et
 incidebant se iuxta ritum suum cultris & lanceolis. Vide & Ierem. 16. 6.

Plut. in
 Iside.

Steph. in
 Αἴγυπτος

Cyriillus
 Alexand.
 θερμοτάτων
 exponitur.
 2. Glaphy-
 rum in Ge-
 neum.

A & 41. 5. & 47. 5. & 48. 37. Quin & locum admissi criminis per ambas poezæ designarunt. Arcam Noæ in Gordiazis montibus substitisse notum est: Hos alio nomine quidam Corcyrazos vocant. Quorsum, dicitur deinceps, Alexander Polyhistor apud Eusebium in Chronico p. 8. τὸ δὲ πλοῖον τὸ αὐτὸ κατεκλιθέντος ἐν τῇ Ἀρμενίᾳ, μέγιστον (suppleo τῆ) λέγεται) ἐν τοῖς Κορυθαίσις ὄρεσι τῆς Ἀρμενίας ἀφ' ἡμεῶν, Navigium autem illud cum in Armeniam declinasset, pars quaedam illius esse dicitur hodieque in Armeniæ montibus Corcyraeis. Itaque in Gordiana, quæ & Corcyra vel Corcyra dicebatur, Noam aliquandiu degisse verisimile est, & inibi à Chamo traductum. Hinc poezæ nominis æquiocatione delusi, in Phæacum insulâ Corcyrâ id contigisse volunt, quam & Harpen & Drepanen aut Drepanon aliter vocant, quod ibi feruaretur scilicet falx quâ Iupiter exsecuit patrem. Lycophron in Cassandrâ versu. 76.

ἤσαν δὲ τοῖς κρόνον ἐχθρομένον
 Ἄρτεω περὶ τὰς μέγαν κρεάνου.

B Adiuit Harpen, insulam quam præ omnibus Saturnus odit, partis abscissæ memor.

Harpen, id est Corcyram. Scholiastes: τὴν Φαιακίαν ἤσαν τὴν Κορυθαίαν, ἐκ τῆς κορυθαίαντος ὄρεος πᾶν ἐν ᾧ ὁ Ζεὺς Κρόνον ἐξέτεμεν. Phæaciam insulam

C Corcyram in quâ defossa erat falx qua Saturnum abscidit Iupiter. Proinde idem hanc falcem alibi vocat Κρόνον ὄρεον ad verba Lycophronis Ἀρτεὺς Κρόνον πῆδημα. Apollonius, vt & alij, Ioui Saturnum substituit, & Saturno Cælum, quo loco de Corcyra hæc habet. Argonaut. lib. 4. ver. 984.

Ἄρτεω δὲ κείδου δρέπανον φάσιν (ἴλατε Μῦσαι,
 οὐκ ἐθέλων ἐπέπευ ὡσπέρων ἔπος) ᾧ δ' ἀπὸ πατρὸς

Μήδεα μηδείης ἔταυε Κρόνος.
 Hic ubi Saturni falx ablita (parcite Musæ,
 Inuitus refero quæ nos decuere priores)

Quâ Patris abscidit genitalem.

D Sed in Apollonij scholijs Timæus agnoscit ancipitem esse fabulam; Corcyram Drepanen vocari dicens ἐν τῇ δρέπανῳ ὃ ἐξέτεμεν τὸ δ' ἐγὼ τὰ ἀϊδοῖα ὁ Κρόνος, ἢ ὁ Ζεὺς τὰ τῷ Κρόνον; à falce quâ exsecuit Cali pudenda Saturnus, aut Saturni Iupiter.

E Iaphet idem qui Neptunus, quem ideo mari præfecerunt, quia cum Chamo Africæ, Semo Asiæ ceciderint amplissima latifundia; portio quæ Iapheto obrigit magnâ sui parte constat insulis & peninsulis. In insulis sunt Britannia, Hybernia, Thule, Creta, Sicilia, Sardinia, Corsica, Baleares &c. In peninsulis Hispania, Italia, Græcia, Asia minor, Taurica Chersonesus & Cimbrica, Scandia, Aremorica &c. Neptuno, inquit La-

De falsa Relig. lib. 1. cap. 11.

stantius, maritima omnia cum insulis obuenerunt. Quomodo id profari potest? Nimirum veteres historiae docent. Antiquus author Euhemerus qui fuit ex ciuitate Messanâ, res gestas Iouis & cæterorum qui dii putantur, collegit, historiamque contexit ex titulis & inscriptionibus sacris, quæ in antiquissimis templis habebantur &c. Hanc historiam interpretatus est Ennius & secutus; cuius hæc verba sunt ibi, Iupiter imperium Neptuno dat maris;

sa mutata A
 tur Cha
 tes pf. 78.
 à Chamo
 t, τὴν Αἰ
 Χημία
 Chemiam
 ubi de co
 occurrit,
 d Steph
 ypto pagi B
 titas, qui
 care Che
 agina 293.
 tres Noæ
 m esse lo
 m Aegypt
 e nomina
 lice
 do dici, C
 s nomine
 s ὁ ἀήρ
 idissimus,
 Cham fi
 ni. Calli
 illi obti
 bet & re
 proxima,
 num exe
 Et vidit
 enim
 diuulsum,
 idit, tan
 carne agi
 Ionathan
 Et
 m, 16. 6,

ut insulis omnibus, & quæ secundum mare loca sunt omnibus regnaret. A dilata- A
 tatione sumptum est Iapheti nomen. Quô sic alludit Noe, Gen. 9. 27.
 יפת אלהים ליפת. *Iaphet Elohim lejaphet*, id est dilatat Deus Iaphetum. Ita
 etiam Ποσειδών, Græcum Neptuni nomen, quod ex Græcâ linguâ explicare
 Grammatici frustra conantur, cum Africum esse doceat Herodotus in
 Euterpe. Verba sunt: ἡ δὲ μὴ δ' ἀπ' ἀρχῆς Ποσειδῶν ὁ ὄνομα ἐκτελευτῆται, εἰ μὴ Λί-
 βυες, ἃ ἡμέτεροι τὸν θεὸν τῦτ' ἔπεισθησαν. *Posidonis enim (id est Neptuni) nomen nulli
 ab initio usurparunt nisi Libyes, qui hunc Deum semper in honore habent.*
 Nempe Ποσειδῶν aut Ποσειδών est Punicum פסיטא *Pesitan*, quod latum & ex-
 pansum sonat. *Scena primæ syllabæ est expressum per o breue, ut in So-*
domâ & Solomone. T & D permutata sunt, ut in Τήδες & Τήδες; ἡ Λαεις & B
ἡ Λαεις ex Chaldæo כתר Cithra. Occurrit in tractatu Talmudico de Sab-
 batho פסיטא *Pesitana* pro פסיטא גס אלא רחב *herbâ quæ crassa non est, sed
 lata*, id est quæ late se diffundit super terram. Radix פסא *pesat* est dilata-
 re & expandere. Arabes בסט *basata* scribunt. Non est vlla vox Syris &
 Arabibus notior. Itaque Ποσειδῶν & *Iaphet* sunt planè synonyma: vtrum-
 que à latitudine. Quod apprimè quadrat Neptuno maris Deo de quo
 Phornutus: ἐπὶ τῆς πλάτης τοῦ θαλάσσης καλεῖται Νεπτῦνος ὡς τὸ πλάτος τοῦ
 ἕρποντος. *quemadmodum dictum est ἐπὶ ἐπέα νῶται θαλάσσης per lata dorsa maris.* Dici-
 tur quoque eandem ob causam ἐπὶ τῆς πλάτης καλεῖται Νεπτῦνος ὡς τὸ πλάτος τοῦ
 ἕρποντος. *Mare latum Chaldæis & Syris est פתא פתא, & latitudo maris פתא
 פתא* vocibus deflexis à verbo פתא, vnde & Iapheti nomen. Hinc in Chal-
 dæâ Paraphrasi Ps. 104. 25, ים רבא ופתא חתומין *mare magnum & latum ter-*
minis. Et Iob. 11. 9. de Dei sapientiâ ים כני יתר פתא *lata est plusquam mare.*
 Quô ferè sensu dictum 1. Reg. 4. 29. Deum Solomoni dedisse פתא
latitudinem cordis instar arenæ quæ est in littore maris. Proinde cum Syris &
 Phœnicibus esset perspectissimum quid significaret Iapheti nomen: id
 expresserunt alterâ voce synonyma *Pesitan*, quæ non nihil inflexa tandem
 per Afros & Pœnos etiam Græcis innotuit. Ita vt tam de Neptuno quàm
 de Ioue Theologiam ex Libyâ Græci hauserint. Quibus tamen *Iaphet*,
 vel si mauis *Iapetus*, aliunde iam erat nomen, cuiquam gentis suæ primus D
 conditor. Sed illos prorsus latuit Iapetum cum Neptuno eundem esse.
 Quin Iapetum Saturni pro filio fratrem faciunt.

Iliad. 3. v. 119.

Non possum non addere eodem posse referri Latinum Neptuni no-
 men, cum פתא vnde Iaphetus, in coniugatione Niphal, id est passiuâ, ha-
 beat נפתא *niphta*. Nisi quis Neptunum deduci malit ab Aegyptio νέφθω de
 quo Plutarchus in Iside: Νέφθω δὲ καλεῖται τῆς γῆς τὴν ἑξῆς τὴν πρὸς τὴν
 ἄκρην τῆς θαλάσσης *Nephtyn autem appellant terræ extrema & promonto-*
ria & quæ mare attingunt. Id saltem vero propius quàm Neptunum à nan-
 do dici, vel à nubendo, prout Varroni visum. Vtut sit, Neptunum
 Aegyptios multo aliter, nempe Μωσελε *Mosele* vocasse scribit Tzetzes, id E
 est θεὸν τῶν ὑδάτων, voce compositâ ex μωσ & Hebr. מוּס el. *Mos* vel *Moy*
 aquam Aegyptiâ Linguâ dici non pauci post Iosephum scribunt.

Superest de Semo agamus, quem ita compellat Noe, Gen. 9. 26. *Be-*
nedictus sit Dominus Deus Semi. Quia Dominus fuit Deus Semi peculiari

A ratione, quomodo Deus Abrahæ, propter fœdus cum illo initum. Ideo in Semi familiâ Deus sibi consecrauit Ecclesiam, & è Semi posteris natus est Iesus Christus Dei filius: Nec dubito quin ipse Semus Dei cultui constanter adhæserit, & gliscentem idololatriam verbo & exemplo pro virili compescuerit. Quocirca cum Semi nomen Idololatriæ esset inuisum, Deum quidem fecerunt, sed inferorum Deum. Atque vt in odium pietatis Saturnum id est Noam tenebrosa in tartara missum fuisse finxerunt; ita Semum etiam A'dou vel Plutonis nomine detruserunt in inferos.

Hûc facit allusio nominis סם Sem ad סמא Samma vel Semama, quod vastitatem & desolationem sonat. Græci Bibliorum interpretes ἀφαισμιόν plerunque reddunt, & verbum סם Samam ἀφαισμιόν. Atque id fere est Adns vel A'ids. A'ids enim quasi ἀΐδης; Et ἀΐδης, ὁ ἀφαισμιόν Suidæ. Phauorino item ἀΐδης ὀνομαζέται ἀπὸ τοῦ μὴ ὄραται, ὅτι οὐκ ἔστιν ἰδεῖν, ἢ ἀπὸ τοῦ ἀφαισμιόν ποιεῖν τὸ ὑπὸ γλῶσσοις. Αφαισμιόν ποιεῖν vno verbo est ἀφαισμιόν סם, vnde voluerunt esse סם Sem, quasi sit formæ ס & מ.

Ita & Typhon ab Aegyptijs Σμὸν cognominabatur, non sine allusione manifestâ ad Semi nomen. Plutarchus in Iside: ὁ δὲ Τυφὼν (ὡσαύτῃ εἴρηται) Σηθὲς βέβων ἐξ Σμὸν ὀνομαζέται, βιαίῳ ἕνα ἐκ κωλυτικῶν ὀπίσθεσιν, ὡσαύτῃ αἰτίῃ εὐφρῶν ἐμφανῶν βυλομένων τῶν ὀνομαζέτων, Typhon (vt dictum est) Seth

C Seth Bebon & Smy appellatur, quæ nomina designant violentam quandam inhibitionem, contrarietatem aut inuersionem. Scilicet, Typhonem alij Gigantem θεομάχον, alij apud Strabonem draconem fuisse volunt in Arimis fulmine ictum: inde à nonnullis Bebon dictus est pro βεβων Hubabon. Eâ voce Arabes serpentem aut draconem, sed & diabolum significant. Idem ab alijs Seth & Smy appellatus, vt eorum memoriam sic traducerent qui præcipui fuerunt diuini cultûs assertores, Sethi, inquam, & Semi. Nam vt ante diluuium alibi non fuit Ecclesia quàm in familiâ Sethi, sic à diluuiio ad Christi aduentum, nulli gentium se patefecit Deus præter quàm Semi posteris. Typhonis nomine Aegyptij intelligebant quicquid noxium. Plutarchus πάν ὅσων ἡ φύσις βλαβερά ἐστι φθαρτικὴ ἔχει μίσησιν τὸ Τυφῶνος ἐστίν, natura quicquid habet noxium & damnosum, Typhonis est. Hæc de tribus Noæ filijs.

Strab. lib. 16.

CAPVT SECVNDVM.

De Nepotibus Noe quorum mentio Gen. 10. Chanaan confertur cum Mercurio, Nimrod cum Baccho, Magog cum Prometheo; Plerosque alios non appellari veris nominibus, sed urbium aut gentium nominibus quas condiderunt.

E Put Apollo Pythius, Africæ incola, Ammonis filius. Chanaan id est Mercurius. Cur à mercibus dicitur, cur deorum minister, & Pœnis Σμῶν sumes, & Etruscis Camillus. Vix præfectus. Furum Deus. Eloquentiæ pater. Lyrae inuentor & Astronomiæ; patris amorum pararius. Cur illi veteres lacte & melle libauerint. Nimrod cur dicatur Bacchus: Quorsum illi tigres, & nebulæ, & Nebrodis nomen aut Zagrei. Cur in Arabiæ Nisa natus credatur, & præsidere vitibus, & expeditiones in orientem suscepisse. Magog, id est Prometheum, Iapeti esse filium; Caucasum affixum; ignem cælo sustulisse; aquilam cor illi rodere; Hierapolis cur dicatur Magog. Gentium esse nomina Citthim Dodanim &c. Locorum Gomer, Mesec, Misraim, Put, Hauran, Lud, Sidonem, Diklam, Ophir, Iobab. Quo sensu Iaphet dicatur genuisse Gomer & Mesec &c.

aret. A di- A
en. 9. 27.
betum. Ita
explicare
odotus in
Et in Ni-
omen nulli
re habent.
um & ex-
vt in So-
uicæ & B
o de Sab-
non est, sed
est dilata-
x Syris &
a: vtrum-
o de quo
itudinem,
aris. Dici-
ac latifo- C
naris תיבת
in Chal-
latum ter-
uam mare.
עבד תיבת
m Syris &
omen: id
xa tandem
uno quàm
en Iaphet,
uæ primus D
idem esse.

eptuni no-
affiuâ, ha-
io ἑφθον de
παρθενία ἐξ
promonto-
um à nan-
Neptunum
Tzetzes, id E
vel Moy
t.
9. 26. Be-
i peculiari

IAM si libet etiam ad nepotes descendere; in familiâ Hami siue Iouis Hammonis, Put est Apollo Pythius, quem in Africâ vixisse docet historia cæli draconis: cum dracones magnæ molis vix alibi reperire sit quam in Africâ, vel Indiâ, quæ primis illis post diluuium sæculis videtur fuisse ignota. Proinde fuere è veteribus qui Apollinem Libycum esse scripserunt, & huius Hammonis filium. Lucius Ampelius in libro Memoriali capite quot fuere Iones. Apollines quinque &c. Quintus Ammonis filius in Libya natus.

Chanaan idem qui Mercurius: 1. vterque Iouis fuit filius id est Hami. 2. Vtrique à mercibus & mercatura nomen Hebræis enim *כנען* Chanaan mercatorem sonat. 3. Et quomodo fratrum seruus indigetatur Chanaan; jta Mercurium in cælo Ethnici seruilibus ministerijs addixerunt; Vnde tam acerba illius apud matrem exostulatio in vno è Luciani Dialogis, in quo sunt colloquutores Mercurius & Maja: *Quid non dicam, ego qui solus tot negotia sustineo quibus declassor πρὸς ἑστώτα ὅτι πηροίας διασώμενος in tam multa ministeria distractus: Με σὺν ἰδέω μὲν surgenteμ κάρην ὅτι συμπόσιον δεινὸν verrere oportet continῖνι canaculum. Et curiam πῶς ἐκιδνοτορ ὅτι στραυερο, & singula composuero. Ioui est assistendum ad perferenda illius mandata, toto die sursum & deorsum cursitando. Et paulo post cum aliorum Iouis filiorum sorte suam conferens, Hic quidem, inquit, Alcmena, ille Semeles filius, ambo miseris mulieribus prognati, securè epulantur; At ego Atlantide M aiâ progenitus διακονῶμαι αὐτοῖς illis seruiο. Denique se talem esse queritur, ὡς περ οἱ ἐν γῆ κεικῶς δουλοβορτες, quales ij qui duram in terris seruitutem seruiunt. Hic facit quod à Pœnis *פניו* sumes id est minister, & ab Etruscis Camillus dicebatur, id est minister Deorum, vt docebimus suo loco.*

4. Vijs ideo præficitur, quia orti ab illo Chananæ seu Phœnices in remotissimas terras nauigare primi ausi sunt. Alæ sunt vela nauium, pro vt multi alas accipiunt, Es. 18. 1. 5. Eiusdem furacitas Phœnicum in commercijs vafritiem exprimit, de quâ Poeta Odyss. ξ.

Φοῖνῆξ ἦλθεν ἀνὴρ ἀπατήλια εἶδὼς

Τρώκτης.

Τρώκτης Suidæ est ὁ ἀπὸ παντὸς κερδαίνων, qui ex omni re lucrum captat, lucrio, quæstuarus.

6. Sed & idem esse fingitur eloquentiæ pater, quia literas in Græciam Phœnices inuexerunt. Id ita explicat Sanchoniathon, qui Mercurium inuenisse dicit πῶς τῶν πρῶτων σοιχρίων γενεφῶν. 7. Eidem lyra tribuitur, quam Phœnicum esse inuentum docet ipsum nomen *κίθαρα*.

8. Sed & à Manilio inuocatur Mercurius vt Astronomiæ repertor.

Tu Princeps autorque sacri Cyllenie tanti,

Per te iam cælum interius, iam sydera nota.

Quia ex syderum inspectione Phœnices nauigationes suas dirigebant, & ex ijs Astronomia venit ad Græcos, vt lib. 16. docet Strabo.

9. Insuper quia cum Chamo patre creditur Chanaan obsceno spectaculo se oblectasse, Mercurius fingitur esse Ioui lasciuæ minister, & amorum pararius. Et tanquam in admissi criminis memoriam pingebatur

ὁ ῥητορ

A tur ὄρθα ἔχων πὲ ἀϊδιᾶ, vt scribit Herodotus in Euterpe.
10. Adde Mercurio veteres ideo libasse lac & mel, quia illi oblige-
rat terra lacte & melle fluens. Antipater Anthol. lib. 1. cap. 38.

Εὐχάλας Ἐρμείας, ᾧ ποιμένες, εἰδὲ γάλακτι
Χάλαρον, ἐξ ἑρμίνω σπενδόμενος μέλιτι.

Pastores, lac Mercurio & libamina mellis
Cecropij facili munera ferte Deo.

Iam quis non videt Nimrodum esse Bacchum? 1. Bacchus enim idem
qui בַּר-כּוּשׁ *bar-chus* id est Chusi filius. Barchus & Bacchus idem sunt, vt
דַּמַּשֶׁק *Darmesek* & דַּמַּשֶׁק *Dammesek* pro Damasco. 2. Et Iouis, id est Cha-
מי, si non filius, saltem nepos fuit Nimrod. 3. Nomen alludit ad נִמְרוֹד
Nimra. Chaldæi tigrim ita nominant. Inde tigres in curru Bacchi, &
amictus è pelle tigridis. 4. Alij ex nebiide malunt, & Nebrodem Bac-
chum appellant.

Νυκτέλιον, νομίον, νεβρώδεα, νεβριδίοπεπλον,

Quasi vestitum pelle hinnuli, ignari hoc ipsissimum esse Nimrodi no-
men apud Græcos. Vide LXX Seniores, Iosephum, & alios. 5. Quid quod
in fabulis Bacchi nomen antiquissimum est Ζαγρῶς, id est robustus ve-
nator, quò epithetò Nimrodem siue Nebrodem insignit Moses. 6. Sed

Anthol. lib. 1.
c. 38.
Epiq. 1.

C & Bacchum in Arabia Nysa natum fingunt,

Τηλσὺ Φοινίκης γεδὸν Αἰγύπτῳ ῥόδων.

Quia Chuseus fuit Nimrod, id est in eâ ipsâ Arabia parte natus quam
Homerus hoc versu designauit, Aegypto propiorem quam Phœnicia.

Gen. 10. 9.
Homer. 24.
pud Diod.
lib. 1.

7. Neque immerito vitibus præsidere creditus qui Babylone primus
imperauit, vbi vinum illud præstantissimum nectaris nomine celebra-
tum apud veteres. Athenæus: Χαρέας δὲ ἐν Βαβυλωνίῳ οἶνον φησὶ γένεσθαι ἃ
καλεῖμεν νέκταρ *Chareas autem vinum Babylone dicit esse quod nectar vocant.*

8. Bacchi porro expeditiones in Orientem & Indiam vsque non gesta
Nimrodi solius, sed & successorum continent.

Videtur & Magog esse Prometheus. 1. Quia vt Iapheti filius Magog, ita
D Prometheus Iapeti. 2. & Caucaso Prometheus affixus fuisse fingitur, quia
vel ipse, vel gens Scytharum ab illo oriunda in Caucaso fixit sedes. 3. &
ignem è cælo in terram detulisse, quia metallis omnigenis in Soanis &
Colchide & Iberiâ effossis, artem metalla igne excoquendi aut inuenit,
aut à Tubalcaino inuentam restituit. Id non latuit Aeschylum, poetam
vetustissimum, qui Prometheus inducit ita loquentem:

Χαλκὸν, σίδηρον, ἄργυρον, χρυσόν τε τίς

Φήσεν ἂν πάσιθεν ἔκρυπτον ἐμῶν.

Argenti & auri, & ferri, & aris ante me

Metalla quis se repperisse dixerit?

E 4. Et tota fabula de Promethei corde vel hepate, quod ab aquilâ ero-
sum contabescit, videtur niti nomine *Magog*. Fit enim nomen *Magog* ab
Hebræo verbo מִגּוּג *mug* vel מִגּוּג *magag*, cuius *Hithpael* מִתְמַגְּג *hithmaggeg*,
quod de animâ & corde usurpatum dissolui & contabescere significat,
atque animo frangi & cruciari. Sic Psal. 107. 26. *אנימא eorum in malis*

B

si siue Iouis
docet hi-
reperire fir-
alis videtur
ycum esse
libro Me-
Ammonis

st Hami. 2.
Chanaan
Chanaan;
nt; Vnde
ialogis, in
qui solus tot

ntam mul-
συντόσιον δει-
rauero, &
adata, toto
is filiorum
neles filius,

vide M aiâ
ritur, ὡσπερ
uiunt. Hūc
amillus di-

ccnices in
ium, pro-
m in com-

m captat;

Græciam
Mercurium
tribuitur,

ertor.

gebant, &

no specta-
uister, &
pingeba-
tur ὄρθα

contabescit. Et Ezech. 21. 15. לב למו ון למל ut contabescat cor, Chaldaicè A
 למחבר לבחור, & Græcè ὄπας Σπασμένη ἢ κορδία ἀυτῶν ut frangatur, vel ut
 vulneretur cor eorum. Qui ipsissimus est morbus quem Prometheo poetæ
 Plin. l. 7. c. 23. tribuunt. 5. Itaque vrbs Hierapolis, quæ teste Plinio à Syris Magog vo-
 cabatur, ab hoc eodem siue Magog siue Prometheo videtur traxisse no-
 men, quia Promethei filius Deucalion Scytha putatur hanc condidisse, &
 in eâ consecrassè templum Deę Syriæ. Lucianus de Deâ Syriâ: οἱ μὲν δὲ πολ-
 λοι Δευκαλιωνία τὴν Σκύθια τὴν ἐν Ἰταλίᾳ λέγουσι, plerique igitur Deucalionem
 Scytham templum consecrassè dicunt. Proinde nomen Magog vrbi inditum
 vel ab ipso conditore, vel à Syris in conditoris memoriam, qui filius
 fuisset Magog & è terrâ Magog in Syriam venisset credebatur. B

Hæc primæuq; illius Antiquitatis rudera penitus scrutari iam non va-
 cat. Nec est quod quis speret cætera omnia pari successu posse erui. Nam
 vt taceam gentium conditores plerosque Græcis fuisse prorsus ignotos,
 multos eorum ipse Moses non appellat vero nomine, sed nomine illius
 gentis vel regionis cuius sunt conditores. Exempli gratiâ, quotiescunque
 pluralis est terminatio, vt in filijs Iauan, Cithim & Rodanim; Item in
 Misraimi filijs, & Chanaanis, exceptò Sidone & Heth: hæc populorum
 esse nomina nemo non videt, non singularium hominum. Quædam rur-
 sus non tam hominum quam locorum sunt nomina: Sic in Ioctanis filijs C
 Hatsar-maueth loci nomen esse constat: Ad verbum enim Hatsar-
 maueth est mortis atrium seu regio: Et infra probabimus Gomer dici
 Phrygiam ab illius parte exultâ; Mesec Moschicam à longo tractu mon-
 tium; Mitsraim Aegyptum ab angustijs; Put Africam, quia sparsim
 habitatur; Hauilam Arabiæ partem ab arenis; Lud Aethiopiam & Lydi-
 am, illam à Nili, hanc à Mæandri flexibus; Sidonem à piscatione; Diklam
 in Minæis à palmarum frequentiâ; Ophir in Cassanitis ab opulentiâ; Iobab
 circa Sachalitem finem ab eremi vastitate. Hæ igitur prius locorum
 quam hominum vel populorum fuerunt appellationes. Proinde cum fi-
 lij Iaphet leguntur esse Gomer & Mesec: filij Iauan, Cithim & Rodanim;
 filij Chus Mitsraim & Put &c. Intellige Iaphetum Phrygiæ & Moschicæ, D
 Iauanem Italiæ & Galliæ, Chus Aegypti & Libyæ conditores proge-
 nuisse.

Hoc exemplo Salma dicitur pater esse Bethlehem, Hareph pater Beth-
 gader, Sobal pater Kirjath-jearim. 1. Paral. 2. 51. 52. Et vers. 54. filij Salmæ
 Bethlehem, Netophatai, Hathroth, Beth-ioab. &c. Et cap. 4. v. 14. no-
 minatur Ioab pater vallis artificum. Vt scias in genealogijs etiam loca
 & populos in filiorum censum venire. Ac si quis Agenorem dicat ge-
 nuisse Thebas, quia Cadmum genuit Thebarum conditorem. E

CAPVT TERTIVM.

Arca Noë quò loco substiterit.

Montes Ararat, Sibylla, Noë nurus scilicet, in Phrygiâ ponit ad fontes Marfyæ, qui propè Celenas. Celenas etiam Celene. In Sibyll. carmine leg. Κελαινὸς pro μελαίνος. Simile mendum in Polyano. Sibyllarum versus spurii. Marfyæ nomen vnde. Celanarum collis ad occasum Babylo- nis; Montes Ararat ad ortum. Fontes erroris. Prope Celenas aut eadem cum Celenis Apamia Ci- botos. Ex sententiâ Gorionidis montes Ararat in Alanis. Communis sententia Ararat esse Arme- niam. Quod probatur ex Beroso cum Esaiâ collato. Arcam in Armeniâ substiterit docetur ex Abydeno, Melone, Beroso, Eustathio, Chrysofotomo, Isidoro, Haithone. Theophilus Antio- chenus emendatur. Arabia vsque ad Armeniam in Xenoph. & Plin. Arca in quo Armeniâ loco substiterit. Hieronymus & Rubruquis steterit voluit circa Araxenem. Alij super Gorâγας mon- tes. Sic sentire Berosum & Polyhistorum (in quo Corcyræ dicuntur, quia Κορκυρ Arab. est navis) & Chald. paraphrastas (vbi quædam spuria) & Arabem, & Epiphanium, & Elmaci- num, & Nubiensem qui emendantur. De horum montium situ. Ibi arcæ reliquias diu super fuisse. Regio Ceron in Iosepho amomifera. Idem alij de Gordyene. Eadem Minyas Nicolao Damasceno, vt in Ieremia מִינִי מִינִי vel Mini. Inde Armenia. Quid sit Harmonia Amos 4. 3. Mons idem cur Bavis dicatur. Græcè βαρὶς nauigij genus. Armenijs Dea Bavis. Hebr. בַּרְיִשׁ berish fœdus. Arab. بَرِيْشَ barux vel بَرِيْشَ bariḥ ἀποβατήριον, Armeni, Syri, Arabes sermone & vitâ similes. Mons Ararat om- nium altissimus.

DILUVII aquis paulatim subsidentibus, Arcam Noë substiterit dicit Moses super montes Ararat. Quæritur vbi terrarum sint illi montes Ararat. In Sibyllinis oraculis res ita definitur.

Εἴτι δέ τις Φρυγίης ἐπὶ ἠπείροιο μελαίνης
 Ἠλίβατον ταύριμικες ὄρες, Ἀεραῖτ' ὃ κελεύει.
*Affurgit Phrygiæ mons quidam in finibus atrae,
 Arduus, alta petens, Ararat quem nomine dicunt.*

Itaque, si Sibyllæ fides, in Phrygiâ fuit mons Ararat. Quin vt præcisè scias in qua Phrygiæ parte fuerit situs, audi quod sequitur aliquanto post

Εἴτε φλέβες μεγάλας ποταμῶν Μαρσῶν πέφυκται.
 Legendum, vt versus constet,
 Μαρσῶν εἴτε φλέβες μεγάλας ποταμῶν πέφυκται.
Marsya magnus ubi se prodit origine primâ.

Neue sit quod dubites, illa eadem Sibylla iactat se Noë fuisse nurum, & cum socero & socru & viro suo & leuiris & ianitricibus è diluio euasisse.

D Verba sunt.
 ----- ἐκφυγον ἀπὸν ὄλεθρον,
 Πολλὰ κλυδωνοσθεῖσ' ἀμ' ἐμῶ πόσῃ, ἢ διέρεσιν
 Ἠδ' ἐκυρῶν ἢ ἐκυρῆ, ὁμονύμοισιν ἴε παροῦσα.
 ----- fugi discrimina mortis,
*Cum leuiris iactata diu, & cum coniuge fido;
 Et socero, socruque & ianitricibus almis.*

Porro Marfyæ fontes vbi sint non puto quemquam ignorare: cum ma- gno consensu scribant veteres Marfyam oriri circa Celenas, quo fere loco Mæander. Xenophon lib. 1. Anabasis: quo loco Cyri regiam describit quæ erat Celænis: Δια μέσου δ' τῶν Κελαινῶν ποταμῶν ὁ Μαρσῶν ποταμὸς. Αἱ δ' πηγαὶ αὐτῆς εἰσὶν ἐκ τῆς βασιλείαν. Πρὸ δ' καὶ ἔστι τῆς Κελαινῶν πόλεως. ἔστι δ' ἡ μεγά- λου βασιλέως βασιλεία ἐν Κελαινῶν ἐρημίᾳ ἐπὶ τῆς πηγῆς τῆς Μαρσῶν ποταμῶν, ἢ ἢ ἀκροπόλιν. Πρὸ δ' καὶ ἔστι τῆς πόλεως, ἢ ἐμβάλλει εἰς τὴν Μαιάνδρον.

Per mediam (Cyri) viuarium fluit *Mæander* fluuius, eiusque fontes in ipsa
regia sunt. Sed & *Celænis* sub arce magni regis (Artaxerxis) est regia muni-
ta admodum, ad *Marsya* amnis fontes, qui & ipse urbem praterlabitur,
& in *Mæandrum* intrat. *Liuius* lib. 38. de *Mæandro*: huius amnis fontes
Celænis oriuntur. Et paulo post: Et *Marsyas* amnis haud procul à *Mæan-
dri* fontibus oriens in *Mæandrum* cadit. *Strabo* lib. 12. vbi de *Celænarum*
tumulo: ὑπέρκειται δὲ ἐν λίμνῃ φύσσει κέλευμον ὅν εἰς τὰς γλώττας τῶν αὐλῶν
ἐπιπέδον, ἃς ἡς ὑπολείβεται φασὶ τὰς πηγὰς ἀμφοτέρων, πῶτε τῷ *Μαρσύῳ* ἐν
πῶ τῷ *Μαίανδρῳ*; superne est & palus calamum edens ad tiliarum linguas
aptum, ex quò defluere aiunt tam *Marsya* quam *Mæandri* fontes. *Maxi-
mus Tyrius* testis ἀποδόχης serm. 38. Φρύγες οἱ ἀπὸ Κελαϊνῶν γενόμενοι τιμῶσι
ποταμῶν δύο, *Μαρσύαν* ἐν *Μαίανδρον*. Εἶδον τῆς ποταμῶν. Αἰτίησι ἀπὸ πηγῆ μία:
Phryges qui circa *Celænas* habitant, fluuios duos *Marsyam* & *Mæan-
dram* venerantur. Fluuios vidi: Illos edit fons vnus. *Curtius* lib. 3. Ad urbem
Celænas exercitum admoit (Alexander) *Media* illà tempestate mania in-
terfluebat *Marsya* amnis, fabulosis *Græcorum* carminibus inclitus. Fons eius
ex summo montis cacumine excurrent, in subiectam petram magno strepitu
aquarum cadit. *Plinius* lib. 31. cap. 2. *Theophrastus* *Marsya* fontem scribit
in *Phrygià* ad *Celænarum* oppidum saxa egerere. Vnde est quod *Catara-
ctem* appellat *Herodotus*; à quò his verbis describitur lib. 7. Πραχέροντο
εἰς Κελαϊνῶν, ἵνα πηγὰ ἀμφοτέρωσι *Μαίανδρον* ποταμῶν, ἐν ἑτέρω εἰς ἐλάσσο-
νος ἢ *Μαίανδρον*, τῶν ὀνοματυγῶν ἐόν καταρρήκτες, ὅς ἐστι αὐτὸ τὸ ἀγρῆς τὸ *Κελαϊ-
νῶν* ἀναπέλλων ἐς τὸ *Μαίανδρον* ἐκιδεῖ; *Perueniunt Celænas*, vbi *Mæandri*
amnis fontes erumpunt, & alterius fluuii *Mæandro* non minoris *Catara-
ctæ* nomine, qui ex ipso *Celænarum* foro scaturiens in *Mæandrum* influit.
Vide & *Plutarchum* de fluuijs, & *Vibium Sequestrem*, & doctissimi *Ca-
sauboni* notas in *Strabonem* lib. 12. vbi id ipsum multis probatur.

Proinde aut *Sibyllæ* oraculis fides est abiudicanda, aut agnoscendum ar-
cam *Noxæ* ad montē *Celænis* proximū substituisse, ex quo scaturiunt amnes
notissimi *Marsya* & *Mæander*. Adeoq; suspicor in versibus quos citauimus,

Ἐστὶ δὲ τις *Φρυγίης* ὅπῃ ἡ πεῖρις *μελαίνης*

Ἡ λίβατον πεύρητος ὅς ἐστι, ἐκφραστὶ δὲ κελεῖται.

pro *μελαίνης* legendum esse *Κελαίνης*, vt sensus sit montem *Ararat* esse pro-
pe *Phrygiam Celænam*. *Celænam* id est *Celænas* per numeri enallagen:
quomodo *Maleā* & *Maleas*, *Athenā* & *Athenas*, *Theben* & *Thebas*, *Hie-
rosolymam* & *Hierosolymas*, *Cyrenem* & *Cyrenas* dicunt. & *Hesperidem*
& *Hesperidas*. Sic in *Solino*, cap. 40. *Asiam* excipit *Phrygia* in quā *Celæne*.
In *Marciano* item lib. 6. *Geometrix*: In *Phrygià* *Celæne* & c. Videtur igitur
Sibyllinorum carminum author eòdem exemplo scripsisse *Φρυγίης* ὅπῃ
ἡ πεῖρις *Κελαίνης* non *μελαίνης*. En in *Polyxeni Melanthe* simile mendum lib.
1. *Stratagematum*: ἐπὸν πόλεμον *Μελαϊνῶν* ἀπὸ. *Μελαϊνῶν*, χωρίον μεθόριον *Ἀφικῆς* καὶ
Βοιωτίας. Legendū *Κελαϊνῶν* & *Κελαϊνῶν* vt recte monet magnus *Casaubonus*.
Neq; enim *Melæne* sed *Celæne* erant in *Bœotix* & *Atticæ* confinio. *Scho-
liastes Aristophanis Acharn.* Act. 1. *Scena* 4. πόλεμος ἢ *Ἀφικῆς* ἀπὸ *Βοιω-
τίας* ἀπὸ *Κελαϊνῶν*, ὃ ἢ *χωρίον* ἐν *μεθόροις*. Ita etiam *Suidas* & *Phauorinus* vo-

Eustath. in
Dionys. v.
66.

A cibus *Ἀπὸ τῆς αἰῆς & Κελαιῶν*. Non diffiteor tamen in Sibyllino carmine receptam lectionem *Φρυγίης μελαίνης* posse ferri, vt Phrygia nigra dicatur respectu partis illius quam Græci *Κατακεκαυμένω*, id est, exustam nominant. Illa enim est, Strabone teste lib 18. *μελαίνα ὡς δὲ ἐπικύουσα*, nigra tanquam ex adustione. Vt vt legas, mihi, & alijs quorum iudicio multum tribuo, hæc Sibyllarum oracula multis nominibus pridem fuere suspecta, adeoque in hoc ipso argumentò de quò agitur. Nam, vt cætera taceam, Sybylla Nox *σύγχρονος*, quomodo meminit Marfyæ amnis, cum Marfyas, vnde amni nomen, vixerit post Regem Midam à quo idem amnis ante Marfyam vocabatur Midæ fons, vt scribunt Plutarchus de fluminibus, &

B Eustathius in Dionysium Periegetem.

2. Montem Ararat valde verisimile est vnum esse è celsissimis, quia cum in eò substitisset arca septimi mensis die xvii. aquis ab illo tempore subinde decrecentibus, vicinorum montium vertices non apparuerunt ante mensem decimum. Gen. 8. 4. 5. Neque verò potest negari, quod Iustini lib. 2. Scythæ asserunt, si omnes quondam terræ summersa profundo fuerunt, profecto editissimam quamque partem decurrentibus aquis prius detectam. At locus prope Celænas vnde Marfyas oritur, ne mons quidem est, sed collis aut tumulus. *Λόφος* Græci appellant, id est *γῆς ἀνάσμη*, ter-

C ræ apicem & cristam. Strabo lib. 12. de Mæandro: *Ἄρχεται δὲ ἀπὸ Κελαιῶν λόφος πινός, ἐν ᾧ πόλις τῶ ὀμώνυμος τῶ λόφῳ, incipit à Celænarum apice quodam, in quo vrbs est apici cognominis.* Ita in Ptolemæo legitur: *Κελαιῶν λόφος Celænus apex.* Et in Stephano: *τῶ λόφῳ ἐν ᾧ ἐπέφη Μαρσύας, apicis in quo sepultus Marfyas.* Id à monte quid differat, harum rerum periti sciunt. Proinde tumulum illum personata Sibylla describit tanquam *ἠλίβατον παύρμηκες ὄρεσ* montem arduum & extensum, non quod sit reuerà talis, sed vt scenæ subseruiat. 3. Hoc præcipuum, quod totum iter è Phrygià in Babyloniam est ab occasu in ortum: At qui ex arcâ excesserant profecti leguntur ex oriente, vt irent in terram *Sennaar* seu Babylonix. Gen. 11. 2.

Sed bene est quòd patent fontes erroris, quos lectori jam aperiam.

D Prope Celænas vel à Seleuco vel ab Antiocho Sotere ad amnem Marfyam condita est vrbs Apamia in quam Celænarum incolæ migrauerunt. Strabo vbi de Celænis lib. 12. *ἐν τούτῳ δὲ ἀναστήσας τῆς αἰσώπουσ ὁ Σωτήρ Ἀντίοχος εἰς τὴν νῦν Ἀπάμειαν τῆς μετῆς ἐπάνυμον τὴν πόλιν ἀπέδρεν Ἀπάμειας, inde cum transtulisset homines Antiochus Soter in eam quæ nunc Apamia dicitur, urbem Apamæ matri cognominem constituit.* Liuius lib. 38. *Migratum inde haud procul veteribus Celænis, nouæque vrbi Apameæ nomen inditum ab Apameâ sorore Seleuci Regis.* Inde est quod nonnulli veterum promiscuè sumunt Apamiam & Celænas. Plinius lib. 5. cap. 29. *Tertius Apamiam vadit, ante appellatam Celænas.* Solinus cap. 40. *Asiam*

E excipit Phrygia, in qua Celæne, quæ antiquatò priori nomine in Apamiam transfijt. Marcianus lib. 6. *In Phrygiâ Celæne antea, in Apamiam commutata.* Huic porro Apamiæ cognomen erat *Κιβωτός*, id est arca. Strabo *Ἀπάμεια ἢ Κιβωτός λεγόμενη, Apamia quæ Cibotos dicitur.* Idem *μέχρι*

Ἀπομονάδες τῆς αἰῆς Ἀπάμεια τῆ Κιβωτῶ. Ptolemæus: *Ἀπάμεια Κιβωτός*

ntes in ipsa
regia muni-
aterlabitur,
mnis fontes
l à Mæan-
Celænarum
is τῶν ἀνδρῶν
τῶ Μαρσύῳ &
um linguas
tes. Maxi-
όμενοι τρυφῶσι
ὅς πηγὴ μῆλα:
τῶ Μæαν-
3. Ad urbem
te mania in-
is. Fons eius
gno strepitu
ntem scribit
iod Catara-
Παεγ γέροντο
ὅς ἐλάσσε-
ρῆς τῶ Κελαι-
i Μæανδρι-
s Catarra-
um influit.
iffimi Ca-
tur.
endum ar-
iunt amnes
citauimus,
D
at esse pro-
enallagen:
ebas, Hie-
esperidem
uâ Celæne.
idetur Igi-
Φρυγίης ὄπι-
endum lib.
Ἀφικῆς καὶ
faubonus.
inio. Scho-
αὐτῶν Βοιω-
orinus vo-

lege Κιβωτός. Tabula Peutingeri : *Apamea Ciboto*. Plinius vbi supra : *Tertius Apameam vadit, ante appellatam Celanas, deinde Ciboton*. Itaque aut vehementer fallor, aut Κιβωτός id est arcam ibi locorum substituisse, ex hoc cognomine collegit atque alijs persuaderi voluit spurius scriptor, cuius verba sunt.

Εἴθε φλέβες μεγάλης ποταμοῦ Μαρσύας πέφυκον,
τύδε Κιβωτός ἐμεινεν ἐν ὑψηλοῖο κρηίνῳ.
*Marsya magnus ubi se prodit origine primâ,
Montis in excelsi summo capite arca resedit.*

Sed fallacia hæc fuit à non causâ vt causâ. Neque enim necesse est ideo dictam Κιβωτός, quia ibi resedit arca. Aliæ potuerunt subesse causæ. B

Plin. lib. 15. cap. 29.

Strab. l. 17.

Claudebatur in arcæ modum à tribus fluuijs illam ambientibus. Plinius: *Sita est in radice montis Signiæ circumfusa Marsyâ, Obrimâ, Orgâ fluminibus in Mæandrum cadentibus*. Sic Alexandria portus ab ambiente sinu dicebatur Κιβωτός. Aliud affert vir magnus in Solinum dictam fuisse *Ciboton*, quia Strabone teste emporium erat proxima post Ephesum dignitatis, & commune Italiae & Græciæ ἑμποροχῆρον. Nomine montium Ararat Iosephus filius Gorjon videtur Iberiam intelligere, & Scythiæ quicquid est ab Armeniâ & Caucasijs portis vsque ad Tanaim & Mæotides paludes, cum dicit lib. 6. cap. 96. ויהי עם אחר מעם ארץ הר אררט ושם הגוי הוא אלן ומן היו סגורים מסביב אהרי ההרים כי סגר עליהם אלכסנדרוס מוקדון המלך הגדול

Et è populis terræ montium Ararat, vnus fuit Alanus nomine. Hi vnde quaque clausi erant à tergo montium, quia illos concluderat Alexander Matedo magnus ille Rex claustris ferreis, & arce munitissima in aditu montium qui terram illorum ambiunt. Vides, lector, montes Ararat à Caucasijs portis in Armeniæ & Iberiæ confinijs extendi vsque ad Alanos, quos verus Iosephus, vnde hæc sumpta sunt, Scythas fuisse testatur, & habitasse

De bello Iud. lib. 7. c. 27. De ex. eid. Ierus. l. 1. cap. 50.

Et è populis terræ montium Ararat, vnus fuit Alanus nomine. Hi vnde quaque clausi erant à tergo montium, quia illos concluderat Alexander Matedo magnus ille Rex claustris ferreis, & arce munitissima in aditu montium qui terram illorum ambiunt. Vides, lector, montes Ararat à Caucasijs portis in Armeniæ & Iberiæ confinijs extendi vsque ad Alanos, quos verus Iosephus, vnde hæc sumpta sunt, Scythas fuisse testatur, & habitasse *ἐπὶ τῷ Τανάϊν, τῷ Μαιώτιν λίμνῳ*. Ita etiam Hegesippus, *incolebant Scythicum Tanaim, finitimaque eius Mæotides paludes*, id est ex vsu Scripturæ terram Gog & Magog, non terram aut montes Ararat. Neque aliter Claudianus in Rufinum lib. 1. *patriumque diuons Mæotin Alanus*.

Communis sententia hæc est, Ararat esse Armeniam. Itaque hoc ipso loco Gen. 8. 4. pro montibus Ararat vulgatus interpres habet *montes Armeniae*. Et in Ierem. 51. 27. Theodoretus Ararat vocari scribit Armeniam, *Ἀρμενίαν ἢ Ἀρμενίας κρηίδας*. Et Esa. 37. 38. Græci interpretes habent *διεσώθησαν εἰς Ἀρμενίαν*, vt vulgatus 4. Reg. 19. 37. *fugeruntque in terram Armeniorum*, pro Hebræis *וילכו אל ארץ אררט* effugerunt in terram Ararat. Quam versionem esse optimam apparebit conferenti locum Esaie cum Beroso, qui hic habet, *εἰς Ἰβηρίαν ἀπέστησαν*, in Armeniam profecti sunt. Vtrobique agitur de Sennacheribi filijs, qui Sennacheribo patre interfecto coacti sunt solum vertere. Berosi eâ de re fragmentum insigne, & cum sacrâ historiâ mirè consonum lege apud Iosephum Antiquitatum libro 10. cap. 2.

v. Cyrill. in Julian. l. 1.

Itaque arcam in Armeniâ substituisse plerique volunt. Sic apud Abide-

bi supra: Ter- A
iboton. Itaque
substitisse, ex
s scriptor, cu-

n necesse est
ubesse cause. B
ibus. Plinius:
Orga flumini-
mbiente sinu
m fuisse Ci-
nesum digni-
ontium Ara-
cythia quic-
Meorides pa-
C
que hoc ipso
t montes Ar-
t Armeniam,
ent dicitur in
m Armenio-
Quam ver-
Beroso, qui
Vtrobique
fecto coacti E
x cum sacra
m libro 10.
apud Abide-

A num Xifuthrus, id est Noe, ut diluuium effugeret, ex Assyria et Armeniis ad Armenios nauigauit. Et Melo vetus author qui scripsit τὴν ἱστορίαν inter cetera narrat ὅτι τὸ κατὰ κλυδωνιὸν εἶδος τῆς Ἀρμενίας ἀπὸ τοῦ Ἰωάννου ἀπὸ τοῦ Ἰωάννου ἀπὸ τοῦ Ἰωάννου, post diluuium ex Armenia excessisse hominem qui cum filijs suis euaserat. Et Berosum asserit Iosephus scripsisse de arcâ in quâ Noe seruatus est, ὅτι ἐπεὶ ἐξήλθε τὸ αἶψα ἄνω τῶν Ἀρμενίων ὄρων, cum ea appulisset ad Armeniorum montium iuga. Neque aliter sentiunt nostri scriptores: Eustathius Antiochenus: ἢ ὅτι κἀκεῖ ἐστὶν ἡ ἀρχὴ τῆς Ἀρμενίας, ἀπὸ τῆς ὁδοῦ ἐκ τῆς Ἀρμενίας ἐστὶν, ἀρκα ἀπὸ τῆς ἀρχῆς τῆς Ἀρμενίας ἐστὶν, ἀρκα ἀπὸ τῆς ἀρχῆς τῆς Ἀρμενίας ἐστὶν. Chrysostomus in orat. de perfectâ Charitate: ἢ καὶ τὰ ὄρη μαρτυροῦν τὴν Ἀρμενίαν, εἴη τὰ κἀκεῖ ἐστὶν ἡ ἀρχὴ τῆς Ἀρμενίας, ἢ καὶ τὰ ὄρη μαρτυροῦν τὴν Ἀρμενίαν, εἴη τὰ κἀκεῖ ἐστὶν ἡ ἀρχὴ τῆς Ἀρμενίας. Nunquid etiamnum (de diluuiio) montes Armenia testantur ubi constitit arca, nonne hodieque ibi seruantur eius reliquiae ad nostram commonesactionem. Aratus libro 4.

Armeniae celsis instabat montibus arca.

Isidorus orig. lib. 14. cap. 8. Ararat mons Armenia in quo arcam historie post diluuium resedisse testantur. Haitho Armenus cap. 9. In Armeniâ est altior mons quam sit in toto orbe terrarum, qui Arath (lege Ararat) vulgariter nuncupatur: Et in cacumine illius montis arca Noe post diluuium primò stetit. Idem scribunt multo plures quos hinc proferre longum esset. Et Ariarathis nomen in Armeniâ minori notissimum fuit: vnde Ariaratha lacus salis apud Constantinum Porphyrog. Proinde cum in Theophilo Antiocheno leguntur arcae reliquiae hodieque superesse ἐν τοῖς Ἀραβικοῖς ὄρεσιν, in Arabicis montibus, forte legendum Armeniacis vel Armeniis; Quanquam non desint qui Arabiam vsque ad vicina Armeniâ loca extendant. In his Xenophon qui Arabiâ Mesopotamiam accenset lib. 1. Anabaseos. Et Plinius qui Euphratem Arabiam læua dextraque Comagenem disternare dicit. Arabiam, id est Mesopotamiam partem Armeniâ proximam. Eum Plinij locum mihi indicauit vir doctissimus atque humanissimus Dn. de Grantemesnil, qui literas cum armis non credidit esse ἀστυλῆτος, nec se abduci passus est communi nostrorum nobilium errore.

Supereft vt doceamus in quo Armeniâ loco steterit arca. Duæ sunt sententia, vna Hieronymi qui steterit vult circa Araxenam. Ararat, inquit, regio in Armenia campestris est, per quam Araxes fluit, incredibilis ubertatis, ad radices Tauri montis qui vsque illuc extenditur. Ergo et arca in quâ liberatus est Noe cum liberis suis, cessante diluuiio, non ad montes generaliter Armeniâ delata est, quæ appellatur Ararat, sed ad montes Tauri altissimos qui Ararat imminent campis. Id sequutus Guillelmus de Rubruquis cap. 49. Itinerarij Tartariâ quam S. Ludouici Galliarum regis mandato peragravit ante annos ferè quadringentos, asserit Araxi et Na-xuana (vrbis ad Araxem ex Ptolemæo notissimæ) duos imminere montes Massis nomine, in quibus arca resedit; et Cemarnum oppidum ab octo illis ibi conditum qui ex arcâ exiuerunt, idque patere ex ipso nomine quò octo significatur. Nempe Cemarnum alludit ad Hebr. נָעַם semen octo.

Et Euseb.
lib. 9. prim.
par.

In Herat.
pag. 49.

Ad Antioch.
cum lib. 3.

Plin. lib. 3.
cap. 24.



Altera sententia, cui accedo libentius, quia plures habet assertores, & A in his quosdam Hieronymo longè vetustiores, arca Noæ locum metatur in Gordyæorum montibus, qui ijdem Carduchi dicuntur, Cardiei, Cordyæi, Cordueni, Gordi, Cordæi, Curdi &c. Vt & variè scribitur montis nomen *Kardu, Cardon, Kurud, Kardynus, Cordyæus* &c. Agmen

Apud Ioseph. Ant. lib. 1. c. 4.

ducit Berofus, Beli sacerdos, Alexandro magno æqualis, qui post enarratam diluuij historiam hæc subiungit: *Λέγεται δὲ ἐν τῷ πλοίῳ ἐν τῇ Ἀρμενίᾳ πρὸς τῷ ὄρει τῶν Κορδυαίων ἔτι μέγας πῖ εἶναι, ἐν ἡμίσει πινὰς τῆς ἀσφαλτὸς ἀφαιεῦνται. χρωῖται δὲ μέγιστα οἱ ἀΐθρατοι τῷ κρημνισμένῳ πρὸς ἄπορροιαύμας.* Fertur autem etiam nunc nauigij pars aliqua superesse in Armenia in monte Gordyæorum, & quosdam inde auferre bitumine eraso: *Ἐδ' αὐτὴν ἀλα-*

In Euseb. Chron. lib. 1. p. 8.

to stantur homines pro amuleto. Nec multo aliter Alexander Polyhistor, nisi quòd hos Armeniæ montes pro Gordyæis Corcyæos appellat: Quomodo vocasse credo locorum incolas, quorum lingua, Strabone teste, partim erat Arabica, quia Arabicè *Κορκυρ* est *nauis prælonga, nauis magna.* vide Giggeium tomo 3. p. 1142. Ergo hinc Corcyæi merito dicti montes in quibus magna illa nauis, id est, arca Noæ substitit. Polyhistoris verba sunt: *τῷ δὲ πλοίῳ τούτῳ κρημνισθέντος ἐν τῇ Ἀρμενίᾳ, μέγας πῖ*

* forte ἔτι εἶναι λέγεται.

ἐν τοῖς Κορκυρῶσι ὄρεσι τῆς Ἀρμενίας διαμένον, καὶ πινὰς ἀπὸ τοῦ πλοίου κρημνισθὲν ἀσφαλτὸν χρωῖσθαι δὲ αὐτῶν πρὸς τοὺς ἀπορροιαύμας.

Idem sequitur è sacri textus Paraphrastis Chaldæus interpres vetustissimus Ionathan, cuius verba sunt Gen. 3. 4. *Et quieuit arca mens. septimo, is fuit mensis Nisan, decimâ septimâ die mensis* *וַיָּקֵם ה' עַל הַר קַרְדוּן* super montes *Kardon.* Hactenus verus Ionathan. Nam quod sequitur de duobus montibus, uno *Kardaniâ* nomine, altero *Armeniâ*, in quo condita sit vrbs *Armenia ad terram Orientis*, nugæ sunt nugacissimæ à futili aliquo magistello confarctatæ, qui paraphrasim alioqui nobilem & bonæ frugis commentis suis conspurcauit. Ita etiam Onkelos: *Quieuit arca* &c. *וַיָּקֵם ה' עַל הַר קַרְדוּן* super montes *Kardu:* Et Arabs Herpenianus *وَجَاءَ الْبَارُكَ عَلَى سَبْعِ جِبَالٍ* super montes *kurud*, id est *Cordyæorum.*

Sed & è Patrum choro id ipsum scribit Epiphanius aduersus hæreses lib. 1. tom. 1. §. 4. *Μετὰ δὲ τὸν κρημνισμὸν ἐπιστάσης τῆς γῆρας τῷ Νῶε ἐν τοῖς ὄρεσι τοῖς Ἀρμενίᾳ καὶ Καρδυέῳ ἐν τῷ Λυβάρ ὄρει κρημνισμένῳ: Post diluuium cum arca Noæ constitisset in montibus Ararat inter Armenios & Cardyæos in monte Lubar dicto. Et in Hæresi 18. quæ est Nazareorum: ἔτι ἐν δευτέρῳ τὰ λείψανα τῆς τῷ Νῶε γῆρας δείκνυται ἐν τῶν Καρδυέων γῆρα. hinc usque reliquiae arca Noæ ostenduntur in Cardyæorum regione.*

* Arabicè *وَالْمَدِينَةُ* o. s. o. Iraq: pago nomen ab o. s. o. illis qui ex arcâ exierunt.

Concinunt Arabum historici. Georgius Elmacinus historiciæ Saraceni- cæ lib. 1. cap. 1. *Heraclius deinde abiit* *وَجَاءَ فِي بَغْدَادَ* in pagum *Thsmaninum* * quem exsternxit Noe, super quem pax, postquam ex arcâ egressus est, & ascendit *وَجَاءَ إِلَى جَبَلِ الْغُودِي* ad montem *Gudi* (lege *وادي Gordi*) & vidit locum arca qui eminet supra omnem illam regionem, est enim valde excelsus. Et Geographus Nubiensis sextâ parte Climatis quarti. *Mons* *وادي يمانيم* *Iemanim* (lege *وادي ثمانيم* *Themanim*) idem qui *وادي الجودي* *Algode* lege *وادي الجودي* *Algordi*

A id est Gordyæus) in quo requieuit nauis illa , nauis Noæ cui pax. Pagum Themanin id est τῶν ὀκτώ ab illis octo qui ex arcâ exiuerant etiam Græci memorant. Agathias edit. Vulcanij lib. 4. pag. 135. Ἀμφὶ τὰ Καρδύχα ὄρη ἐῖς κόμην Θαρμαίων circa Carduchos montes ad pagum Thamanorum.

Hi omnes in id consentiunt arcam Noæ quieuisse super montes Gordyæorum. Sed de illorum montium situ non conuenit inter scriptores. Ptolemæus Gordenen & Gordiços montes ponit circa fontes Tigridis, & Carduchos circa Cyrum fluuium, inter Cadusios & Martianam paludem, tanquam populos diuersos à Gordiæis. Certum tamen est Carduchos ad Tigrim habitasse, non quidem ad fontes, sed in Armeniæ & Assyriæ vel

B Adiabenes confinijs, & ab his non distingui Cordyæos seu Gordiços. Plinius lib. 6. cap. 13. *Adiabenis connectuntur Carduchi quondam dicti, nunc Cordueni præfluente Tigri; Et cap. 27. Tigris ex Armeniâ acceptis fluminibus claris &c. lustratis montibus Gordyæorum &c.* Xenophon qui loca peragravit lib. 4. Anabas, τὰ Καρδύχα ὄρη ἀπὸ τοῦ Ἄρμενίου εἰς τὴν Περσίαν ἐκρέμαται, Carduchi montes prærupti ipsi fluuiio imminent, nempe Pigreti seu Tigridi. Et rursus: ἤκουον δὲ τῶν ἀλισημένων, ὅτι εἰ διέλθοιεν τὰ Καρδύχα ὄρη, ἐν τῇ Ἀρμενίᾳ τὰς πηγὰς τῆς Πίγρης ποταμοῦ, ἢ μὲν βύλωντι ἀβροθήσουσιν: ἀ captiuis enim audiuerant, se Carduchijs montibus superatis in Armeniâ

C Pigretis (Tigridis) fluuij fontes si uellent traiecturos. Strabo lib. 16. de Tigris: ὅτι πολὺ δὲ ἐνεχθεὶς ἀφανὴς ἀνὶ ὄρεσιν ἐκπέσει τῆς Γορδυίας, διῶτα lapsus ut uideri non possit, rursus exoritur non procul à Gordyæis. Item: αὐτὸς δὲ τῶν Τίγρι καὶ τῆς Παρθυαίων χώρα, ὅς οἱ πάλαι Καρδύχους ἔλεγον, *Ad Tigrin sunt Parthorum loca quos ueteres Carduchos appellabant.* Hinc in Procopio Ararat (id est mons Gordyæus) medius inter Armeniam & Parthiam excurrit versus Adiabenam. Dion in Trajanô eum narrat è Nisibi magno labore materiam conuechi iussisse ad Tigrim fluuium, vnde pontem strueret quô traiceret in Adiabenam καὶ τὸ Καρδύχων ὄρος prope montem Kardynon seu Gordyæum.

Procop. lib. 19. Genes.

Hoc præcipuum quod in eò ipsò locò quem Gordyæorum montibus assignant tot veterum testimonia, etiam arcæ reliquias fuisse docent Arabes & Hebræi scriptores; quod probare est in procliu. Mosal est hodieque Mesopotamiæ vrbs amplissima Tigri adiacens, è regione loci in quò sita erat Ninive. Ab hac Geographus Arabs describens iter Amidam, oppidum ex Ammiano & Procopio notissimum, quod à Gordyæis Tigris diuidit. *A Mosal, inquit, ad urbem Balad sunt XXI millia &c. Et à Balad ad insulam filij Omar LXXIX millia. Ea adiacet montibus Iemanin (lege Thsemanin) Et Masurin & Kilsabur. Ex quâ montium serie est mons Godi (lege Gordi) Amidæ imminens è regione propugnaculorum. Quin mons Iemanin (Thsemanin) idem qui Godi (Gordi) in quò requieuit nauis*

Clim. 4. Part. 6.

E illa, nauis Noæ cui pax. Ita Benjamin Iudæus scribit se Nisibi profectum biduo uenisse ענין בן עמר חתם בחור נהר חדל לרגלי הרי אררט בהלך ד' מילין למקום ad insulam filij Omar, quæ est in medio Tigride, ad radices montium Ararat: vnde quatuor distat millibus locus in quò requieuit arca Noæ. Addit Omarem Alcitabi filium arcæ reliquias ex illo monte in

Itinet. pag. 61.

ertores, & A
um meta-
, Cardiei,
scribitur
c. Agmen
post enar-
ען תה אר-
הס אספאל-
ס דמות-
Armenia in
item abla- B
Polyhistor,
lat: Quo-
teste; par-
nauis ma-
erito dicti
c. Polyhi-
מיעס פי *
us דוד תו
עמידמוע. C
s uetustif-
f. septimo,
ber montes
e duobus
ita sit urbs
iquo ma-
onæ frugis
rca &c.
22 by super
is hæreses D
תו נוא עו
פול קאל-
arax inter
8. quæ est
תו עו תו
rdyæorum
Saraceni-
aninum *
essus est, E
vidit lo-
e excelsus.
ו Iema-
Algordi

insulam transtulisse, & fabricasse ex illis templum quoddam Mahume-
ranum. A

Antiq. l. 20.
cap. 2.

Video esse viros doctos qui ab his dissentire Iosephum putant, cum
arcæ reliquias ostendi dicit in regione Καρῶν Caron, quam Adiabenes
Rex Monobazus dedit Izati filio: *χώρας*, inquit, *δίδωσι Καρῶν λεησμένω.*
Φέρει δὲ ἢ γῆ πλεῖστον τὸ ἀμώμιον ἀγαθὴ. *Ἐστὶ δὲ αὐτῇ καὶ τὰ λείψανα τῆς λαβνᾶς,*
ὡς Νῶχον ἐν τῆς ἐπιπέδου ἀφασσῶσται λόγος ἔχει, καὶ μέλει νῦν πῶτα τοῖς
ἰδοῦν βυλομέσις ὀπίδεικται, Regionem dedit Caron dictam: Ea autem est
terra amomi feracissima. Ibi etiam sunt arcæ illius reliquiae, in quâ Noe di-
luuium euasisse fertur, & hodieque ostenduntur videre volentibus. Sed mi-
rum ni Iosephi Καρῶν corruptum sit ex Chaldæo קרדון kardon quo vitur B
Jonathan, vnde Dionis Κάρδωνος ὄρος. Idem certè solum describi docet
Adiabenes vicinia, & amomi feracitas, cuius prouentu Corduene potis-
simum insignis est. Strabo lib. 16. *Ἐστὶ γὰρ εὐβοῦς ἢ χώρα καὶ εὐερνής, ὡς καὶ*
τὰ ἀφασσῶσται τρέφει, καὶ ἀρώμα τὸ ἀμώμιον, regio pascuis lata est & germinibus,
adeoque fert etiam quæ semper virent, & aroma amomum. Philargyrius in
hac verba *Odor cani grauis.* Georg. lib. 4. *Odor grauis, quia & leuis dici-*
tur, ut Sallustius: Apud Corduenos amomum, & alij leues odores gignun-
tur. Inde est quod amomum modo Armenium dicitur, vt in Dioscoride,
Plinio, Auicennâ &c. modo Assyrium, vt in Virgilio, C

Eclog. 4.
Sylu. l. 2.
In Epiced.
Pileti Vrsi.

----- Assyrium vulgo nascetur amomum.

Et in Statio.

----- Assyria manantes gramine succos.

Et Siliij lib. 11.

Nec crinem Assyrio perfundere pugnet amomo.

Nempe inter Assyriam & Armeniam Corduene ita media est, vt modo
huic modo illi adscribatur.

Iam quæri potest non immerito quid Minyadis nomine significatum
voluerit Nicolaus Damascenus, cum arcæ locum definit in hæc verba:
Ἐστὶν ἄρα τὴν Μινιάδα μέγα ὄρος καὶ τὴν Ἀρμενίαν, βάσις λεγόμενον, εἰς ἣν
πολλὰς συμφορὰς ὄντι τῶν κατὰ κλυσιμύ λόγος ἔχει μεσιθεῖναι. Καὶ πῶτα ὄντι λαβ-
νᾶς ὀχόμενον, ὄντι τὴν ἀφασσῶσται ὀκείλαι, καὶ τὰ λείψανα τῶν ξύλων ὄντι πολὺ σπ-
θῆναι Est super Minyadem ingens in Armenia mons Baris dictus, in quâ
fama est euasisse ex diluuiò multos, unum verò in arcâ uectum ad uerticem ap-
pulisse, & lignorum reliquias ibi diu seruatas. Fallor, an ibi Minyas est He-
bræorum מני Mini vel Minni regio, quam cum Ararat, id est Cordue-
ne, nominat Ieremias cap. 51. vers. 27. vbi de Babylone: *Conuocate,* in-
quit, *contra eam regna Ararat, Minni & Ascenax.* Pro מני Chaldæus ha-
bet ארמני Armenia, hîc & Micheæ 7. 12. Neque fortasse id male, sal-
tem in Ieremiâ. Videtur enim Armeniæ vox conflata esse ex מני-הר Har-
mini, id est mons Mini, siue montana Minyadis. Quam Armeniæ par-
tem fuisse suspicor Gordyaxæ proximam, à quâ deinceps tota Armenia E
appellationem traxerit. Huius aut huic simillimæ compositionis uestigia
ueteres se deprehendisse putarunt in his uerbis Amos 4. 3. *והחלה להחריב ויגלו וי*
quæ Jonathan ita exponit, *והחלה להחריב ויגלו וי deportabunt*

Mahume- A
tant, cum
Adiabenes
λεγομένη.
ἢς λαφύρας,
ὁ πῶτα τοῖς
a autem est
tuâ Noe di-
us. Sed mi-
quo vitur B
ribi docet
aene potif-
ἡς, ὡς καὶ
germinibus,
argyrius in
leuis dici-
ores gignun-
ioscoride,
C
vt modo
gnificatum
hæc verba:
μενον, εἰς ὃ
να ὅτι λαφύ-
πὶ πολὺ σω-
us, in quò
ertem ap-
as est He-
st Cordue-
ocate, in-
aldæus ha-
male, sal-
a-η Har-
enia par- E
a Armenia
is vestigia
η ηηηηηηη
portabunt

A eos ultra montes Armenia, quomodo & alij. Theodoretus : Σὺν ῥιφίσεαθε
eis ὁ ὄρος ὁ Ἀρμενία &c. ὁ δὲ Σύμμαχος ὁ Ἀρμενία Ἀρμενίαν ἠρμήνευσεν. Ο δὲ
Θιόδωρος, ὁ ψαλὸν ὄρος. Hieronymus : Et projiciemini, inquit, in locis Ar-
menia quæ vocantur Armona. Denique Symmachus ita interpretatus est: Et
projiciemini in Armeniâ. Pro quibus LXX montem Remman : Aquila mon-
tem Armona ; Theodotio montem Mona. Quinta autem editio excelsum mon-
tem transfulerunt. Vides plerisque interpretes hanc vocem sic interpretari,
quasi sit composita ex ηη & ηηη vel ηηηη. Quid si ηηηη Mona ηηηη Mini &
Minyas idem sint ?

B De cætero nos latet cur Baris vocetur ille mons in quo substitit arca. An
à Græcis inditū nomen, apud quos βαρεῖς barbari nauigij genus est ? Aut ab
Armenijs qui Deam coluerunt huius nominis ? Strabo lib. II. in Armeniæ
descriptione. Ο Αβος ἐστὶν ὄρος ὃ ἐστὶν ἐν Ἐκβάταια φερούσης, καὶ τὸν Ἰβάρειδος ἰέων,
Abus mons est prope viam quâ itur Ecclatana, præter Baridis deæ templum.
An denique Baris dictus est ab Hebræo δεβεκα voce ? Quia in illo ipso
monte Deus ηηηη berith id est fœdus contraxit, non tam cum Noâ quàm
cum hominum genere vniuerso, iride datâ in signum fœderis. Vnde est
quod in historiâ exitus Noæ ex arcâ vox berith seu fœderis septies repeti-
tur. Est & quarta coniectura his fortasse vero propior. Αποβατήειον, inquit

Gen. cap. 9.
vers. 9, 11.
12, 13, 15, 16,
17.

C Iosephus, ὅτι ὅταν τῶν Ἀρμένιοι καλεῖται. Et Eustathius Antiochenus : καὶ τὸν ὄρον
ἐπὶ τῷ κείνῳ ἀποβατήειον οἱ ὀπίχθιοι παρὰ τὸν ὄρον. Idem ferè legitur in
Eusebio de locis ; Quod Hieronymus ita transfudit : Hunc locum Armenij
exit in vel egressum vocant, nempe ex arcâ vel naue in quâ Noe cum suis
fuerat inclusus, quandiu duravit diluuium. Id enim propriè Græcis ἀπο-
βατήειον. Quam vocem esse Armeniam viri docti qui scribunt toto cælo
aberrant. Neque id voluit Iosephus ; sed Armenios suâ lingua vocasse lo-
cum eò nomine quod Græcè translatum ἀποβατήειον sonat. Armenium por-
ro illud nomen videtur fuisse baris vel barix, id est exitus. Sic ex Arabicâ
linguâ interpretor, quâ ηηηη baraxa est exire foras, & ηηηη barux vel ηηηη barix
exitus. Nihil frequentius in Auicennâ ; occurrit & in Alcorano passim.

D Vide Abrahami Suraram & Auicennam Arab. p. 9. & 23. & 43. Arabes
iam diximus ad Mesopotamiam vsque penetrasse & Armenijs vicina loca:
Quin scribit Strabo ὁ τῶν Ἀρμενίων ἔθνος, καὶ ὁ τῶν Σύρων, καὶ τῶν Ἀεθίων,
πολλῶν ὁμοφυλίαν ἐμφαίνων κατὰ τὴν ἀφ᾽ ἡλίου, καὶ τοῦ βίβου, καὶ τῶν σαμάρων γα-
ραυτήους. Armeniorum, Syrorum & Arabum gentes multum præ se ferre
cognationis, sermone, vitâ & corporum formâ. Inde est quod Polyani li-
bro 4. Eumenes ὀπίσσω παρὰ τὸν ὄρον ὡς ὁ δὲ οὐδὲν οὐτε ἄλλο ἢ Ἀρμε-
νίας γογγυμένην Συρίοις γέφυρα, epistolam protulit quasi ab Oronte Arme-
niæ satrapa Syriacis literis scriptam. Armenis nempe & Syris, propter
linguæ viciniam, communes erant literæ. Quod ideo hic obseruo, ne quis

lib. 1. p. 41.

E Armenia vocabula ex Arabismo putet absurdè peti.
Si Fullero credimus ad Barin alludit Lubar eiusdem montis nomen
apud Epiphanium : Imbarus item vel Nibarus in Strabone Armeniæ
mons ab Abo monte ad Mediam vsque protensus. Sed Imbarus vel Niba-
rus cum Bari vel Lubari mons idem esse non potest, quia repugnat situs.

Miscellan.
lib. 1. c. 4.

Theodoretus, Esaia locum exponens de vrbe Babylonis, *Tu autem dice-
ras in mente tuâ, in cælum conscendam* Es. 14. 13. obseruat ad Aquilonem
Assyriæ montem esse omnium in terris altissimum per quem sperauerat
ille rex se in cælum esse ascensurum. Θεός, inquit, ὑψηλὸν εἶται λέγουσα
βοῦράων Ασσυρίων ἐ Μήδων, ἀπὸ τῶτων τὰ Σκυθικὰ διοείζον ἔθνη, πῶτων τῶ
κατὰ τὴν οἰκιστικὴν ὁρῶν ὑψηλότερον. δι' ἐκείνη πῶτως ὑπέλαβες, ὡς ἐκείν', εἰς
τὴν ἕαρον ἀνδρῶ κατὰ Τολμήσαν. Ego in tantâ locorum notitiâ vix credide-
rim Babylonis regem id habuisse in animo, nec puto tale quicquam ex
scriptura posse elici. Tantum accipio quod habet Theodoretus omnium
esse cellissimum montem quò Assyria terminatur ab Aquilone, id est
montem Gordyæorum in quò substitit arca Noë,

CAPVT QVARTVM.

*Vbi ante diluuium vixerit Noë & arcam
fabricauerit.*

Primi homines circa Babylonem, vbi paradus terrestris, & Assyriam vbi Ararat. Arca in
Assyria fabricata, vnde Oceanus à meridie erumpens, & venti Australes in Armeniam impule-
re. Chaldaeos scriptores ita testari. Sippara vnde dicantur. Lignum Gopher, ex quò arca, esse
cupressum. Nullum lignum firmitus. Ephesini templi valuz è cupressu. Et eorum sarcophagi qui
pro patriâ occubuerant. Et sceptrum Iouis. Ex eadem materiâ naues solere fabricari: in Ba-
byloniâ maximè & Assyriâ, vbi nulla alia materies. Gopher forte locus idem qui Straboni
ἐ Κυπαρισσῶν.

AM videndum an aliquâ coniecturâ possimus assequi in quibus terris
ante diluuium vixerit Noë & arcam fabricauerit. In genere primos
homines circa Babylonem & Assyriam habitasse tam ex paradisi descrip-
tione colligitur, quàm ex eò quod Moses disertè asserit arcam substitisse
in montibus Ararat, id est Gordyæis prope Assyriam; vnde sequitur eam
alicubi in viciniâ fabricatam. Neque enim verisimile est machinam tan-
tæ molis, formæ quadrangularis, neque ad motum comparatæ, tam mul-
tis animalibus & cibarijs grauem, facile potuisse longum iter emetiri.
Sed qualecunque illud iter, quod aquis crescentibus confecit arca, ten-
debat, vt quidem puto, septentrionem versus: Cum quia Oceanus, cuius
potissimum eruptione tam Assyria quam Gordyæa obrutæ & demersæ
sunt, à meridie ingruerat; tum quia cælo pluuio ab Austrô flant ple-
rumque venti. Quod in graphicâ illâ Cataclysmi descriptione Ouidius
ita expressit.

*Protinus Æolijs Aquilonem claudit in antris,
Et quæcunque fugant inductas flamina nubes,
Emittitque Notum: madidis Notus aduolat alis.*

Vnde & ὡς Græce dicitur, si Gellio credimus, quoniam est nebulosus
atque humectus, vobis enim Græce humor nominatur. Nec desunt qui Au-
strum quasi haustum dici putant ab hauriendis aquis. Itaque valde credi-
bile est illud nauigium fabricasse Noam in locis Gordyææ finitimis
Austrum versus, in Assyriâ scilicet, quæ ad Austrum illi proxima est.

Neque verò hæc sententia solis nititur coniecturis: cum ei vetustissi-
mi

u autem di-
Aquilonem
a sperauerat
ειται λεγεται
πυραυων τω
is ειως, & εις
rix credide-
nicquam ex
us omnium
one, id est

Ararat. Arca in
Armeniam impule-
: quò arca, esse
sarcophagi qui
bricari: in Ba-
n qui Straboni

quibus terris
ere primos
difi descrip-
m substitisse
equitur eam
chinam tan-
e, tam mul-
iter emetiri.
arca, ten-
anus, cuius
& demerfae
ò flant ple-
one Ouidius

est nebulosus
unt qui Au-
valde credi-
æ finitimis
ma est.
ei vetustissi-
mi

A mi scriptores adstipulentur, Berofus scilicet, Abydenus, & Polyhistor, qui Xisuthrum vel Sisuthrum illum suum, quem substituunt pro Noâ, ex Assyriâ volunt in Armeniam nauigasse, publicis instrumentis Heliopoli depositis in Sipparis. Heliopolin in Sipparis Ptolemæus simpliciter vocat Συμφάρα Siphara. Mesopotamiæ est oppidum ad Euphratem in orâ Babylonis inter Naardem & Seleuciam. Nomen ex ספרא Siphraja factum, id est ex libris & monumentis quæ inibi seruabantur. Sic in Chananâ eandem urbem Hebræi appellant קריית ספר Kiriath-Sepher, urbem librorum, & Chaldæi קריית ארכי Kiriath-arche, urbem Archiuorum Ios. 13. 15. 16. & Iud. 1. 11. 12.

V. Euseb.
Gr. Chron.
lib. 1. P. 89

B iam quæ sequitur ratio non parum habet momenti. Arcam fabricare Noe iussus est ex lignis גופר gopher. Gen. 6. 14. Porro gopher esse cupressum Fullerus rectè colligit ex ipsa voce. Græcè siquidem cupressus est κυπρίσος: A quo nomine terminationem si demas, κypress & gopher sonò parum discrepabunt. Præterea non aliam esse materiam cupressu firmiorem aduersus cariem & tineas, fere conuenit inter scriptores. Quo, præter Platonis & Plinij loca, quæ legere est apud Fullerum, mire faciunt hæc Martialis lib. 6. Epigr. 49.

Miscell.
fact. lib. 49
cap. 5.

Sed uinâ generata de cupresso,
Quæ nec sæcula centies peracta,
Nec longa cariem timet senectæ.

C Et Epigram. 73.

perpetuâ nunquam moritura cupresso.

Adde ex libro secundo Thucydidis ἀρχαῖαι κypressinas arcas è cupresso fuisse quibus Athenienses eorum ossa efferebant qui in bello pro patriâ occubuerant. Nempe, ut habet Scholiastes, ἀρχαὶ τῶ ἀσπίδιον εἶναι quia est ex pers putredinis. Pythagoræi tamen, Hermippo teste apud Laertium lib. 8. ἀπὸ τοῦ κypressῆ κypressinas, ἀρχαὶ τῶ Διὸς σκήπτρου ἐστίν, ἀβύσσιν βάντ ἀ σελυκρο κυπαρισσῖνο, quia Jouis sceptrum ex hac arbore constat.

Hist. Plant.
lib. 5. c. 5.

D Quod ipsum non puto poetas aliâ de causâ finxisse quam quia ligni perennitas videbatur significare Iouis imperium esse æternum. Nec omittendus Theophrasti locus insignis, quò post earum arborum feriem quæ vetustatem minimè sentiunt, hæc addit: τούτων δὲ κypressῶν τε δόξειν τὴν κypressῖνα εἶναι. τὴν γὰρ ἐν Ἐφέσῳ δὲ ἂν αἱ θύραι τῆς τοῦ θεοῦ κypressῖνας, τὴν γὰρ ἐν Ἐφέσῳ γένεαι: harum autem maximè diuturna videtur esse cupressina materies, ex quâ fabricatæ templi Ephesini valuæ per quatuor generationes incorruptæ durarunt. Quod Plinius expressius: valuas esse è cupresso, & iam quadringentis prope annis durare materiam omnem nouæ similis. Eòdem faciunt hæc Vitruuij lib. 2. cap. 9. de cupressu & pinu: In vetustatem sine vitijs conseruantur, quod is liquor qui inest penitus in corporibus earum habet amarum saporem, qui propter acritudinem non patitur penetrare cariem, neque eas bestiolas quæ sunt nocentes. Ideoque quæ ex his generibus opera constituntur permanent ad æternam diuturnitatem. Proinde idem Vitruuius lib. 7. cap. 3. vult ut camerarum asseres sint maxime cupressini, quod abiigni ab carie & ab vetustate celeriter vitiantur. Itaque nihil procli-

lib. 16. cap.
40.

E

C

uius quam vt cupressina fuisse dicatur arca materies, cuius reliquias su-
 perfuisse per plura annorum millia testantur ij quos citauimus, Berofus,
 Abydenus, Alexander Polyhistor, Nicolaus Damascenus, Iosephus, Theo-
 philus & Eustathius Antiocheni, Eusebius, Epiphanius, Hieronymus,
 Chrysofomus, Isidorus, Haitho Armenus, Georgius Elmacinus, Geo-
 graphus Nubiensis, Benjamin Iudæus &c.

Sed vnum videtur deesse ad perfectam probationem; Hanc materi-
 am ad nauigia esse commodam nullo teste docet Fullerus, si vnum ver-
 bulum excipias noui & obscuri scriptoris Petri Martyris ab Angleriâ, qui
 Cretæ scribit non tantum domorum trabes & contignationes, sed naues
 etiam è cupressu construi. Nempe virum doctum fugerat Plutarchi locus

Sympos. lib. 1. Problem. 2. *Neque naupegus primo collocat Isthmicam pinum,*
η τω Κρητικω κρητικου αυτ Creticam cupressum. Et Vegetij lib. 4. c. 34.
Ex cypresso ergo & pinu domesticâ siue hylusstri larice & abiete præcipue
liburna contextitur. Et Theodorici Gothorum regis epistola ad præfectum
 Abundantium, cui procurationem committens ad faciendos mille dro-
 mones quibus frumenta publica conuehantur: *Per cunctam,* inquit, *Ita-*
liam directis artificibus apta operi ligna perquire. Et sicubi cupressos aut pi-
 nos repereris in vicinitate littoris, *δαδ̄o competenti pretiô dominis consulatur.*

Cassiod.
 Var. lib. 5.
 Epist. 16.

Hæc de Cretâ & Italiâ. Sic in Phoenice Diodorus vt probet materiam
 amplam suppetere ad fabricandas naues, Libanum ait circa Tripolim &
 Byblum & Sidonem refertum esse *ξύλων κεδρίων, η̄ πευκίλων, η̄ κυπριείων*
ων θαυμαστων ὅτε κέδρος η̄ μέγιστος, lignis cedrinis, & lariceis, & cupressi-
nis, specie & magnitudine mirandis. Et à Platone lib. 4. legum, inter arbo-
 res *ὅς κωνηγίς* utiles, post abietem & laricem nominatur *κρητικὸς κυ-*
pressus. Eòdem faciunt hæc Theophanis in vitâ Anastasij: *Cum didicisset*
classẽ Saracenorum ab Alexandria in Phoenicem properare ad ligna cu-
pressina incidenda, eademque ad usum nauium comparanda.

Lib. 19. P.
 702.

V. Baron.
 ad A. 714.

Probauit hæc arcam è cupressu fuisse fabricatam: Id potè nullibi
 gentium præstari potuit commodius quam in Assyriâ vel Babyloniâ, vbi
 nulla est alia materies vnde fabricentur naues. Vnde est quod classis in-
 gens quam Babylone construxit Alexander constitit ex solâ cupresso. Ar-
 rianus in Alexandro lib. 7. pag. 161. λέγει δὲ ὅτι ἡ ἄλλη ἀπὸ ἐκωνηγίω
σάλος, τέμνοντι τὰ κωνηγίως τὰ ἐν τῇ Βαβυλωνίᾳ. Τούτων ἡ μὲν τῶν δέτε-
ρων εὐπορίαν εἶναι ἐν τῇ γῆ τῶν Αραβίων, τῶν δὲ ἄλλων ὅσα ἐς ναυπηγίαν, ἄπο-
ρος εἶναι τῶν γῆ τῶν Αραβίων. Dicit autem (Aristobulus Alexandri expeditio-
 num comes) *aliam quoque classẽ Alexandrum construxisse, castis cu-*
pressis quæ erant in Babyloniâ. Harum enim solum arborum in Assyriorum
regione copiam esse. Aliarum autem quæ conficiendis nauibus aptæ sunt ino-
piâ hanc terram laborare. Eadem habet Strabo lib. 16. pag. 741. & ex eo-
 dem fonte hausta.

Strabo lib. 16.
 pag. 741.

Quid si Gopher Gen. 6. 14. sit loci nomen à cupressis ita dicti, vt à
 quercubus *עלון* Elon, à moris *באבא* Baca, à spinis Arabicis *שיתם* Sittim vel Se-
 tin, à palmis *תמר* Tamar & *דיקל* Dicla, à malis punicis *רמון* Rimmon. Ligna
 Gopher erunt ligna *κωνηγίως* Cupresseti cuius locum in Assyriâ Stra-

A

B

C

D

E

- A bo designat his verbis. Περὶ Ἀρβηλα δὲ ἐστὶ καὶ Δημητρίας πόλις, εἴθ' ἢ τῷ Νάφθα πηγῇ, καὶ τὰ Πυργί, καὶ τὸ Ἰ Αἰάτας ἱερὸν, καὶ Σαδρακὴν τῷ Δαρείῳ τῷ Ἰσάσσο βασιλεῖον, καὶ ὁ Κυπαρισσῶν, καὶ ἡ τῷ Κάπρῳ ἀγρία σιναίτιον ἢ δὲ Σελευκαίᾳ καὶ Βαβυλωνίᾳ. *Circa Arbela est urbs Demetrius: deinde Naphthae fons, & ignes (id est campus flagrans de quò Plinius, nisi quis malit intelligi τὰ πυργίαι: In qua sententiâ est doctissimus D. de Grãntemesnil) & templum Anae (alijs Anaitidis) & Sadrae Darij Hystaspis filij regia, & Cupressetum, & Capri traiectus iam ad Seleuciam & Babylonem pertinens. Ex his constat Cupressetum in Adiabene fuisse, circa Capri traiectum, non procul ab ostio, vbi vna portarum de quibus Nahumi 2. 7.*
- B vt suo loco probamus. In hoc, inquam, Cupresseto cædi potuere ligna ex quibus arca fabricata est. Quod vt coniecturam assero; absit enim vt temerè quicquam affirmem.

CAPVT QVINTVM.

De terra Senaar vel Sennaar vel Sinhar vel Singar, in quam ex montibus Ararat profecti sunt primi homines.

- C Sinhar, Senaar, Sennaar, Gr. Βαβυλωνία & Βαβυλωνία, Arab. Bagdad, Chald. Babel & Pontus. Quomodo alijs Ellasar. Pontus fortè & Pontica terra pro Bottica dicta, Chaldaez veteri nomine, à Macedonibus vt videtur imposito. Sinhar circa Babylonem. Abydeni locus & Hestiaz. Ratio nominis. Sinhar alijs Singar, vnde Singara & Singarena.

Sinhar *σινω*, vel, vt scribunt veteres, *Senaar & Sennaar*, in Græcâ versione redditur Βαβυλων. Zachar. 5. 11. & Βαβυλωνία Es. 11. 11. in Arabicâ Pentateuchi *الْبَغْدَاد* *Albagdad*: In Chaldaicâ Onkeli constanter *בבל* *Babel*: In Ionathane & Ierosolymitano interprete, modo *בבל* *Babel*, modo *פונטוס* *Pontus*. Quomodo redditur *ελλασαρ* *Ellasar* Gen. 14. 1. à Symmacho & Hieronymo. Quod non capio: Nisi Pontum & Ponticam terram dici putemus pro Botticâ. Fuit id vnum è Chaldaez seu Babyloniz nominibus. Magnum Etymologicum: Βοττικὴ ἢ Χαλδαϊκὴ γῆ, καὶ ἡλυσιὰς λέγεται Βοττικὴ, καὶ Βοττικὴ, κτηπιχόν. Macedones, vt videtur, ita nominauerant propter similitudinem quam habet cum Bottica vel Botticâ Macedoniz; vbi lacus & flumina quæ vel in lacum influebant, vel ex eodem emergebant. Strabonis Epitome de Pella: ἐπι δὲ λίμνῳ παρὰ αὐτῷ, ἔστι ὁ Λυδίας ποταμὸς ῥῆ, πρὸ δὲ λίμνῳ πληροῖ τῷ Ἀξίῳ τὸ ποταμὸν ἀπόσπασμα. εἶτα ὁ Ἀξίος ἀφ' αὐτῶν πρὸς Βοττικίαν καὶ πρὸς Ἀμφαξίτην γλῶσσαν, καὶ ἀφ' αὐτῶν τὸν Εὐφράτην ποταμὸν &c. Habet autem lacum oppositum ex quo fluit amnis Ludias: Lacum autem implet Axij fluij ramus: Deinde Axius diuidens Botticam & Amphaxitin terram, & Erigonem fluium assumens &c.

Strab. 1. 23

- E Vt sit, hoc certissimum terram Sinhar fuisse circa Babylonem. Nam Gen. 10. 10. & 11. 2. 9. expresse dicitur Babel, id est Babylon, fuisse in terra Sinhar. Et Daniel 1. 2. Nebucadnetsar legitur vasa templi deportasse in terram Sinhar, in fanum Dei sui, id est Beli, Babylonem, vt expresse habet Abydenus apud Eusebium lib. 1. præparat. Αὐτὸς δὲ ὑπὸ τῷ ὄντι τῷ πολέμου λαφύρων, ὅτε Βήλῳ ἱερῶν καὶ τὰ λοιπὰ κτήματα φιλοτί-

Ioseph. An-
tiq. lib. 1.
cap. 5. Eu-
sebius lib.
9. Prap.

ipse vero (Nabuchodonosorus confecto Syriaco bello) de belli manu- A
bijs cum Beli templum atque alia magnifice ornasset. Quin apud Iosephum
& Eusebium Histixus Milesius rerum Phoeniciarum vetustus scriptor,
meminit Σενάαρ ἢ Βαβυλωνίας. Neque obscura est ratio nominis. 771 naar
est excutere. Eō verbo Deus vitur, cum dicit Iob. 38. 13. impios ē terra
excuti. Merito igitur terra 771 Senaar vocatur terra quæ excutit, id est
cuius incolæ iusto Dei iudicio in omnes mundi oras excussi sunt & diffi-
pati, dum insanam illam Babylonicæ turris substructionem moliebantur.

Sinhar 771 efferetur Singar, si litera Aijp mutetur in g, quomodo in
771 Sgor 771 Gaza & 771 Gomorrha. Vnde multis persuasum Sinhar
esse Singaram & Singarenam. Singaræ vrbs in Mesopotamiâ meminere B
Plinius, Eutropius, Ptolemæus, Ammianus, Athanasius in epistolâ ad
solitariam vitam agentes, Geographus Nubiensis sexta parte climatis
quarti. Singarenę regionis Sextus Rufus & Pomponius Letus. Occurrit &
mons Singaras in Ptolemæo. Singara vrbs à Nubiensi describitur ad occi-
dentem oppidi Balad ad milliario 22. Et Balad ad Tigrim XXI. M. pass.
supra Mofal; quæ item est ad Tigrim ex opposito Ninives. Itaque verifi-
mile est ad Singarenam pertinuisse, præter Babylonis agrum, omnem oram
Tigridis occidentalem vsque ad montana Armeniæ. Quod non obseruo
de nihilo, vt suo loco dicetur. C

CAPVT SEXTVM.

De Pallio Sinhar Iof. 7. 21.

Interpretationes Symmachi, Onkeli, Iosephi, Aquilæ, Selomonis. Fabula Iudaica omnes
Reges palatia habuisse in terra Chanaan. Chald. 771 melata non esse 771 ut docti vo-
lunt, neque pelles quibus veteres incubabant ad captanda somnia, sed lanam mollissimam. Ex
Mileto corrupta vox. Milesia lana præstantissima. 771 Ezech. 27. 18. Vbi
Chald. 771 melata circumligata, id est intacta ne inquinetur. Quod probatur ex Varrone, & Laetio,
& Talmudicis. Non omnis melata ex Mileto, vt non omne cuprum ē Cypro, &c. Saraballum
aluminatum, in Talmude. Quid sit Saraballum. Aquæ aluminis vsus in lixijs. Alumen Babyloni-
cum. Lapis amiantus cur dicatur alumen plumeum. Ex eō tela & panni. An id sit 771 ex eodem
manilla, & Brachmanum & Serum vestes, quæ in igne purgabatur. 771 & 771 tam
acies quam flamma. Purpura Babylonica ubi 771 & purpureus color promiscuè sumpti. D
Inde lux Euangelistis. Stola nuda. Stola varia. Varios colores intexere Babylone inuentum. Pre-
cipuus vsus in peristromatis, quorum pretium immensum. Et in mulierum vestibus, sed & in vi-
rilibus. Purpura Babylonica varia. Aurum vestibus intextum multo ante Attalum.

OBITER docendum quod genus sit vestis 771 pallium Sinhar
Iof. 7. 21. Quō Ierichunte visō, ira libidine exarsit Achan vt ma-
num iniecerit in interdictum. Symmachus exponit 771 vestem
Synar. Onkelos 771 Stolum Babylonicam: Aquila item, quem
nonnulli eundem esse putant, 771. Quæ est interpretatio
vocis: iam rei subsequitur.

Antiq lib. 1.
cap. 1.

Iosephus mihi videtur sibi non parum indulgere, dum asserit fuisse B
771 paludamentum regium ex
auro totum intextum. Cui Iudaico commento aliud multo putidius super-
struens R. Selomo, nugatur ipsissimam fuisse stolam Regis Babyloniæ,
quæ seruabatur in palatio quod Ierichunte habebat, provt moris erat tum

A temporis vt omnes Reges palatium haberent in terrâ Israel; Pallium, inquit, Sinar est כליה דמילא אצטילא stola ex lanâ molli; Babylonicâ. Sensus est Regem omnem qui sibi non comparauerat palatia in terrâ Israel ונתקרה לו לאו בלתי לאו non refraxisse mentem eius in regno suo (id est animo illius non fuisse satis) quia dicitur Ierem. 3. 19. dabo tibi terram desiderabilem, hæredem autem decoram exercituum gentium. Itaque palatia Regis Babyloniae Jerichum se fuere, quod cum is se conferbat, illud palliõ induebatur. Credat Iudaus Apella, non ego.

Interim id habemus, pallium illud ex mente Selomonis fuisse כליה דמילא stolanæ ex melata, id est ex lanâ molli. Quod ipsum Talmudici scribunt in tractatu Sanhedrin, vbi כליה דמילא melata alij sericum esse volunt, alij lanam purissimam & mollissimam, quod verissimum. Nam eõ significatu passim occurrit in Paraphrastis. Non probo tamen quod Munsterus, Boderianus, & vterque Buxtorphius, viri in istis literis ad miraculum vsque docti, melat deducunt ex voce Græcâ μηλωτή. Quia μηλωτή plane est aliud, nempe περὶ βάρδος δὲ οὐκ οὐκ ἴνα πέλλις, sine vllõ respectu ad lanam. Quin & πᾶν δέρμα. & πᾶσα βύρρα μηλωτή λέγεται, omnis pellis vel omne corium melote dicitur; Ita Hesychius & magnum Etymologicum. Neque vero quisquam dixerit preciosæ lanæ vellus fuisse Eliæ μηλωτήν aut Elisei, aut

2xx. 3. Reg. 19. 13. 19. Et 4. Reg. 2. 8. 13. 14. Hebr. 11. 17.

C eorum quos Apostolus circumiuisse dicit ἐν μηλωτῆς ingruente persecutione. Quin apud scriptores Ecclesiasticos melota non vsurpatur nisi de pelle asperâ, quâ monachis in Ægypto amiciri moris erat. Sedulius in cap. 11. epist. ad Ebræos: Est autem melota pellis caprina ex vno latere dependens, quâ monachi vtuntur Ægyptij. Primasius ibid. Quidam dicunt ex pellibus taxi genus vestimenti esse compositum: Est enim animal quod taxus vocatur solitus in cauernis terræ habitare, cuius pellis hispida esse fertur, à quõ nomine deriuatur vocabulum huius vestis, id est à melo melota. Ioannes 44. Episcopus Hierosolymorum in libro de institutione Monach. cap. 38. Dicitur enim melota proprie à melo animali, quod etiam taxus appellatur, de cuius pilis vel pelle facta vestis, quæ est valde hispida, melota proprie vocatur.

D Quanquam qualibet vestis de pilis animalium asperis, aut de pellibus hispidis facta, melota vulgariter dicatur. En quid proprie sit melota. Quanquam illud de melo vel mele non agnoscam; quia meles non est Græca vox. Nihil magis placet quod viri doctissimi loca Paraphrastarum in quibus agitur de lectis ex כליה דמילא melata, id est ex lanâ molli, conferunt cum ritu Ethnico incubandi pellibus ad captanda somnia, ad Podalirij purâ vel Amphiarai sepulchrum. Ad quem morem alludens poeta de Latino Fauni oraculum consulturo hæc habet.

V. Hæsim. in Hebr. 11. 37. Et Pausan. in Atticis. Lycophron. v. 1050. & Schol. Æncid. lib. 7.

Pellibus incubuit stratis, somnosque petiuit,
 Multa modis simulachra videt volitantia miris,
 Et varias voces audit.

E Neque enim istis pellibus commune quicquam fuit cum lectis ex כליה דמילא, cum כליה non significet pelles, sed lanam mollissimam; vt illi ipsi agnoscunt. Itaque Paraphrastæ lectorum ex כליה non meminere, nisi cum de illis agitur qui molliter & delicatè viuunt. Sic in regali symposiõ Esth. 1,

le belli manu- A
 d Iosephum
 tus scriptor,
 nis. ונן naar
 mpios è terra
 cutit, id est
 sunt & diffi-
 noliebantur,
 quomodo in
 ulum Sinhar
 à meminere B
 t epistolâ ad
 arte climatis
 . Occurrit &
 itur ad occi-
 XXI. M. pass.
 taque verifi-
 omnem oram
 non obseruo

C
 a Iudaica omnes
 ut docti vo-
 mollissimam. Ex
 ch. 27. 18. Vbi
 rarrone, & Lact-
 &c. Saraballum
 lumen Babyloni-
 ex eodem
 & ונן tam
 omiscuè sumpti.
 e inuentum. Pre-
 bus, sed & in vi-
 m.

D
 llium Sinhar
 chan vt ma-
 Συναρ' vestem
 tem, quem
 interpretatio

E
 asserit fuisse
 m regium ex
 ridius super-
 Babyloniae,
 oris erat tum

Arab. צנין
Cunæ , &
צנין agita-
ti in cunis

6. Affluerus coniuuas collocat על דרגשין דנקלטיהון דחב טב אלו ערסן דמלתין דמחון על דרגשין דנקלטיהון דחב טב super strata ex melatin, id est ex lanis mollissimis, extensa super lectos quorum columnæ sunt ex auro bono. Et Lam. 2. 20. infantes educati molliter sic describuntur אלהי דמילנין בנסדנין מלפפין דחון מלפפין דחון דגיניא דחון מלפפין דחון pueruli qui agitantur in cunis (ita interpretor ex Arabismo) qui inuoluuntur linteis ex melata.

הלל melath igitur non est μηλωτή, sed aliud planè, nempe si modo res est legatur ipsissimum Miletæ nomen, urbis in Ioniâ, è quâ lanæ præcipuæ deferebantur. Virgilius :

Georg. 3,

----- Quamuis Miletia magno
Vellera mutantur Tyrios incocta rubores.

In quem locum Seruius: lanæ preciosissima. Nam Miletus ciuitas est Asia, ubi tinguntur lanæ optima. Ipse in quarto, Miletia vellera Nymphæ carpebant. Cicero in Verrem: Quid à Milesijs lanæ sustulerit. Tertullianus de Pallio: Nec de ouilibus dico Milesijs, Selgicis & Altinis: & de habitu foeminarum: Age nunc si ab initio rerum & Milesij oues tondèrent, & Sereæ arbores nerent &c. Vnde est quod Sami tyrannus Polycrates exquirens vndiquaque quicquid vspiam eximium, coegit καὶ οὐκ ἐξ Ἡμετέρας, ἀλλ' ἐξ Ἐπείρου, ἐκ δὲ Μιλήτου ἐξέβαται καὶ οὐκ ἐξ Ἐπείρου, ἐκ δὲ Μιλήτου ἐξέβαται canis quidem ex Epiro, capras autem ex Scyro, & oues ex Mileto. Ita testantur Clitus in libro de Mileto, & Alexi in libris de Samiorum finibus apud Athenæum lib. 12. Milesijs quidem

lib. 8. c. 2.

lanis Columella Gallicas anteponit: Generis, inquit, eximij* Milesias, Calabras, Apulasque nostri existimabant, earumque optimas Tarentinas. Nunc Gallicæ pretiosiores habentur earumque præcipue Altinates. Et Plinius Apulis primas defert his verbis: lana laudatissima Apula, & quæ in Italiâ Græci pecoris appellatur; alibi Italica: Tertium locum Miletia oues obtinent. At Sybaritis, qui in ijs quæ ad mollitiem pertinent fuere acutissimi sensus, multo aliter visum. Neglectâ enim Appulâ & Tarentinâ, quæ obuia erant & in proximô, è Mileto remotissimâ lanam sibi comparabant. Athenæus: Εφόρον δ' οἱ Συβαρίταις ἐξ ἰματίων ἐκ Μιλήτου ἐξέωον πεποιημένα. Ferebant autem Sybaritæ vestes ex Milesijs lanis factas. Hanc porro lanam esse quam Chaldei vocant apparet imprimis ex Ezech. 27. 22. ubi pro Hebræis צמר מלח

* al. male
Calabras
Apulasque
milesiæ no-
stri.
lib. 8. c. 48.

lib. 12,

V. Hieron.
in buclo-
cum.
De re rust.
lib. 2.
* Al. Attai-
ce male.
Al. Attua
male.

lib. 12, Εφόρον δ' οἱ Συβαρίταις ἐξ ἰματίων ἐκ Μιλήτου ἐξέωον πεποιημένα. Ferebant autem Sybaritæ vestes ex Milesijs lanis factas. Hanc porro lanam esse quam Chaldei vocant apparet imprimis ex Ezech. 27. 22. ubi pro Hebræis צמר מלח lana candida, Græci habent ἐξ αὐτῆς ἐκ Μιλήτου lanas è Mileto, & Chaldeus מלח מילתא lana Miletæ vel milat circumligata, id est intacta; vt in Varro- ne; Oues pellitæ propter lanæ bonitatem, vt sunt Tarentinæ & * Altinates, pellibus integuntur, ne lana inquinetur. Vnde Laertij lib. 6. Diogenis Cynici iocus, qui ἐν Μεγαρέων ἐστὶ δὴν ἵδων τὰ μὲν πέβρατα τοῖς δέσμασι ἐσκεπασμένα, τοῖς δὲ παιδῶν αὐτῶν γυμνοὺς, εἶπεν: Λυσίτελέστερόν ἐστι Μεγαρέως εἶ) κελὸν ἢ υἱόν: apud Megareses intuitus oues quidem pellibus tectas, illorum autem filios nudos, dixit. Præstat Megarensis arietem esse quam filium. Quod ipsum in vsu fuisse apud Hebræos probat doctissimus Buxtorphius ex his Talmudis Schab. fol. 54.

1. הלל מלח מילתא circumligant eum propter melat, id est vt lana maneat purissima & tenerrima, denique vt verè sit מלח, vt Milesiam lanam æquet candore, puritate & mollitie. Nam è Mileto deducta vox apud Hebræos non Milesiam solam significat, sed & quamuis aliam quæ cum Milesiâ possit bonitate certare. Neque enim semper est è Cypro cuprum, aut cha-

A lybs è Chalybum , aut sericum è Serum solo , aut è Cariâ caricæ , aut à Phasi phasianus , aut asturco ex Asturibus. In Petronio certè legas *Astur-
torem Macedonicum*. Sic lana כִּיתוּמָא dici queat etiam Babylonica, si mo-
do Babylonica lana æque fuit in precio. Quod tamen cum nusquam lege-
rim, non possum in animum inducere vt credam pallium שֵׁנִי Sinhar à
lana præstantia commendari.

In eodem tractatu Sanhedrin alij *pallium Sinar* interpretantur סִרְבָּלָא
דְּצַרְפַּת saraballum aluminatum. סִרְבָּלָא sarbel σεβηλλου saraballum exponi-
mus cum Aquila, Theodotione & Hieronymo. Dan. 3. 21. Proprie femo-
ralia significat, vt Arabicè سَرَابِيل saravilo, & Græcè Σεβηλα. Tamen in
B vsu est apud Iudæos pro pallio. Elias in Thisbi: nos vocamus למכבוס חעלין
vestem superiorem סִרְבָּלָא sarbel, quæ in linguâ Germanicâ & Italicâ appella-
tur סִרְבָּלָא mantel. Nempe radix סִרְבָּלָא est amicire צִרְיָה seriph esse אלומי alumen
didici ex Baal Aruc. Ergo saraballum ex alumine est pallium bene lotum
aquâ aluminis quâ in lixiuijs vsus. Vnde est quod פִּרְיָה פִּרְיָה smegm te Ier. 2.
22 Thargum olim habuit צִרְיָה. Ita citatur in Aruc. Et סִרְבָּלָא דְּצַרְפַּת Rab-
bi Hananeel exponit סִרְבָּלָא נְקִי לָנָה pallium nitidum & album. Et verò alu-
men non solum dealbat, sed & cuius colori lumen & splendorem addit.

V. Hieroni
Ep. 49. &
in Dan. 3.

Aruch in
צִרְיָה & in
חֲפֵר

C Plinius de alumine, Plura eius genera. In Cypro candidum & nigrum, exi-
guâ coloris differentiâ, cum sit vsus magna: quoniam inficiendis claro colore
lanis candidum liquidumque utilissimum est, contraque fuscis aut obscuris ni-
grum. Potuit aluminis in Babyloniâ hic esse vsus, in quâ magnum optimi
aluminis esse prouentum ex Serapione scimus: *Melius alumen*, inquit,
est illud quod est nouum, album, fortis albedinis, facili se diuidens, habens in se
velut capillos albissimos, quos ventus rapit, & est acre multum & stipticum,
non habens lapides. Defertur hoc tale ex Babyloniâ. Et secundum est rotun-
dum, &c. naturaliter non artificialiter factum, cuius color est albus, &c.
Et autem & hoc ex Babylone. Obiter nota etiam in vnionibus eos in pre-
tio maxime fuisse qui summâ candoris sui claritate alumen æmulabantur,
vnde exaluminati dicti sunt. Plinius lib. 9. cap. 35. *summa laus coloris est*

lib. 35. c. 35.

D exaluminatos vocari. Tamen si cuiquam videtur insolens quod pallium
aluminis vel ex alumine vocetur quod in aquâ aluminosa est ablutum:
Eius erit disquirere annon Hebræi veteres vocibus סִרְבָּלָא דְּצַרְפַּת aliud
significauerint, nempe pallium factum ex lapide amianto, quem *aluminis*
plumeum officinæ vocant, quia alumini sciffili est simillimus, & ex solo
gustu deprehenditur. Dioscorides lib. 5. vbi de alumine sciffili. Εὐστρά-
του ἰσοϋ λιβίου ἐμπερὶς αὐτὴν ἀγρὸν οὐδὲ φανερῶς εἶναι ἵππεως κριτικῆν μὴ εὐσθῆσαι,
inuenitur etiam lapis illi simillimus, qui ex gustu dignoscendus qui non strin-
git. Et in capite de amianto: λιβίου ἀμιαστὸς ἵππεως μὴ εὐσθῆσαι ἕως ἄνευ
αὐτῆς ἕως, lapis amiantus generatur quidem in Cypro alumini sciffili simi-
lis. Plinius item lib. 36. cap. 19. *Amiantus alumini similis*. Et Isidorus
Orig. lib. 16. cap. 4. *Est sciffi alumini similis*. Hic porro lapis, cum sit
ιμυρωδὸς ὡς εἶναι ἡδὴ in speciem flexilis instar lori, vt habet Dioscorides, ita
pectitur & textitur, vt ex eò telæ & panni fiant, qui in ignem coniecti non
exuruntur, sed è flammis nitidiores euadunt. Quod præter Dioscoridem

C iij

עליו ערסן דמי A
Etos quorum
ter sic def-
antur in cu-
elata.
i modo re-
lanæ præci-

B as est Asia,
epha carpe-
ullianus de
habitu foc-
t, & Seres
uirens vn-
ps, auras de
s autem ex
o, & Ale-
sij quidem C

C ilefias, Ca-
inas. Nunc
inius Apu-
e in Italiâ
es obtinent.
imi sensus,
buiæ erant
Athenæus:
autem Sy-

D quam סִרְבָּלָא
אֵיס צִרְיָה D
Chaldæus
t in Varro-
Altinates,
enis Cyni-
eva, טודס דע
apud Me-
idos, dixit,
uisse apud
b. fol. 54.

E a maneat
am æquet
id Ebræos
n Milesiâ
aut cha-

Strabo lib. 10. Apollō. de mirab. Plut. de Orac. defec. Viues in Aug. de ciuit. Dei. 1. 21. cap. 6. Plin. lib. 19. c. 1.

V. Steph. in Βερεγγυαίς

referunt Strabo, Apollonius, Plutarchus, Isidorus, & qui videre nostro A
 saeculo Podocottarus in rebus Cyprijs, & Ludouicus Viues. Neque pu-
 to aliud fuisse linum illud asbestinum quod Plinius aquasse dicit precia
 excellentium margaritarum. Atque id ipsum voce אריז significari à Tale
 mudicis, potius quam verum alumen, inde est coniectura non leuis quod
 verbum אריז ex quo nomen אריז non est purgare simpliciter, sed in igne
 purgare, quomodo metalla solent. Res notior est quam vt probatione
 egeat. Proinde אריז inde deductum videtur id esse propriè quod in igne
 purgatur, qualis amiantus. De quò etiam Hebræi in Midras in Cantica
 cap. 4. vers. 11. אריז אינו כחן אלא באור *Ito est discere ex*
hoc amianto qui non purgatur nisi per ignem. Quæ coniectura si vera est, vt B
 est valde verisimilis, אריז primò & propriè significabit amiantum; Et
 alumen secundariò propter similitudinem. Interim nulla est ratio cur pal-
 lium *Sinhar* seu *Babylonicum* credatur esse pallium ex amianto. Quia la-
 pis amiantus in Cypro reperiebatur, aut Carysti Eubœæ, in *Babyloniâ* non
 item. Vt taceam texturam illam diu post tempora Iosue esse repertam &
 in mantilium potius quam in vestium vsus. Quamuis ex huiusmodi lino
 Brachmanum in Indiâ vestes confectas fuisse reperiam apud Hieroclem:
 Χρῶνται δὲ, inquit ἐσθῆτι λιπὴ τῆ ἐκ πετρῶν. Λίθων τὰ μέρη μὲν μεγάλα ἐκ δέρματι,
 ὃ δὲ συνουραμένον, ἐκ ὕδατος ἰσχυρῶς (lege ὑφάσματος) γίνεται, μήτε πικρὰ καίμενα, μήτε C
 ὕδατι καίμενα, ἀλλ' ἐπειδὴν ῥύπου ἐκ κηλίδος ἐμπληθῆ, ἐμβλήθηται εἰς φλόγα,
 λευκὰ ἐκ ἀφανῆ γίνεται, vt untur veste lineâ ex lapidibus. Quod quidem texunt
 mollia sunt lapidum stamina & membranæ ex quibus panni fiunt, qui neque
 igne exuruntur, neque aquâ expurgantur, sed cum sordes & maculas contraxer-
 runt, in flammam injecti albescent & lucidi fiunt. Et Geographus Anony-
 mus sub Constantio à doctissimò Gothofredo editus Scribis idem tri-
 buit. Inlibata est vestis eorum, quæ neque insordidari potest: & si hoc con-
 tingat, per ignis gladium loturam expetunt. Gladium ignis Syrus scriptor
 scripsit Syrorum phrasi, quibus אהל & אהל tam est ignis acies quam gladij.
 Hinc Gen. 3. 24. אהל אהל pro acie gladij veteres reddunt אהל אהל
 פורפורה. Itaque gladius siue acies ignis est flamma

Quarta est sententia cuiusdam R. Chaninæ, cui pallium *Sinhar* est
 pallium ex כנלוא פורפורה purpurâ *Babylonicâ*, id est ex Apologo *Babyloniæ*
 vel *Susianæ* portu, ad *Euphratis* ostium, prope *Pasini* regionem; vnde
 πορφύρα ἐκ ἰματισμοῦ ἐστὶν πορπύρα & vestes ibi confectæ in *Arabiam* &
Indiam deferebantur, teste *Arriano* in *Periplo maris Erythræi*. Quod se-
 qui videtur *Hieronymus*, qui hîc habet pallium *coccineum*. Nam vt vt pur-
 pureum colorem à *coccineo* differre *Brodæus* rectè obseruet *Miscellan.*
 lib. 1. cap. 8. tamen promiscuè sumi certum est, quia sunt vicini colores,
Horatius serm. lib. 2. Sat. 6.

----- rubro ubi cocco

Tincta super lectos canderet vestis eburnos.
 Et tertio post versu.
 Ergo ubi purpureâ porrectum in veste locauit.

Matth. 27. Vnde est quod χλωμόδα κακονίω *Matthæus*, & ἰμάτιον πορφυρῶν *Ioannes*

A pro eodem sumunt.

Tamen quia purpuræ Babylonicæ puto recens fuisse inuentum, cum, præter Arrianum & Chaninam illum quem dixi, nemo alius meminerit quod quidem sciam, & Babylonijs veteres purpuram vel ex Tyro petierint, vel etiam ex Hermione, vt colligere est ex Plutarcho in vitâ Alexandri: Græcam versionem maximè probo quæ hîc habet *σολῶν ποικίλων*, aut vt alij, *ἡλῶν ποικίλων*. Forte vtrumque Græci scripserant, *σολῶν ἡλῶν ποικίλων* stolam nudam *va iam*. *ἡλῶν* supple *μαλλῶν* aut *τεχνῶν* villis aut pilis nudam, vt distinguatur ab *ἡσθησῶν* quæ illis *μυδατῆ* & *δέρπισ τεχνῶν*. Et *ποικίλων* variam, id est variegatam & diuersis picturæ coloribus intextam

v. 3. Reg. 19.
13. Et Zach.
13. 4.

B & interstinctam: cuius texturæ inuentio Babylonijs debetur. Plinius: *Colores diuersos picturæ intexere Babylon maxime celebrauit, & nomen imposuit. Tertullianus: Age nunc si ab iniis rerum & Milesijs oues tonderent, & Seres arbores nerent, & Tyrij tingerent, & Phryges insuerent, & Babylonijs intexerent.* Martialis lib. 8. Epig. 28.

Plinius lib.
8. cap. 48.
De Habitu
femina-
rum cap. 15.

Non ego prætulerim Babylonica picta superbe,

Texta Semiramidæ quæ variantur acu.

Et lib. 14. *lemmate cubicularia polymita.*

Hæc tibi Memphis tellus dat munera; victa est

Pectine Niliaco iam Babylonis acus.

Et de pauone Publius Syrus in satyrico Petronij:

Plumato amictus aureo Babylónico.

Et Lucretius lib. 4.

Tunc Babylonica magnifico splendore rigantur.

Plurimus huius texturæ vsus fuit in lectorum peristromatis. *Ælianus Var. lib. 8. cap. 7. vbi de solemnibus illis nuptijs quæ Susis celebratæ sunt ab Alexandro & amicis: κενόμωλον πέντα (κλίμαι) ἀλεργίς καὶ ποικίλοις ἰμφοῖσι ὄφης βαρβαρικῆς μεγατίμω λῆσσι omnes purpureis stragulis erant ornati & variâ veste texturæ barbaricæ magni precij. Textura Barbarica alibi Phrygia dicitur, hîc potius Babylonica.* Plautus in Sricho;

Act. 2. scæ.
12. 2.

Tum Babylonica peristromata, consutaque tapetia

Aduexit nimium bonæ rei.

Quorum immensum fuisse precium docent hæc Pliniana: *Metellus Scipio tricliniaria Babylonica sesterti. in ostingentis millibus venisse iam tunc posuit in Capitonis criminibus, quæ Neroni principi quadringentis sestertium nuper steterat.* Ita lego cum Budæo, ex cuius supputatione Metelli Scipionis Babylonica æstimantur viginti millibus aureorum monetæ nostræ, & Babylonica Neronis decies centum millibus. Gallicè dixeris *millionem aureum.*

De Affe 1. 2.

E Sed & eandem texturam & picturam Babylonijs adhibuerunt in vestium vsu, muliebrium maximè, vt colligere est ex eò quod habetur in Gemara Talmudis tractatu Pesachim: *Scriptum est Deut. 16. 14. Et lætaberis in festo tu & filius tuus &c. Ergo tenetur quisque exhilarare filium suum & reliquos domesticos in die festo. Quomodo exhilarabit illos? Vino. Rabbi Iuda dixit: viros, eò quod conueniens est ipsis, mulieres eò quod illas decet. Quid*

conuenit uiris? uinum. Quid decet mulieres? Docuit Rabb. Ioseph בבל בנידי א
בגדי מלכות פשתן כנודים וראל בנידי in Babyloniâ ut utantur *vestibus*
pietis, in terrâ Jfrælis *vestibus lineis de albatis*. Tamen etiam viros Ba-
bylonios describit Ezech. cap. 23. v. 15. כדאשמוס כדאשמוס ad ver-
bum *luxuriantes tinctis* (supple mitris, vel tiaris) in capitibus suis. Tinc-
tis id est varijs. Kimchius reddit כדאשמוס כדאשמוס *pietis varijs coloribus*,
vt in Ouidio describitur Vertumnus:

----- *pietâ redimitus tempora mitrâ.*

Et in Nonni Dionysiæ lib. 18. Assyriorum Rex Staphylus Baccho donat

----- ποιίλα πέπλα τίπερ τῶν Τίγριδος ὕδαρ
Νήματι λεπταλέω τεχνητέον Πέρσις Αερόχμη.

In vitâ Ca.
tonis.

Et quod maximè ad rem facit, Catonem dicit Plutarchus ἐπίβλημα τῶν ποι-
κίλων Βαβυλώνιον ἐκ κληρονομίας κτητέμενον ἐσθῆς ἀποδύσασθαι *pallium ex varijs*
Babylonium, quod ei ex hereditate obtigerat, statim diuendidisse. Noluit nem-
pe vir modestus & frugi tam superbè amiciri. Id ipsum videtur esse He-
bræis קונוקו, & Græcis ποικίλη. Nec puto aliud eos voluisse qui
purpuram Babylonicam exponunt: Nam Babylonica purpura, purpura
est varijs picturæ coloribus intexta, qualis de quâ poeta:

----- *Nec purpura Regem*

Picta iuuat.

Hinc in libro Ialkut רקמא *Rekama*, id est, acupictum opus, explicatur
פרפרה *purpura*. Locum sic citat Buxtorfius in voce סמנורא: *Quæsiuit R.*
Elieser ex R. Simone vndenam fuerint vestiti Israelitæ in deserto per qua-
draginta illos annos. Respondit ei: Ex eò quò Angeli ministeriales vestie-
runt eos, sicut dicitur ואלבישך רקמא & induam te רקמא. Ezech. 16. Quid est
רקמא? פרפרה purpura.

Afin. aut.
lib. 4.

De bono
pudic.
Aen. lib. 5.

Denique eodem referò quòd Iosephus hic habet χρυσοῦ βασιλειῶν ἐκ
χρυσῶ πάντων ὑφασμένω, *ch amydem regiam ex auro totam intexam*. Cuius-
modi texturæ in veterum scriptis multa mentio. Apuleius: *Prædas aureo-*
rum argenteorumque vasculorum, vestisque sericæ & intextæ filis aureis in-
uehebant. Cyprianus: *vestibus aurum intextum, quasi pretio est vestes corrup-*
pere: Virgilius.

Fert picturatas auri sub tegmine vestes.

Plin. l. 8.
cap. 45.

Neque verum est quòd in Plinio habetur: *Aurum vestibus intexere in eâ-*
dem Asiâ inuenit Attalus Rex. Nam multo ante Attalum Solomonis
sponsam describit Psalter Pf. 45. כדאשמוס כדאשמוס *texturis auri vestitam*.

CAPVT SEPTIMVM.

Cur Gen. 11. 2. כדקו ex Kedem vel ex Oriente profecti dicantur
qui ex montibus Ararat venerunt in
terram Sinhar.

Montes Ararat ad Aquilonem Babyloniæ; non ad Ortum. Chaldæi כדקו reddunt à
principio. Alij Orientem versus, vt Gen. 11. 2. Alij Orientis nomine Sufianam intelligunt.
Cappellus reddit ex Kedemo. כדקו Kedem seu Orientem dici quicquid trans Tigrim, vt
ררר *Ereb* Occafus seu Arabia quicquid cis Tigrim. Quomodo Tigrim traiecerint.

A IN hoc loco explicando multum se fatigant interpretes, quia montes **Ararat**, id est Gordyæorum, non sunt ad Orientem sed ad Aquilonem Babylonix. Proinde non **מקדו** *ab ortu*, sed **מצפון** *ab Aquilone* profecti sunt qui ex **Ararat** venerunt in terram Sinhar. Frigidum videtur quod nonnulli **מקדו** reddunt *ab initio*, א"פ' אפ' ח'ס. Chaldæus quidem Onkelos ita interpretatur **בְּקִדְמָה** *in principio*. Sed & Hierosolymitanus **בְּרִיחַ** *ab initio*. Et Hebræum **מקדו** etiam id significat: vt cum Propheta Habacuc Deum ira compellat cap. 1. vers. 12. *Annon tu es מקדו à principio?* Denique ibi agitur de eò itinere quod merito dici queat *ab initio* fuisse confectum, quia post diluuium nullum aliud præcessit quod quidem sciamus. Tamen si Prophetæ verba Gen. 11. 2. sic reddas. *Euenit autem cum ab initio profecti essent, vt inuenirent vallem Sinhar in quâ confederunt*, patebit illud *ab initio* alienò locò poni, & **מקדו** multo rectius explicari *ab Oriente*, vt duo termini profectiois sibi mutuo opponantur, Oriens scilicet vnde facta est profectio, & terra Sinhar ad quam deuentum.

Sunt qui Babylonem obseruant ad meridiem montium Ararat ita esse sitam, vt ad Orientem nonnihil inclinet. Hi itaque **מקדו** plane contrariò sensu exponunt *Orientem versus*: Quomodo Gen. 13. 11. Lotus è Bethelle ad Iordanem & Sodomam iturus proficisci legitur **מקדו** *ab Oriente*, id est in eam terram quæ Betheli est Orientalis, vel si mauis in regionem *ab Oriente* sitam. Is enim erat Iordanis & Sodomæ situs respectu Bethel: Itaque *ab Oriente* eò loco idem est quod ad Orientem. Sic. 1. Sam. 14. 5. **מצפון** Hieronymus vertit *ad Aquilonem*, & **מנגב** *ad meridiem*.

Alij primos homines è montibus Ararat primum descendisse coniectant in Assyriæ & Sufianæ campos, atque inde demum in occasum id est in Babyloniam diuertisse. Itaque ex horum mente Orientis nomine non intelligentur montes Ararat in quibus arca substiterat, sed Assyria & Sufiana, quò vsque fuisse progressos, antequam cogitarent de profectioe in terram Sinhar, Propheta nobis diuinandum reliquerit.

Iacobus Cappellus **אֶמְנַנְגָּה** *Emnanga*, affinis meus, quem honoris causa nomeno, hunc nodum ita conatur exsoluere in notis ad Genesim nondum editis: *Noæ posteritas ab Armenia montibus progressa fuerat in eam regionem quæ postea dicta est מקדו Kedem à Kedmâ nouissimo Ismaelis filio Gen. 25. 25. Secundus Ismaelis filius est Kedar. Hos duos fratres vicinas habuisse sedes colligimus ex Jerem. 49. 28. Ascendite Kedar vt vastentur filij Kedem. Postea verò cum, inquit Moses Gen. 11. 2. egredierentur ex Kedemo, inueniunt vallem in terrâ Sennaaris. Sic locum hunc interpretandum censemus. Hac ille vir eximius & de me optime meritus.*

His aliorum coniecturis si liceat meam addere, dicam hîc loqui factum scriptorem more recepto apud Assyrios, qui Orientales vocabant imperij sui partes quæ trans Tigrim erant sitæ, vt Occidentales quæ cis Tigrim; Orientis & Occidentis terminis ab eò flumine sumptis qui inter ortum & occasum medius fluens Assyriorum ditionem diuidebat in duas partes fere æquales. Proinde ex hac diuisione rectè dicuntur montes Ararat ad Orientem pertinere, quia pars erant ditionis transigritanæ. Atque

V. Draf.
comment.
in Gen. c.
30. & in Iud.
c. 1. pag.
170.

א
ב
ג
ד
ה

eo fortasse pertinet quod Arabiæ nomine veteres Mesopotamiam vocabant, & quicquid erat cis Tigrim. Nam *ארב* Hebræis tam occasum quam Arabiam significat. Itaque ex hac sententia duæ fuerunt partes imperij Assyriorum: vna trans Tigrim *קדם* *Kedem* dicta, id est Oriens: Altera cis Tigrim *ערב* *Ereb* nomine, id est vel *Arabia* vel *occasus*. Plinius lib 6. cap. 9. vbi de maiore Armeniâ. *Initium Mesopotamiæ facit inter duos amnes sita. Terræ quod interest ibi tenent Arabes Orei.* Idem cap. 26. in Mesopotamiâ plures Arabum gentes recenset, *Aroeos, Mardanos, Salmanos, Mascos &c.* Et cap. 27. Tigrim asserit *Arabas, Aroeos, Adiabenosque disternare.*

Nihil attinet quærere quomodo Tigrim illi traiecerint, quibus nec pericia nec materia deerat ad fabricandas naves. Ne dicam circa Gordyæam, quæ non procul est à fontibus, etiam sine cymbis & scaphis Tigrim potuisse trajeci. Cum circa Ninum & Arbelam, vbi multis annibus alueo suo receptis longe rapidior est, Alexander cum toto exercitu reperto vado transierit. Vide Diodorum lib. 17. & Curtium lib. 4. & Arrianum lib. 3. Narrat quidem Ammianus lib. 25. Gallos quingentos ex Iouiani exercitu centesimo lapide infra Corduenam Tigrim natatu traiecisse, cum aliter non liceret. Sed factum id circa canis exortum, quo tempore Tigris maximè tumet.

CAPVT OCTAVVM.

Babel seu Babylon vbi fuerit.

Babylon alijs Sufa, alijs Ninive, alijs Bagdad ineptè. Bagdad potius Selencia, quæ primo Babylonia *Βαβυλωνία*, dein etiam Babylon dicta. Bagdad hodie trans Tigrim, olim cis Tigrim, fere quo loco Selencia. *אלכור* pro *אלכור* *Alorch* in Beniamine Iudæo: *Cor-he*, *Colche*, aut *Coché* prope Ctesiphontem. Quinque Euphratis alvei in Nubi. Geographo. 1. in Tigrim influir è regione Bagdad, quem veteres per Seleuciam fluere dicunt. 2. *Tarsar*. 3. *Almelic*, Ptolemaeo *regius annis*, Polybio *regia fossa*, Chaldeo & Ammiano *Naarmalcha*, Isidoro *Narmalcha*, Abydeno *Armacole*, Plinio *Armalchar*, Ezechieli *Chobar*, cum Tigri confluit circa Apamiâ. 4. propriè Euphrates, in libro Baruch *Sud pro Sur*, ad quem Babylon & Sura seu Mahazia. 5. *Kupha*, Abydeno *Acracanus*, Plinio *Narragam*, Ptol. mæo *Baasfars* aut *Maarsares*, Ammiano *Marsias*, quæ singula explicantur. *Nomina Babylonis vbi salices Ps. 137. Babylonis vallis salicis* Ef. 17. Hilarius notatus.

QVI ex Oriente venerant in terram *Sinhar* consilium iniuerunt de ædificanda vrbe & turri quæ in cælum vsque pertingeret. Vrbs à Mose vocatur Babel Gen. 11. 9. id est Babylon, vt omnes consentiunt. Babylonem Bodinus & Sabellicus graui errore eandem cum Sufis faciunt Sufianæ metropoli ad fluuium Eulæum. Non minus hallucinatur author anonymus apud Suidam, qui nouâ Metamorphosi Niniuem transformat in Babylonem, de Semiramide sic agens: *περιέθηκε δὲ ἔτι πάλιν πρὸς τὴν Νινυῖ, μετρομέπειτα τῶν τῶν Βαβυλωνία prima etiam Niniuem manibus cinxit, quam mutato nomine vocauit Babylonem.*

Ef. 13. 10.
& 14. 23.
& 21. 9.
Ierem. 50.
13. 26. 37. 62.

Alijs Babylon est *Bagdad* *بغداد*, in quo numero est Arabs interpret Gen. 10. 10. Chalcondylas, Curopalates, & plerique recentiorum, ignari se prophetas mendacij sic arguere; qui Babylonis vltimam cladem prædixerant,

A rant, & perpetuas desolationes, ita vt nunquam deinceps habitaretur. Sed Bagdad cum Babylone perperam confundi situs manifestè docet. Babylone ad Euphratem erat, Bagdad ad Tigrim est sita; Et videntur hodieque rudera Babylonis procul à Bagdad circiter XL. millibus, vel vt Teixeira definit testis *αὐτοῦ*, quantum itineris posset viator expeditus vno die conficere.

Interim quia hæc sententia etiam apud doctos diu obtinuit Bagdad esse Babylonem; libet hîc aperire fontes erroris. Huius sententiæ primi authores de vetere Babylone nequaquam cogitabant: sed de Seleuciâ, cuius vicinitate Babylonem exhaustam Plinius dicit in solitudinem rediisse. Nec multo aliter Strabo lib. 16. *Babylonis partem Persæ diruerunt, partem consumpsit tempus, partem Macedonum negligentia, præsertim postquam Seleucus Nicanor Seleuciam ad Tigrim condidit stadijs tantum trecentis à Babylone distitam.* Itaque in Babylonis opes & nomen successit Seleucia, quæ non solum Babylonia (vt apud Plinium & alios *Βαβυλωνία*, quia non vna fuit Seleucia) sed & Babylon appellata est. Stephanus: *Βαβυλωνία Περσικὴ πόλις μητρόπολις Σελευκία καλεῖται.* En Babylonis ipsum nomen Seleuciæ tributum. Quo referenda hæc Sidonij carm. 9.

Plin. l. 6.
cap. 26.

B *Non costam Babylona personabo,
Quæ largum fluuio patens alumno
Inclusum bibit hinc & inde Tigrim.*

C Porro vel in eodem quò Seleucia locò, vel certe in proximò Bagdad conditam fuisse oportet, cum vtramque ad ripam Tigridis & fere in eadem à veteri Babylone distantiâ describant Geographi. Nam trecenta illa stadia quibus à Babylone Seleuciam distare scribit Strabo sunt milliaria prope XXXVIII, id est diurnum illud iter inter Bagdadam & rudera Babylonis interiectum iuxta Teixeiram.

Dices Bagdadum esse trans Tigrim in Susianâ, cum Seleucia fuerit cis Tigrim in Babyloniâ, vt ex Ptolemæo & Plinio constat, qui Seleuciam describit in confluente Euphratis fossâ perducti atque Tigris. Sed & Bagdadum condiderat Abujafar Almanfor à parte Occidentali Tigris. Ita tradunt Geographus Arabs Clim. 4. part. 6. & Emirchondus apud Teixeiram. Verum Abujafaris filius Almohedi, si Geographo credimus, cum castra sua transtulisset à parte Orientali, in locum quem hodieque vocant *Castra Almohedi*, euenit vt crebra ædificia erigerentur à *Corch* infra Bagdad vsque ad *Hadith*. Hæc Arabs Geographus. Tamen Persarum historicus Emirchondus rem multo aliter narrat, nempe Bagdadum quò loco ad Almanfore fuerat condita perstitisse per annos CCCXLII; Et anno demum Hegiræ CCCCLXXXVII, qui respondet anno Christi MXXCV, ab Almustadiro Billâ, in alteram fluuij partem ideo fuisse translata m, quia Tigris inundationibus frequentius infestabatur. Vt vt res se habeat, tamen id certum Bagdadum olim occidentalem fluminis partem occupasse. Itaque Beniamin Iudæus Tudelensis, qui scripsit itinerarium diu post Almustadirum, nempe anno Christi MCLXXIII, Bagdadum adhuc appellat eam partem quæ cis Tigrim est. *Viginti octo sunt, inquit, Iudæorum Synagoga tam Bagdadi quàm Alcorcha quæ trans Tigrim est.*

D

Mutauit אלכור Alchorc vel Alpherec vocem nihili in אלכור id est Alchor-
cham, monitus ab Arabibus. Sic Geographus Nubiensis in loco nuper ci-
 tato dicit vrbe trans Tigrim translata continuata fuisse ædificia à *Corch*
 vsque ad *Hadith*. Et Elmacinus scriptor Arabs historiæ Saracenicæ lib. 3.
 cap. 7. Bagdadi partem esse scribit, quæ nominatur אלכור *Alcorch*. Et in
 Giggeio *Corch* legitur esse castrum in viâ Babylonis. Suburbium intelli-
 go vel vicum Bagdado vicinum. Dicerem esse Eutropij *Corchen*, & Festi
Colchen, & Orosij *Cochen*, si pateretur situs. Sed *Cochen* in alterâ parte
 fluminis, id est cis Tigrim, describit Gregorius Nazianzenus oppositam
 Ctesiphonti illi tamen sic vnitam vt vtraque vrbs, Ctesiphon inquam &
 Coche, pro vnâ haberi possint, cum illas nihil dirimat præter flumen in-
 teriectum. Itaque aliud succurrit, duas nimirum vrbes in vnam coaluisse,
 & nomen *Coches* vel *Corches* vtrique parti commune, tandem alterâ deletâ
 illius fuisse proprium quæ trans Tigrim sola fuit superstes. Hæc coniectura
 si quicquam valet, Arabum *Corcha* eadem erit cum Ctesiphonte. At *Co-*
che veterum erat Seleucia si Ammiano fides. Cui tamen vix assentior,
 quia *Cochen* probauimus è regione Ctesiphontis fuisse sitam, solo Tigri
 interiecto: cum Ctesiphontem ad tertium à Seleuciâ lapidem Parthos
 condidisse dicat Plinius.

Orat. 4. ad
 uersus Iu-
 lianum.

Cl. 4. p. 5.
 & 6.

Plin. l. 5.
 c. 26.

Ptol. lib. 5.
 cap. 18.

Euseb. lib.
 9. præp.

Situm Babylonis quod attinet, vr res fiat clarior, necesse est aliquid di-
 cere de diuersis Euphratis alucis in agro Babylonico. Quod fuit hæctenus
 tam intricatum vt neminem legerim qui mihi satisfecerit. Iuxta Geogra-
 phum Arabem diuiditur Euphrates in quinque alueos, quorum vnus in
 Tigrim influit è regione Bagdad, reliqui quatuor infra Rahabam (id est
 Rehoboth Genes. 36, 37) ex Euphrate deriuati merguntur in varios lacus.
 Primus ab Oriente est fluuius *Tsartsar* nauiger, cui adiacet vrbs *Tsartsar*
 à Bagdado distans nouem millibus. Secundus est fluuius *Almelic*, id est
 Regis, sex millibus à priore distans, ad quem est *Alcatsar*, id est castel-
 lum filij Hobaira. Tertius ad Suram tendit. Quartus ad Cufam, quas vr-
 bes ab inuicem distare scribit Benjamin itinere sesquidiei.

Plerosque hos Euphratis alueos non multo aliter describunt Græci &
 Romani Scriptores, nisi quod de amne *Tsartsar* altum silent. Primus è
 quinque alucis, quem in Tigrim influere diximus è regione Bagdad, is
 est qui Seleuciam prætermeabat. Plinius: *Scinditur Euphrates à Zeugma-*
te LXXXIIII. passus, circa vicum Massicen: Et parte læuâ in Mesopota-
miam vadit per ipsam Seleuciam circa eam præfluenti infusus Tigri. Ptole-
 mæus: *ἡ ἕκτα ἐῖς τὴν Ἰσὶα Βαβυλωνίως ῥέουσα, ἐκ τῆς Ἰσὶα Σελευκίας, ὣν ὁ με-*
ταξὺ καλεῖται Βασιλῆος ποταμὸς scinditur in eum alueum qui per Babylonem fluit,
ἔν τῳ qui per Seleuciam, quorum medius vocatur Regius fluuius. Medius
 ille fluuius, quem *Βασιλειον ποταμὸν Regium amnem* Ptolemæus, & Polyb.
 lib. 5. τὴν Βασιλικὴν διώρυγαν *Regiam fossam* vocari scribunt, est Arabum
Almelic, & Chaldæorum *Naarmalcha*. Ammianus. lib. 24. *ven-*
tum est hinc ad fossile flumen Naarmalcha nomine, quod amnis regum inter-
pretatur. Eusebius ex Abydeno perperam scribit *Ἀρμαχίλλω* pro *Νααρμάλ-*
κω, & Plinius *Armalchar*. Abydeni verba sunt de Rege Nabuchodono-

A zoro: ὄντε Ἀρμασίλῳ ποταμὸν ἔξήγαγεν, ἔσται κέρας Εὐφρατῆος *Armacalē etiam fluium, qui Euphratis est cornu, deduxit.* Inde flumen Regium, quia regiā curā effossū. Isidorus Characenus in stathmis Parthicis *Narmalchan* habet. Διαβαίτων inquit ἔξ Εὐφρατῆος ἐν Ναρμάλχαν ἐπὶ Σελεύκειας τῆς πρὸς τὴν Τίγριν. Eundem כּוּבָרָא *Chobar* dici putat in Ezechiele passim, à Chobaris nomine huic operi præfecti. Plinius: *Sunt qui tradunt Euphratem Chobaris præfecti operā deducitum, ubi eum diximus findi, ne præcipiti cursu Babyloniam infestaret, ab Assyrijs verò vniuersis appellatum Armalchar* (lege Naarmalcha) quod significat *regium flumen.* Mirum ab Ammiano scribi, qui locorum erat peritus, fluuium Naarmalcham Ctesiphonta prætermearē, cum Ctesiphon fuerit trans Tigrim, & Naarmalcha seu Regius fluuius in Tigrim influat multo infra Ctesiphontem, nempe ad Apamiam. Ptolemæus: Ἀπίμεια ὕψ' ἢ τῆς βασιλείας ποταμῶς πρὸς τὴν Τίγριν συμβολῆ, *Apamia sub quā est Regij fluuij commixtio cum Tigri.* Apamia videtur esse Arabum *Alcatsar*, quam à Bagdad, id est à Ctesiphonte, distare dicunt tribus modicis stationibus, id est XLVM: Quod conuenit ad amussim cum Ptolemæi descriptione.

Ezech. 1. 3.
& 3. 15. 23. &c.
10. 15. 20. 22.
& 4. 2. 3.
Plin. lib. 6.
cap. 26.

B cum Ctesiphon fuerit trans Tigrim, & Naarmalcha seu Regius fluuius in Tigrim influat multo infra Ctesiphontem, nempe ad Apamiam. Ptolemæus: Ἀπίμεια ὕψ' ἢ τῆς βασιλείας ποταμῶς πρὸς τὴν Τίγριν συμβολῆ, *Apamia sub quā est Regij fluuij commixtio cum Tigri.* Apamia videtur esse Arabum *Alcatsar*, quam à Bagdad, id est à Ctesiphonte, distare dicunt tribus modicis stationibus, id est XLVM: Quod conuenit ad amussim cum Ptolemæi descriptione.

Ptol. 1. 7.
cap. 18.

Nub. cl. 4.
part. 6.

Iam sequitur alueus ad quem ex omnium consensu sita fuit Babylon, Euphratem plerique vocant seruato prisco nomine, quia creditur esse natiuus Euphratis alueus, non vt alij fossilis & arte factus. Tantum in libro **C** Baruch appellatur fluuius *Sud*; Quo loco se librum suum legisse dicit in auribus παρ' ἅπασαν τῶν κερταίων ἐν Βαβυλώνι ἐπὶ τῆς ποταμῶς Σὺδ ὀμνιὸν ἐκ τῶν ἐπισημοῦν *Sud*. At me authore legendum est Σὺρ *Sur*. Nam ex Hebræorum monumentis id sumptum est, in quibus erat סור סור ad fluuium *Sur*. Sed sefellit interpretem similitudo literarum ס & ט, id est *Res* & *Daleth*. Is igitur legit סור *Sud* pro סור *Sur*. *Sur* idem quod *Sura* vel *Sora*, vrbs Babylonia notissima, ad hunc ipsum Euphratis alueum. Nubiensis Geographus: *Reliqua verò pars Euphratis fluens è Rahaba à tergo deserti in varia diuiditur brachia, quorum vnum pergat ad Tsartsar, aliud ad Alcatsar, aliud etiam ad Sura, quartum denique ad Cufam.* Et

Baruch cap.
1. 7. 4.

Cl. 4. part.
5.

Ibid. part.
6.

D rursus: *E castello Ebn-hobaira ibis ad urbem Sura appositam ad latus Euphratis.* Chronicon Salseleth fol. 33. נַחֲרֵעָא וסורא תרויהון על נהר פרה ונחרעא לעיל נַחֲרֵעָא מסורא טפי מן כ' פרסין *Naardea* (Naarda Ptolemæo & Neerda Iosepho) *Sura* sunt ambæ supra fluuium *Euphratem*: *Naardea* autem supra *Suram* est plusquam viginti parasangis, id est LXXXM. pass. *Sura* alio nomine מַחֲסִיָּא *Mahasia* dicta est, vt legitur in Beniamino; vnde Prouerbum apud Hebræos דפומבדיתא ולא אפרני *Fimum orbis Mahasia non palatia Pumbedithæ*: Quo volunt illius sterquilinia huius palatijs esse præferenda. Quia habuerunt in vtrâque Academiam, sed *Suræ* multo celebriorem.

V. Buxtorf.
commen.
Masor. cap.
6.

E Superest Euphratis alueus maxime occidentalis ad Kupham tendens, à qua *Suram* distasse scribit Beniamin itinere דו ימי דינא *diei cum dimidio*. Sed puto vocibus transpositis legendum esse דו ימי דינא *media diei*. In huius aluei nomine historici veteres haud quaquam sibi constant. Abydenus appellat *Axeg. נַחֲרֵעָא*, Plinius *Narragam*, Ptolemæus *Baarsarem* vel *Maarsarem*,

Ammianus, *Marsian*. In Abydeno pro Ἄνεργον legendum esse suspi-
cor ἠ Νάρεργον, id est נַר אַגַּמ *Nagragam* fluium stagni; Atque id ip-
sum esse in Plinio *Narragam* pro נַר אַגַּמ *Naar-agam*. Quo nomine videretur dictus, quia vel alluebat, vel permeabat stagnum quadratum ingens ad occasum Babylonis, cuius vnumquodque latus erat decem parasan-
garum, vel, quod idem est, stadiorum CCCXX. Vnum in Abydeno legitur, alterum in Herodoto. Diodorus ex hoc numero demit solū viginti stadia.

Apud Eu-
seb. lib. 9.
p. 11.
Herod. lib.
7. Diod. lib.
2.

De Maarfarâ & Marsiâ nihil succurrit, nisi statuas potius esse nomina præcedentis aluei qui ab vrbe Maasiâ vel Surâ *Maasia* dictus sit & נַר סוּרָא *Naar-sura*, fluius *Suræ*, vnde corruptores fecerint *Marsian* & *Maarfaré*.

Hæc sunt נַר חַרְבִי נַר חַרְבִי *flumina Babylonis vel Babylonice* potius de quibus *Pf. 137. 1.* Quorum ripæ tam multis salicibus erant confitæ, vt *Babylonia* ideo vocetur נַר חַרְבִי *vallis salicum* *Es. 15. 7.* Et Moabitarum opes ditantur in vallem salicum deportandæ, id est in *Babyloniam*. R. Selomo in hunc locum: *Hostes captiuos adducent eos ad terram Babylonice, quæ est vallis salicum, vnde dicitur Pfal. 137. Ad salices quæ sunt in medio eius suspendimus citharas nostras.* Hæc cum clara & aperta sint, mirum est *Hilariūm* in huius *Psalmi* explicatione ad allegorias confugere, tanquam ad sacram anchoram, ac si aliter verba *Psalms* non possent intelligi. *Eos*, inquit, qui secundum literam intelligenda omnia existimant, interrogare vellem quæ flumina *Babyloniam* prætermeant, vt illic captus populus confederit &c. At in mediâ vrbe non dixit *Psaltes*, sed in mediâ *Babel*, id est *Babyloniâ*, vt iam ante monuimus. Quanquam eò descendere nihil necesse est, cum *Babylonem* ipsam in duas partes æquales diuiserit *Euphrates*, cuius ripæ potuerunt vel in vrbe mediâ salicibus esse confitæ.

CAPVT NONVM.

Turris Babel ubi fuerit.

Ex *Es. 10. 9.* iuxta *Græcæ* editionem *Basilio*, *Gregorio Naz.* & aliis colligi turrim *Babel Chalane* esse ædificatam. Quod *Hieronimus* merito notat. Fontes erroris *Hebræi* eiusdem turris locum *Borsippæ* metantur, frigidis allusionibus freti. *Borsippa* cur illis odiosa. In *Prolemæo* malè *Borsippa*, & in *Iustino* *Byrsia*. Situs ex *Beniamine*. Vrbem & turrim an sit figura &c. Turrim *Babylone* fuisse probatur ex *Mose*, *Abydeno*, *Eupolemo*, *Sibylinis*, & *Arabe* paraphraste, cui turris hic est אַלְכַסַּר *alcasar* seu *Babylonis* *Acropolis*. Eam non fuisse statim subuersam, sed diu stetit post linguarum confusionem.

VNA è quatuor vrbibus quas in terrâ *Sinhar* condidit *Nimrod*, *Chalane* dicitur vel *Chalane*, *Gen. 10. 10.* id est *Ctesiphon* quæ ad *Tigrim* erat, vt suo loco docebimus. Non satis scio quibus machinis turrim *Babyloniam* eò transtulerint ex *Babylone* *Græci* interpretes, apud quos ita loquitur *Rex Assyrius* *Es. 10. 9.* ὅσα ἔλαβον πῶς ἄρα πῶς ἐπάνω Βαβυλωνίης & Χαλάνης, ἢ ὁ πύργος ἀνεδομήθη? nonne capi regionem quæ est supra *Babylonem* & *Chalanem*, ubi turris ædificata est? in quem locum *Basilius*: πύργον μὲν ἐν ἐκείνῳ λέγει ἢ ἀρχαίον, ὃν ἐν τῷ πεδίῳ τῷ Σενναάρ ἀνεδομήσαν, veterem illam turrim dicit quam in campo *Senaar* ædificarunt. Et *Cyrillus*: Χαλάνη ἢ ὁ πύργος ἀνεδομήθη ὡς τῶν ἀρχαιοτέρων, κείνη μὲν ἐν ἐλάτοις ἔσποντινα ἢ ἑώας μέ-

A φειν, ἐπέκεινα δὲ τῆς Βαβυλωνίων ἡρώδης τε καὶ γῆς: Chalane ubi turris à priscis ho-
minibus adificata est, in extremis quodammo lo Orientis partibus, ultra re-
gionem. Et terram Babyloniorum sita est. Hinc Gregorius Nazianzenus
oratione 26. οὐ καλῶν πόργε, ἀλλ' ἀλάως τὰς γλώσσας ἐπέειπε, turris quæ in
Chalane, quæ linguas pulchrè diuisit. Et Constantinus Manasses in histori-
câ synopsi: οὐνοδομεῖν μὲν ἤρξαντο ἑπτὰ πόργων τῆς Καλαῖνης, Chalanes quidem tur-
rim adificare cœperunt. Sed Hieronymus rectè monet LXX interpretes hæc
addidisse de suo: Pro Charchamis, inquit, LXX addentes de suo, regionem
trans Babylonem interpretati sunt, & Chalanem ubi adificata est turris.

B Mihi originem exquirenti tam deprauatæ interpretationis, aliud nihil
succurrit, quàm in illis verbis, Annon Chalno sicut Charchemis? Græcos ex
שכרבים, sicut Charchemis, fecisse, ש, בה נרכב, in eâ nimitio fuit, quod interpre-
tari snt de turri Babylonic. כרכב Græcū ἀρχαίωμα est. Huius plurale כרכובין
pro Hebræo כרכב legitur Deuter. 10. 20. in Ionathanis paraphrasi. Alibi
melius scribitur כרכוב.

C Pari acumine Hebræi huic ipsi turri metantur locum non Babylone sed
Borsippæ, freti scilicet allusione Chaldaici nominis בורסיפה Borsiph ad He-
bræum בור שאפי Bor-saphe, quasi dixeris cisternam euacuatam. Quia aer illius
loci homines inducit in obliuionem omniû eorum quæ didicerunt. Vnde
factum ut lingua suæ quisque esset immemor. Alij pro Borsiph volunt dici
בלשפה Borsiph; quia ibi Deus כלל שפה Balal-sephath, id est, confudit linguam to-
tius terræ. Hæc in Lexico Talmudico doctissimus Buxtorfius, partim ex
tractatu Sanhedrin partim ex Ber-sith Rabba. Borsiph Berofo Βόρσιππος, Stra-
boni & Stephano τῆς Βόρσιππου, Babylonix vrbs fuit non incelebris, in quâ
Rex Nabonidus à Cyro captus, teste Berofo apud Iosephum. Linificio cla-
ra fuit & vespertilionibus solito maioribus qui ad esum cōdiebantur. Ibi-
dem templa Dianæ & Apollinis, & Chaldeorum secta quædam multi no-
minis, in cuius odium Hebræos puto hæc de turri comminisci. Atque eo-
dem pertinere Talmudicorum effatum: שם רע לחורה בכל ובורסיפה Babel &
Borsiph malum signum legi. In Ptolemæo mendosè legitur Βόρσιπια pro Βόρ-
σιππου. Iustini lib 12. Byrsia: Omissa, inquit, Babyloniâ in Eyrssiam urbem
trans Euphratem, desertam olim (Alexander) concessit. Benjamin in iti-
nerario à Babylonis ruderibus חילם Chilam quinque millia, & à Chilâ ad
turrim quatuor millia passuum dinumerat.

D Sunt qui urbem & turrim per figuram ἐν ἀξίᾳ δουίῳ nihil aliud esse volunt
quam urbem turritam, qualis fuit Babylon. Ctesias apud Diodorum: με-
τά τοὺς τοῖς τῆ πόλει σταδίων τετρακσίαις ἐξήκοντα διλεμμένοι πυργῶς πικνοῖς καὶ με-
γάλοις, cinxit urbem muro stadiorum CCCLX distincto turribus frequentibus &
magnis. Sed attentius legenti apparet turrim aliquam singularem designari:
Adificemus nobis, inquit vers. 2. urbem & turrim cuius caput sit in celis. Et
vers. 5. Deus descēdisse legitur, ut videret ἡ πόλις καὶ ἡ ἐκείνη ἡ πόλις καὶ ἡ ἐκείνη urbem & turrim.

E Sed in vrbe fuisse turrim, adeoque fuisse partem vrbs, ex eô planum est
quod post dispersionem Moses hoc solum dicit, illos ab vrbe adificandâ
cessauisse, mentione turris omissâ, ut pateat vrbs nomine etiam turrim
contineri. Proinde Abydenus apertè asserit primos illos homines τὴν πόλιν

Cont. Ap-
pion lib. 1.
Strab. lib.
16.

ἡ λίβα ἑλίρην, ἵνα καὶ Βαβυλῶν ὄβρι, *turrim excelsam erexisse, ubi nunc est Babylon.* Atque id ipsum est in Eupolemo. Sed & Sibylla quædam apud Iosephum & Eusebium turrim & urbem promiscuè sumens, ait vrbi Babyloni ideo nomen esse, quia turris architectis Dij attribuerunt propriam vnicuique linguam. Loca deinceps proferentur.

Itaque turrim designabant quæ in ipsa vrbe esset instar Acropolis. *Alcazar* Hispani dixerint, id est *ἄλκαζα*, quæ ipsâ voce hîc vtitur Arabs interpres. Hebræi turris nomen passim ita vsurpant. Sic Iudic. 8. & 9. *turris Penuel, turris Sichem, turris Thebes* sunt propugnacula totidem ad vim hostium propulsandam in medijs urbibus strui solita: Quod expressè dicitur de turri Thebes Iud. 9. 51. *מגדל* appellantur hæ turres ab amplitudine, quæ multum superant priuatas domos.

A plerisque creditum turrim illam Deum subuertisse, quò momentò confudit linguas. Sibylla: *Ⓞ δὲ θεοὶ ἀνέμους ἐπέμψαντες ἀνέτρειψαν τὴν πύργον, Dij autem ventis immiſſis turrim euertunt.* Et de eadem Eupolemus: *πέσοντες δὲ τὸ ἔργον καὶ τὸ θεοῦ ἐργείας, quæ cum vi diuinâ corruisset.* Abydenus etiam scribit *τὸς ἀνέμους θεοὶ σβώθειν τὴν ἀνατρέψαι δὲ μη γάνηται, ventos Dijs subuenientes opus subuertisse.* Et Benjamin *בנימין וברקע אוחם וברקע אוחם וברקע אוחם, in medio ejus (turris) cecidit ignis è cælis qui diruit ipsos (lateres) usque ad fundamentum.* Sed cum Scriptura nil tale affirmet, credo hoc merum esse commentum, & eam turrim post dispersionem diu stetisse, adeoque illam esse turrim quæ Belo deinceps consecrata est, quam multis describit Herodotus lib. 1.

CAPVT DECIMVM.

Quando & à quibus fuerit extructa turris.

Turris condita nascente Phaleg A. 101. post diluuium, (Sæculum aureum intercessit.) Itaque è conditorum numero excipiendi Phaleg, & Iectanidæ omnes. Sed & viri pii Noe, Sem &c. Cum conditores vocentur *fili hominum*, vt opponantur filiis dei. id est piis Gen. 6. 2. Qui proinde à poenâ fuere immanes. Nimrod tum puer, aut nondum natus.

TEMPVS quo turris condita & homines dispersi fuere, satis apertè designat Moses, cum dicit *Hebero natos esse duos filios, quorum vni nomen Phaleg, eò quòd in diebus ejus diuisa est terra* Genes. 10. 25. Quod idem est ac si diceret terram fuisse diuisam, quo tempore Phaleg natus est. Nascenti enim à patre nomen inditum. Phaleg autem natus est post diluuium anno centesimo primo, vt constat ex Gen. 11. 10. vsque ad vers. 16. Itaque eò ipso anno disturbatum est opus fabricatorum Babel, & hominibus dispersis terra diuisa. Sæculum quod intercessit ideo aureum poete vocant, vt iam ante notauimus, quia terrâ nondum diuisâ omnia in commune possidebantur. Et Noe, quem Saturnum indigitant, hominibus non imperabat vt Rex subditis, sed tanquam parens filijs, eos non tam metu quam amore coercens & paterni nominis reuerentiâ.

Hinc collige verba Moses Gen. 11. 2. 3. 4. *Et euenit cum ab Oriente proficiscerentur, non referri ad eos omnes de quibus actum cap. 10.* Neque

- A enim è turris illius conditoribus potuit esse Phaleg, qui tum recens erat natus, neque Iectan Phalegi frater natu minor. Multo minus Iectanis filij tredecim post aliquot annos geniti. Sed neque Noam, aut Semum, aut Arphaxadum, aut Salam, aut Heberum, ad quos pertinebat fœdus, conspirasse verisimile est in tam insanæ substructionis fabricam. Quin videntur excipi, cum vers. 5. descendisse dicitur Deus, *ut videret ciuitatem & turrim quam edificabant* כְּבָנֵי בְנֵי הָאָדָם filij hominum. Nam Gen. 6. 2. filiabus hominum opponuntur filij Dei vt fideles infidelibus. Sic igitur insinuat Moses solos filios hominum, id est solos infideles, isti operi se mancipasse. Vnde factum vt ij omnes qui fœderis erant participes, id est, Abrahami proauj vsque ad Noam, à pœnâ fuerint immunes quæ in cæteros est inflicta. Aliorum enim linguis confusis, hi propriam retinuerunt, id est, antiquissimam illam quæ ab Hebero Hebræa dicta est, quia sarta & tecta mansit apud Heberi posteros. Alijs item dispersis & disiectis in varias terrarum oras, hi à pristinis sedibus haudquaquam recesserunt. Saltem Vr Chaldæorum, vbi Abrahamæ maiores habitauerunt, Gen. 11. 28. non procul erat à Corduenâ, in quâ substiterat arca Noæ. Res patet ex Ammiani lib. 5. Ibi enim Romani transmissio Tigri ad locum à Corduenâ centesimò lapide disparatum, viâ sex dierum emensâ ad Vr nomine Persicum venire castellum, vnde profectis primò Thisalphata, deinde Nisibin iter fuit. Itaque Vr circa Nisibin, Tigri propior & Corduenæ duabus minimum stationibus.
- B proauj vsque ad Noam, à pœnâ fuerint immunes quæ in cæteros est inflicta. Aliorum enim linguis confusis, hi propriam retinuerunt, id est, antiquissimam illam quæ ab Hebero Hebræa dicta est, quia sarta & tecta mansit apud Heberi posteros. Alijs item dispersis & disiectis in varias terrarum oras, hi à pristinis sedibus haudquaquam recesserunt. Saltem Vr Chaldæorum, vbi Abrahamæ maiores habitauerunt, Gen. 11. 28. non procul erat à Corduenâ, in quâ substiterat arca Noæ. Res patet ex Ammiani lib. 5. Ibi enim Romani transmissio Tigri ad locum à Corduenâ centesimò lapide disparatum, viâ sex dierum emensâ ad Vr nomine Persicum venire castellum, vnde profectis primò Thisalphata, deinde Nisibin iter fuit. Itaque Vr circa Nisibin, Tigri propior & Corduenæ duabus minimum stationibus.
- C Nimrod etiam non videtur ex illorum fuisse numero qui turrim extruxerunt, siue tum puer fuerit, aut nondum natus. Alioqui cladem communem non euasisset, atque illi cum cæteris fuisset allò migrandum; nec diceretur Gen. 10. 10. principium regni eius fuisse Babylon, quâ nondum extructâ conditores vi *γενεαλογια* dissipati sunt. Puto igitur post illam cladem terram Sinhar aliquot annis iacuisse desolatam, recenti memoriâ tantæ dissipationis omnes homines absterrente ab illa inuadendâ. Donec Nimrod homo perucax eò se conferre ausus est, cum Chusæorum magnâ manu, vt opus dudum interruptum continuaret & perduceret ad vmbilicum: Atque cum ipsum locum in quò disiectum fuerat humanum genus & vndiquaque dispersum voluit esse regni sui sacrarium & Metropolim. Quò forte illum inuitabat incredibilis regionis vbertas atque amcenitas, de quâ prolixè egimus in descriptione Paradisi terrestri.

CAPVT VNDECIMVM.

Turrim & mœnia Babylonis ex latere & bitumine constitisse.

- E Ita habetur Gen. 11. 3. & lateritia fuisse multi scribunt, in his Benjamin, in quo explicatur vox כִּנֻזִּי *lagur*. At כֶּמֶר *chemar* pro bitumine *lutum* aut *calcem* multi reddunt. In quibus Diod. Tars. ac si bitumen ad ædificia sit inutile, Tamen *chemar* esse bitumen probatur ex Gen. 14. 10. & Exod. 2. 3. Bitumen & pix quam similia, Hinc bituminare & picare verba promiscua. Multos Hebræorum agnoscere *chemar* esse bitumen, Iosephus Ben Gorion emendat. Definitio *chemar* in Aben Ezra, Bitumen esse limum, & rubri coloris vel purpurei, *Brasalendi* in Serapione corruptè pro *capbar Alichudi*, Rubrica Scythica, Lacus Asphalt. cur vocetur Rubrum mare, Chemar à rubedine dici, Bituminis lenta natura, Lignum aræ eo illitum

quandiu durauerit. Eius vsus in amuletis. Diodorum refellit Theodoretus ex ἀνοψία, Stabro, A
 Dion, Suidas, Pollax de bituminis vsu in ædificiis. Eius ἀσφαλία, vnde Græcum nomen ἀσφαλ-
 τῆ. Mediæ & Susorum mœnia bitumine interlita. Babylonis itidem; Obiter quid sit *besulum*.
 Sulphur in Hygino & Cassiodoro pro bitumine sumi. Bituminis natura sulphurea. Beli tem-
 plum eia slem structura. Sub Nabonnide & Nabuchodonosoro noua Babylonis mœnia ex la-
 tere & bitumine. Berofus emendatus, Mœnia Mantiniæ ex crudo latere.

MOENIA Babylonis partim ex latere cocto, partim ex bitumine fa-
 cta. Ita tradit sacer scriptor Gen. 11. 3. *Et dixerunt alter alteri:*
Agite faciamus lateres & perfectè excoquamus, & fuerunt illis lateres pro
lapidibus, & chemar fuit eis & chomer, id est bitumen pro cæ-
mento, vt habet vulgata rectè omnino. Nec multo aliter Septuaginta: Καὶ
ἀσφαλτὲς ὡς ἄσφῳτς ὁ πηλὸς & bitumen erat illis lutum, id est pro luto vel
 cæmento. B

De lateribus non dubitatur, quia vox Hebræa חגל pro latere notissima
 est. Et Babylonis muros lateritios fuisse tradunt omnes summo consensu.
 Herodotus lib. 1. Ελκύντες δὲ πλὴθους ἰσθμῶν, ὠρίστησαν αὐτὰς ἐν υερμίνοις,
 cum lateres satis multos effodissent, eos in fornacibus excoquebant &c. Iusti-
 nus ex Trogo lib 1. Hæc Babylonem condidit, murumque urbis cocto latere
 circumdedit. Sed & præter historicos, qui id ex professo tractant, etiam
 apud poetas res est tralatitia. Aristophanes in Auibus. C

Περὶ τῆς εἰς μεγάλης πλῆθους ὀπίσθας, ὡς περ Βαβυλῶνα,
 Circummanire magnis lateribus coctis, vt Babylonem.

Propertius lib. 3. Eleg. 9.

Perfarum statuit Babylona Semiramis urbem,
 Vt solidum cocto tolleret aggere opus.

Ouidius lib. 4. Metam. fab. 4.

-----ubi dicitur altam
 Cocilibus muris cinxisse Semiramis urbem.

Martialis lib. 9. Epigr. 77.

Nec latere cocto quò Semiramis longam
 Babylona cinxit.

Lucanus lib. 6.

-----fragili circumdata testâ
 Mœnia mirentur refugi Babylonia Parthi.

Beniamin de turre Babel, Itinerarij pag. 77. בניו בלבניו חנקראים לאגור lateribus quos lagour vocant constructa est. Ita doctissimus interpres. Sed scri-
 bendum agour non lagour. Nam אגור agour pro lateribus vox est Arabibus
 frequens, quâque adeo Arabs interpres hõc ipsò locò vtitur. Itaque in לאגור
 Clamed seruile est. Nempe אגור verbum cum lamed passim construi ne-
 mo nescit.

At multos video dubitare an vere חמר chemar sit bitumen. E Chaldæis
 Ionathan & Arabs Herpenianus חמר, id est, lutum interpretantur. Ita etiam E.
 R. Selomo, & è recentioribus Pagninus, Vatablus, Oleaster, alij He-
 bræos sequuti. E quò grege Kimchius חמר chemer lutum esse dicit ex are-
 nâ & calce constans: Aquinas etiam exponit חמר lutum & calcem. Et
 Græcus vetus Scholiastes in hunc locum: ὁ Σύεγς ἔστι ὁ Εβραϊσῶν ἀσβεστον φα-

A *σὺν Συρίῳ & Ἑβραῖοις ἀσβέστον* dicunt, id est calcem viuam. Quin & Diodorus Tarsensis, magnum olim Ecclesiæ lumen, Græcis interpretibus eò nomine dicam impingit, quod *חמר* bitumen pro calce reddiderint, hoc argumento fretus, quod *ἀσφαλτος ἐστὶν ὀρθομίλιον ἀχρηστος, ἀσβεστος δὲ ἐπιτηδεύεται τῇ* bitumen ad edificandum est inutile, calx autem aptissima.

Tamen hæc nihil me absterrent quominus *חמר chemar* bitumen esse asseram, non calcem, nec lutum ex calce. Nam præter locum in quo versamur, vox eadem rursus occurrit Gen. 14. 10. vbi vallis Sodomitica dicitur fuisse plena *חמר בארות* puteis *chemar* id est puteis bituminis. Aliter explicare non possunt qui ex Trogo, Diodoro, Iosepho, Tacito, Plinio, Solino,

B Galeno, Hieronymo & alijs didicerunt ibi esse lacum Asphaltitem, sic dictum à bituminis glebis, quas magnâ copiâ euomit.

Sed & idem colligitur ex Exod. 2. 3. vbi Hebræa sic habent de arcâ pyraceâ in quâ Moyses à matre fuit expositus, *חמר וביסוס*, quæ necessariò vertenda, & bituminavit illam bitumine & pice. Nam si nomen *חמר chemar* calcem explices, verbum *חמר chamar* inde deductum erit idem quod Græcè *καθαίρει* vel *πιπαύει* calce oblinere. Et Hebræa Græcè reddita sic sonabunt ad verbum *καὶ καθαίρει ἀπὸ τοῦ καθαίρει & πύριον*. Quod quam sit absurdum nemo non videt, quia sic iunguntur plane *ἀσφάλτωσι*: Et *πιπαύει*

C *καθαίρει* non magis dicitur quam *καθαίρει* picare calce. At pice bituminare, vel bitumine picare licet dicatur *καταχρηστικῶς*, tamen in eâ locutione nihil insolens, quia bitumen est pici simile. Ita definit Suidas in *Ἀσφαλτῆσι*: *Ἀσφαλτος δὲ ἐστὶν ὄνιον ὅτι πικρὸν ὁμοίον*, bitumen autem medicamentum est pici simile. Vnde paulo post: *καὶ ἀσφαλτικῶς ἢ πύρισις & bituminatio est picatio*. Auicenna etiam lib. 2. bituminis virtutem scribit esse *קריב טן קוח אלופה* bitumine bituminabis eam, Arabs habet *באלופה באלופה* pice picabis eam. Atque eò ipso in loco *ἀσφαλτικῶς* bituminabis. Helychius exponit *χέρας, πύρισις, unges, picabis*.

Itaque etiam è Iudæis multi coguntur dare manus: In quò numerò sunt D qui apud Kimchium *חמר chemar* statuunt esse *חמר* speciem pici. Et Iosephus Ben-Gorion qui lacum Asphaltitem appellat *חמר* paludem *chemar* id est bituminis. Ita legendum, non *חומר chomer*, cæmenti, vt habent nostræ editiones. Sed & Aben-Ezra in Exodum *חמר chemar* cum describit his verbis *חמר ישראל מרובק ימצא בארץ ישראל* lutum est rubrum & glutinosum, quod reperitur in terra Israelis, nequaquam calcem sed bitumen intelligit.

Lutum seu limum vocat, quia ex aquis eruitur; neque aliter Plinius: *Et bituminis vicina est natura, alibi limus, alibi terra. Limus è Iudææ lacu, vt diximus, emergens, terra in Syriâ circa Sidonem*. Atque id ipsum videntur significasse Chaldaeus & Arabs nomine *טין* id est luti vel limi. Calcem certè non intelligi ex eò palam est, quod lutum illud calci opponitur. Ita enim Chaldaeus: *Lutum erat illis טין* id est pro calce.

Et lutum illud Aben-Ezra meritorubrum esse asserit. Nam vtvt Asphaltitem lacum Iosephus vomere scribat bituminis *βάλανος μέγανος* nigras gle-

LIBR. CAP. 11. 45

v. Iust lib. 36. Diod. l. 19. Ioseph. antiq. lib. 11. c. 10. Etb. li Iud. l. 5. cap. 5. Tac. hist. l. 5. Plin. l. 7. c. 16. Et lib. 35. c. 11. S. G. lin. c. 6. Galen. lib. 1. 4. c. 20. Hieron. in locis.

Vide edit. Venet. c. 50. Et Basil. l. 5. cap. 14.

Plin. lib. 35. cap. 15.

De bello Iud. lib 5. c. 5.

trabo, A
salum.
tem.
ex la.
e fa-
teri:
s pro
o ca-
: Ka)
o vel B
ffima
ensu.
voici,
usti-
atere
tiam
C
D
la-
scri-
ibus
לאנו
i ne-
ldæis
tiam E
He-
are-
m. Et
y pa-

Tac. Hist. lib. 5.

Lib. aggreg. cap. 177.

Plin. l. 7. c. 15. Belli Iud. l. 1. c. 5.

bas, Et Tacitus atrum esse naturâ suâ liquorem. Tamen plerique tradunt præstantissimum in Iudæâ bitumen rubrum esse vel purpureum. Serapio; Brasalendi (lege vt in Auicennâ كاپار الجودي Kaphar aljehudi) est asphaltus vel bitumen Iudaicum rubeum. Dioscorides : Ασφαλτος ομοειδής η Ιουδαϊκή εστιν ομοειδής εστιν δε καλή η πορφυροειδής ειλβρα , Bitumen Iudaicum omnium est præstantissimum : Probatum autem quod purpura modo splendet. Auicenna : افضل من غيرها optimum illud est quod purpurascit. Ab illo ipso colore pissasphaltus rubrica Scythica vocatur à Marcello Empirico. Neque alia occurrit causa cur Ασφαλτης, id est Asphaltites lacus, ab Hesychio appelletur ερυθρα θαλασσα rubrum mare, quam bituminosus in eò color. Denique vocem Hebræam חמר chemar à rubedine fumi palam est, vt חמר chemer vinum, חמר Iachmur rupicapra &c. Nam חמר chamar est rubere Ps. 75. 9.

Etiâ ad bituminis descriptionem id pertinet quod קטן glutinosum esse dicitur. Ita in Plinio : Sequax ac lenta natura bituminis, ad omnem contactum adhærens. Et in Solino : adeo lentum mollietie glutinosâ vt à se nequeat separari. Et Iosephus : ἀποκόπῃν ἢ ῥαδίον, ἀλλὰ δι' εὐχρίστητος τῶν μυστικῶν τὸ σκίφος, incidere non est facile, sed propter tenacitatem bituminis grumò adhæret scapha. Proinde idem obseruat utile esse bitumen πρὸς ἀρμυρίας ναῶν, id est ad compa'es nauium, vt ab Isidoro redditur Orig. lib. 16. c. 2. In quem ipsum vsu Deo monente Patriarcha Noe adhibuit Gen. 6. 14. Vnde lignis cyparissinis, ex quibus arca fabricata erat, tanta diuturnitas vt incorrupta durauerint per plura annorum millia, vt iam antea probatum est. Hic monuisse sufficiat à Beroso & Alexandro Polyhistore scribi nonnullos in Gordyæo monte ex arcæ reliquijs bitumen abrasisse quò vterentur πρὸς τὸς ἀποθρασμὸς ad amuleta. Noam imitata Iochebed mater Mosis bitumine illeuit arculam illam in quâ filium exposuit ad Nili ripas, ne flumine intumescente ligna in aquis demersa noxium humorem combiberent.

Iam ad Diodorum venio, qui bitumine mœnia Babylonis negat potuisse ferruminari, quia bitumen, si illi credimus, est οὐκ οἰκοδομικὸν ἄχρηστον ad ædificandum inutile. Huic pro me respondeat Theodoretus in Gen. quest. 59. Τὴν ἀσφαλτον πινὲς τῶν διδασκάλων ἔφασαν ἀσβεστον εἶναι, οἱ ἀγνοῦντες, ὡς εἰκός, τὰ ἐν Αοσυρία πηγὰς, ἀηθήσαν ἀσβέσω τὸ πύργον ὠκοδομεῖσθαι. Ἀκρίβως δὲ κατὰ τῶν ἐκεῖθεν ἀφικόμενων μεμνημένοι, ὡς εἰσὶ πηγὰς τῶν τῶν ἀναβλύσασθαι τῶν ὕλων μεθ' ὕδατος. Καὶ ὅτι τῶν τῶν οἰκοδομίας συνωφαινοντες, ἐπὶ τῶν τῶν ὠκοδομῆν συνετίθησαν πλίνθον, ἔπειθ' ἐπὶ τὸ πύργον ὠκοδομεῖσθαι φασί. Dixerunt quidam è magistris bitumen (hoc loco) esse calcem, qui ignorantes, vt verisimile est, bituminis fontes qui in Assyriâ sunt, putauerunt ex calce turrim ædificatam fuisse. Ego autem ab ijs qui inde veniunt accuratâ inquisitione didici fontes esse qui materiam hanc cum aquâ euomunt, quam ædificijs atroxentes coactilem cum eâ laterem composuerunt, atque ita turrim aiunt fuisse constructam. Addit illos id comperisse ex laterum fragmentis (ex Balylonis ruderibus vt videtur effossis) quibus apparebat bitumen fuisse substratum, & Assyrios eò adigi lapidum & calcis penuriâ.

Theodoreto adstipulantur quotquot scriptores in ædificiorum vsu

A B C D E

A bitumen Babylonicum commendant, de quo Strabo lib. 16. *Εὐρωθαδὲ σὺν*
νὶς ἀρυβαλοῖ μέγαρα ποτὸς τὰς οἰκδομαῖς ὑπετέθειται, τὰς δὲ τῶν οὐκ ἔτι ἀλίθου.
Ibi autem coeunt magna (bituminis) glebae ad aedificia idoneae, quae fiunt ex
cocto latere. Et Dion in Traiano: Τροαίῳ δὲ ἀσφάλτου πλίνθισ ὁμοίως ἢ καὶ
λίθισ λεπτοῖς συμμιχθεῖσα παρέχεται, ὥστε ἐπέτρας καὶ σιδήρου πύργους ἰσχυρότερον
αὐτὰ ποιεῖν, tantam enim firmitatem coctis lateribus aut etiam lapidibus mi-
nusculis commixtum (bitumen) praestat, ut & saxis & ferro quouis uas-
lidiores faciat. Nec multo aliter Suidas: Τροαίῳ δὲ ἀσφάλτου ποτὸς τὸς κτίσ-
μασιν ἢ ἀσφαλτος, ὥστε τῆς οὐκ ἔτι πλίνθισ καὶ τὸς λεπτοῖς λίθισ συμμιχθεῖσα, ἰσχυ-
ρότερον γίνεται πύργους σιδήρου. Proinde ab hac ἀσφαλτεῖα asphalto nomen esse

B nonnulli volunt. Et inter aedificiorum materias a Polluce censentur *πηλός,*
ἀσβέστος, πέτρας, ἀσφαλτος, lutum, calx uina, calx, bitumen. Et in Sufiana
Xenophon Medea oppidi murum structum fuisse scribit πλίνθισ ὁμοίως ἐν
ἀσφάλτῳ κειμέναις lateribus coctis in bitumine stratis.

Poll. lib. 7. cap. 28.

Asabaf. lib. 2.

Sed quod ad rem maximè facit, οἱ ἔξωθεν fere quotquot sunt de Baby-
 lonis mœnibus plane idem scribunt quod Moses, nempe non calce sed
 bitumine fuisse ferruminata. E Græcis hi sufficient: Herodotus lib. 1. *με-*
τὰ δὲ τέλει καὶ χρεώμενοι ἀσφάλτῳ θερμῇ, postea uerò pro luto utentes calido bi-
tumine &c. Et aliquanto post: ὁ Ἰσ ποταμὸς ἄμα τῷ ὕδατι θερμῶς ἀσφάλτῳ
ἀναδίδει πολλὰς, ἔνθεν ἢ ἀσφαλτος ἐστὶ ἐν Βαβυλῶνι τεῖχος ἐκμίση: Fluiuis

C *Is una cum aqua plurimos reddit bituminis grumos, unde bitumen ad murum*
Babylonis deportabatur. Ctesias apud Diodorum lib. 2. τὰ δὲ πλίνθισ εἰς
ἀσφαλτον ἐνδηπαμένη, τεῖχος κατασκεύασε, lateribus autem bitumine ferrumina-
tis murum adornauit. Theocritus Idill. 16.

----- ὅπη πλατὺ τεῖχος
 Ἀσφάλτῳ δήσαια Σεμίραμις ἐμβασίλευσεν.
 ----- ubi mania vastæ

Dicitur asphalto firmasse Semiramis urbis.

Dion in Traiano: ἔνθα μὲν τοῖς πρῶτε ἀσφαλτον εἶδε Τραϊανὸς ἐκ τῆς πύργου
 Βαβυλῶνος ἀκρόμαθός *ibi etiam uidit Trajanus bitumen (bituminis fontem)*
ex quo Babylonis mania aedificata sunt. Iosephus: ἀκρόμαθός δὲ ἐκ πλίνθισ
ὁμοίως ἀσφάλτῳ σπυδαμέναις, extructa autem fuit ex latere cocto bitumine
ferruminato. Scholiastes Aristophanis in Aues: φασι δὲ τὴν Βαβυλῶνα ἀπὸ
ὁμοίων πλίνθισ ἀκρόμαθον, καὶ ἀπὸ γύψου ἀσφάλτῳ σπυδαμένην τὰς πλίνθισ. Et
Theocriti: ἀσφάλτῳ ἐδησεν ἢ Σεμίραμις τὸ τεῖχος ἀπὸ πηλῶ. Et Dionysij
Eustathius: Βαβυλῶνα ἐν τῷ πεδίῳ κτίσθαι δὲ ὁμοίως πλίνθισ καὶ ἀσφάλτῳ. Et Tzet-
zes Chiliade nonâ Historiâ 175.

Τὸ Βαβυλῶνος κτίσμα δὲ, ὑπεῖχεν ἐκ βηπίλων,
 Ἀπὸ δὲ ἀσβέστου ἀσφαλτον εἶχεν ἐγκεισμένῳ.
 Babylonis enim extructio fuit ex besalo,
 Pro calce uerò bitumen habuit illitum.

E Ex besalo, id est ex latere cocto, ut ipse ibidem explicat. Sumptū ex Latino
 besfale: Besfalium laterum meminit Vitruuius, id est qui octo vncias ha-
 bent longitudinis. Hoc me docuit magnus Salmasius in Solinū pag. 12. 31.
 Hæc ex Græcis hætenus: Iam ἐ Romanis Trogus lib. 1. Hæc Βαβυλο-

adunt A
 apio;
 phal-
 idajki
 mium
 enna:
 piss-
 a oc-
 belle-
 nique
 er vi-
 B
 . 9.
 ofum
 u con-
 queat
 ὦ μν-
 s gru-
 ἄρμη-
 16. c.
 n. 6. C
 urni-
 roba-
 scribi
 ὄντε-
 nater
 ripas,
 com-
 t po-
 λχη-
 Gen. D
 γνοδγ-
 Ακει-
 λύζα-
 τῶ-
 . Di-
 es, ut
 tur-
 itione
 atte-
 e con- E
 is ru-
 tum,
 ofum

niam condidit, murumque urbis cocto latere circumdedit, arenâ, pice, bitumine interstrato, quæ materia in illis locis passim è terrâ exastuat. Curtius lib. 5. Ad Memnium urbem peruenit: cauzna ibi est ex quâ fons ingentem vim bituminis effundit, adeo ut satis Babylonios muros ingentis operis huius fontis bitumine interlitos esse. Item: Murus extructus laterculo coctili bitumine interlitus. Plinius lib. 35. cap. 15. Calcis quoque usum præbuit (bitumen) ita ferruminatis Babylonis muris. Vitruuius lib. 1. cap. 5. Babylone abundantes liquido bitumine, pro calce & arenâ ex latere cocto factum habent murum. Item lib. 8. cap. 3. Babylone lacus est amplissimâ magnitudine, qui limne Asphaltis appellatur, habens supra natans liquidum bitumen, quo bitumine & latere testaceo structum murum Semiramis Babyloni circumdedit. Ammianus lib. 23. Babylon cuius mœnia bitumine Semiramis struxit. Seruius in Eclog. 8. Bitumen ex fulmine dicitur procreari: unde iuxta Babyloniâ quia frequentia cadunt fulmina, hac re lacus redundat, adeo ut inde fabricasse muros Semiramis dicatur.

Neque aliud volunt qui sulphur habent pro bitumine. Hyginus fab. 223. Murus in Babyloniâ quem fecit Semiramis Dercetis filia, latere cocto, sulphure &c Cassiodorus variorum lib. 7. epist. 15. Babyloniæ muri quos Semiramis regina latere cocto, sulphure, ferroque construxit. Sulphure, id est sulphureo limo, quale bitumen. Plinius vbi supra: Fulmina & fulgura quoque sulphuris odorem habent &c. Et bituminis vicina est natura.

Iam ut scias Beli templum in turre quam diximus eiusdem fuisse structure, Arrianum audi lib. 7. ὁ δὲ τῷ Βήλου ἱεροῦ ἐν μέσῃ τῇ πόλει ἡ τῶν Βαβυλωνίων, μεγέθει μέγιστος, καὶ ἐν πλείθι ὁμοίως ἐν ἀσφάλτῳ ἠρμωμένως, Eeli enim templum fuit in mediâ Babyloniâ urbe, immensa magnitudinis, ex cocto latere structum bitumine ferruminatum. Et de eodem Diodorum lib. 2. pag. 69. τὸ δὲ ὅλης οἰκδομίας ἐξ ἀσφάλτου καὶ πλείθι περὶ τεχνημένως πολυτελῶς toto ædificio ex bitumine & latere summâ arte atque impensâ extructo.

Sed & bitumen adhibitum ab ijs qui post primam illam substructionem muros Babylonis aut repararunt, aut ampliarunt. Ita sub Nabonnide τὰ ἐξ ὁμοίου τείχεος τῆς Βαβυλωνίων πόλεως ἐξ ὁμοίου πλείθι καὶ ἀσφάλτου κατεσκευάσθη mœnia Babyloniæ urbis quæ sunt circa fluium ex cocto latere & bitumine adornata sunt. Citat ex Aristæo Eusebius lib. 10. Præparat. Et apud Berosum Nabuchodonosor veritus ne hostis auerso flumine aliquid in urbem moliretur ἀπεβάλετο τρεῖς μὲν τὸ εἶδον πόλεως ἀπεβόλους, τρεῖς δὲ τὸ ἔξω τῶν τῶν, τὸς μὲν ἐξ ὁμοίου πλείθι καὶ ἀσφάλτου, τὸς δὲ ἐξ αὐτῶν πλείθι, ternis manibus urbem interiorem totidemque exteriorem circumdedit, partim ex cocto latere & bitumine, partim ex solo latere. Quod non capio satis, & puto esse ἀσφάλτου. Neque enim per se stare potest murus ex solo latere, absque villo ferrumine quò partes agglutinentur. Fortè pro αὐτῶν legendum ἀσφάλτου, vel ἀνομοίως, id est ὁμοίως; Et γὰρ τῷ χριθῶ repetendum καὶ ἀσφάλτου: Ut sensus sit & hæc & illa mœnia bitumine fuisse ferruminata. Nullâ aliâ differentiâ quam quod in his cocti essent lateres, in illis crudi. Quod ne videatur insolens, de Mantinæ muro hæc leguntur apud Suidam in πλείθις. Agis &c. fluium præterfluentem cum in murum auertisset, ipsum dissoluit, ἡ δὲ ἴσθμῳ

N. Euseb. l. 10. Præpar. Et Ioseph. antiq. lib. 10. Et cont. Apion l. 1.

A *ὡς δὲ ὠμῆς κλίνοῦ erat enim ex crudo latere, qui quidem aduersus mura- les machinas cocto est firmior &c. Sed ab aqua non minus dissoluitur quam a sole cera.* Potuit ergo Nabuchodonosor id habere in animo vt mœnia co- cti lateris aquis, crudi hostibus opponeret. Sed hæc ideo cunctanter affe- ro, quia licet ὁ κωκὸν pro cocto passim occurrat, tamen oppositum ἀνοκὸν vel ἀνοκὸν nusquam reperi, nisi de eo quod visum fugit. Et ad vitandam homo- nymiam diceretur ἀνοκὸν ὄσ. Ὀκὸν enim pro cocto contractum esse ex ὁ κωκὸν ὄν notat in Homerum Eustathius. Quod me monuit Nobilissimus D. de Grentemesnil. Itaque omnibus expensis huic illius coniecturæ accedo pro ὡς rescribendum ὠμῆς.

CAPVT DVODECIMVM.

De Babylonis amplitudine.

Babylon magna vrbs: non tamen cum Peloponneso conferenda ratione magnitudinis, vt velle videtur Aristoteles: Nec verum est quod eâ captâ scribit partem aliquam die tertio non- dum sciuissè. Locus de mendo suspectus. Diei partes, id est horæ. De ambitu Babylonis veteres dissentiant. Tamen nemo minorem facit stadiis 360. præter Hyginum, in quo numerus cor- ruptus. De murorum altitudine & crassitie par dissensus.

C **E**TSI Babylon appelletur iure meritò magna vrbs. Dan. 4. 30. & Nabu- chodonosori Regi Regum dederit materiam superbiendi: Non ta- men est quod quis temerè Græculis fidem adhibeat, ex quorum relatione deceptus Aristoteles Babyloneim sibi fingit portentosa magnitudinis & Peloponneso præne parem: Id sibi volunt hæc verba quibus contendit ci- uitatem mœnibus non definiri: *ἐν δὲ αὐτῷ Πελοποννήσῳ περιβαλεῖν ἐν τεῖχος.* *Τοιαύτη δὲ ἴσως ὄσσι ἐς Βαβυλωνίαν, ἐπεὶ πᾶσι ἡττις ἐχει περιγεγραφὸν μᾶλλον ἔθνος ἢ πό- λεις liceret enim etiam totam Peloponnesum manibus circumscribere. Talis fortasse est Babylon, & vrbs alia quæcunque gentis potius quam vrbs habet circumscriptionem.* Sed fuit hoc ὁ πρῶτον ψεύδος quod addit continuo post: *ἢς γὰρ φασι ἐαλωκῆσθαι τείτων ἡμέρας σὺν ἀδεδειγμένῳ πὶ μέρος τὸ πῶλεως quâ captâ*

D *partem aliquam serunt die tertiâ nondum sensisse.* Quod si semel concesseris, etiam id agnoscendum Babylonem non malè cum Peloponneso conferri, è cuius vno extremo ad aliud triduo cursu vix attingere possit expeditus eques. Fortè pro *τείτων ἡμέρας μέρος πὶ σὺν ἀδεδειγμένῳ* scripserat aliquis *τεί- τον ἡμέρας μέρος πῆσιν ἀδεδειγμένῳ*, vel voce *μέρος* bis repetita *τείτων ἡμέρας μέρος μέρος πὶ τὸ πῶλεως &c.* Hoc est diei parte tertiâ aliquam partem vrbs nondum sensisse, cum aliquanto ante lucem capta fuisset. Neque enim in tantâ vrbe quæ capta est in die festo, plerisque somno vinoque sepultis & pridianam crapulam adhuc euomentibus, vno momento temporis, res potuit vbique sciri. Verè igitur scribit Herodotus: *ὑπὸ δὲ μισθῆτος τὸ πῶλιος, ὡς λέγεται ὑπὸ τῶν ταύτη ὀρχομένων, τῶν ἀπὸ τῆς ἑσπέρης τὸ πῶλιος ἐαλωκῆ- των, τῶν δὲ τῶν μέσων ὀρχομένων Βαβυλωνίων ἢ μερῶν ἐαλωκῆσθαι, ἀλλὰ (τυχῆν δὲ σφί ἐῖπεν ὀρθῶν) χερῶν τὴν τῶν τὸ χεῖρον, ἐν ἑυπαρείῃσι εἶναι πρὸς μαζνι- tudine vrbs, vt ab incolis narratur, cum capti essent qui erant ad extrema vr- bis, eos Βαβυλωνίους qui mediam incolunt nesciuissè se esse captos, sed cum fortè*

E

Polit. lib. 3. cap. 3.

lib. 1. c. 191.

E

Lib. 7. Cy.
109.

dies festus eis esset, in choreis & oblectationibus eò ipsò tempore fuisse. Sed & Xenophon præfidiarijs qui tuebantur arces rem innotuisse negat vsque ad plenam lucem. Verba sunt: *εἰ ἐπεὶ δὲ ἡμέρα ἐγένετο, καὶ ἠάδοντο οἱ τὰ ἄκρας ἔχοντες, ἐαλωμένην τὴν πόλιν, καὶ τὴν βασιλείαν περιεσφύσθαι.* Cum autem illuxit dies, senseruntque qui arces tenebant, & urbem esse captam & regem obisset &c. Itaque potuit fieri vt qui erant in extremis parte demum diei tertiâ urbem captam esse deprehenderint. Parte tertiâ id est horâ tertiâ, post ortum Solis. Chaldaicè dixeris *אנהן נהב*, vt Dan. 4. 16. *אנהן נהב* horâ unâ. Sed horæ nomen eò sensu nondum in vsu erat apud Græcos. Tantum diem per partes duodecim diuidebant, idque à Babylonijs edocti. Herodotus: *τὰ δωδέκην μέρησιν ἡμέρας τῆς βαβυλωνίων ἔμαθον Ἕλληνας* duodecim diei partes (id est duodecim horas) à Babylonijs Græci didicerunt.

Lib. 1. cap.
109.

Hoc ipsum si fidem superat apud eos qui Babylonem æstimant ex modulò nostrarum urbium, Sciant illi Hygino excepto, in quò mendum esse suspicor, veterum neminem esse qui Babylonis mœnibus in ambitu minus assignet stadijs CCCLX quæ faciunt millia passuum XLV. Hæc est in Diodoro Ctesia definitio, quam puto sequutum Hyginum; Et pro stadijs 300. (ita hodie legitur) rescribendum 360. Alij omnes, quotquot videre contigit, ad hunc numerum aliquid addunt pro mantissâ & auctario. Sic Clitarchus Babylonem amplexu suò continere scribit stadia CCCLXV. Curtius CCCLXVIII. Strabo CCCLXXXV. Dio Cassius CCCC. Orosius CCCCLXX. Herodotus & Apollonius CCCCLXXX. Plinius & Marcianus Capella quod idem est millia passuum sexaginta. In hæc veterum inconstantia, non facile est pedem vsquam tuto figere. Nisi quod tutius credi puto Ctesia & Clitarcho qui fuere oculati testes & Babylone diu egerunt.

Diod. lib. 2.
p. 63.
Hygin. fab.
223.

Apud Diod.
l. 2. Curt. l.
5. Strab. l.
16. Apul.
Tzerz. chil.
9. v. 168.
Oros. l. 2. c.
6. Herod. l.
1. c. 179.
Apollon. l.
1. c. 18. Plin.
l. 6. c. 26.
Mart. lib. 6.

Non minor authorum discordia, cum ad murorum altitudinem & latitudinem ventum est. Altitudo minima in Strabone & Diodoro est quinquaginta cubitorum. Curtius duplicato numero centum tribuit. Apollonius etiam, in quo tria semijugera, id est *ἡμίπρωγα* nî fallor, nam Græca non sunt ad manum, præcisè sunt centum cubiti. At in Ctesia murorum Babylonis altitudo est *πεντήκοντα ὀργυῖαν* quinquaginta orgyiarum, quarum singulæ sunt cubitorum quatuor, vel quod idem est senum pedum. Itaque eòdem redit Herodoti descriptio, quam secutus est Orosius, *ὕψος δὲ διήκοντων πενήκων.* Nisi quod hos cubitos regios esse asserit, tribus digitis maiores vulgaribus. Plinius & Martianus ex cubitis fecerunt pedes.

Eiusdem muri crassities Straboni & Curtio est pedum xxxii. Marciano & Plinio pedum L. Herodoto & Orosio cubitorum totidem, Apollonio fere vnus iugeri, id est pedum centum. Ctesias: *ὁ πάχος τῶν τειχῶν ἐξ ἄριστων ἰσπύσιμον.* At Strabo modestius: *ἡ δὲ πάχος ἐστὶ τῶν τειχῶν, ὡς τὸ θεῖον ἐναποδομεῖν ἀλλήλοισι παδίως.* Quomodo & Curtius: *quadrigæ inter se concurrentes sine periculo commeare dicuntur.* Cætera vide apud veteres quos citauimus. Nec enim libet his immorari.

CAPVT DECIMVM TERTIVM.

De altitudine turris Babylonica, De eadem fabulae cum Moysi historiâ collata.

Turris descriptio ex Herodoto, Hieronymo & Adone. De eadem fabula Iudaica in libro Ialcut & Itinerario Beniamini. Et Chaldaica ex Sibyllâ, Eupolemo & Alydeno, in quibus multa vestigia veritatis. Quomodo ex scripturâ petita fuerit quod Babylonem scribunt condidisse Gigantes è terra editos, qui cum in Deos bella moniment, Dii ventis immisissis totum opus disturbauerunt. Graecos Chaldaeis assentiri. Tamen Moysi narrationi nihil commune cum fabulâ de Aloidis, Iuliani apostatae obiectiones refelluntur. Usque ad calum pro valde fabulimi.

B DE muris Babylonicis plura dicentur cum ventum erit ad Nimrodum, qui ab istis affectum opus atque inchoatum duntaxat perfecisse legitur & ad umbilicum perduxisse. Turrim sic describit Herodotus lib. 1. ubi de templo Beli: *ἐν μέσῳ δὲ τῶν ἰσθμῶν πύργος ἑρεῶς ὀκτὼ δόμηται, σταδίῳ δὲ ὀκτώσῳ δὲ ὄψις, καὶ ὄψις τῶν πύργων ἀλλήλων πύργος ὄψις ἐπέθηκε, καὶ ἐπέθηκε μάλα ἔπι τῷ τῶ, μέχρις ἂν ὀκτὼ πύργων, id est vt vulgo redditur, in medio templi turris solida extructa est, longa & alta stadium, cui alia rursus turris imposita est, & huic subinde alia ad octauam vsque, in quâ fuit νῦν μέγας fanum ingens Belo sacrum. Proinde si singule turres eadem pro-*

C portione creuerunt, totius ædificij altitudo fuit stadiorum octo, id est mille passuum. Quæ altitudo cum sit immensa, nec vllum aliud ædificium legatur vel ad quadrantem attigisse, diuinare non possum cur hunc numerum Hieronymus in quadruplum augeat: *Arx, inquit, id est capitulum illius urbis est turris quæ ædificata post diluuium in altitudine quatuor millia dicitur tenere passuum. Si pedum rescripseris loco passuum, spatium erit iusto breuius, nam stadia octo sunt pedum quinque millia. Ado in Chronico, Aetate primâ, pedes in passus mutasse non contentus, numero aliquid addit pro auctario: Huius, inquit, altitudo quinquies mille centum septuaginta quatuor dicitur tenere passuum, paulatim altioribus in angustias coarctatis, vt pondus imminens facilius sustentaret. Descri-*

In Es. lib. 7.

D bunt ibi templa marmorea lapidibus pretiosis auroque distincta, & multa alia quæ videntur incredibilia. Vereor ne & falsa. Quid quod hæc Herodoti, quibus nititur quicquid de Babylonicæ turris altitudine traditum est, *σταδίῳ δὲ ὀκτώσῳ δὲ ὄψις*, vere notat D. de Grentemesnil reddi perperam *longa & alta stadium*, cum ὄψις latitudinem non altitudinem significet. Itaque hoc solum vult Herodotus, turris basim fuisse quadratam, & tam in latitudine quam in longitudine, id est vndiquaque stadium patuisse. Sed de altitudine non est quod speres quicquam ex Herodoto posse elici, cum de illa altum sileat. Et in Strabone tantum est *σταδία ὀκτώσῳ*; vt & *σταδία ἐν ἑσθί τῶν πλοῦρων*. Iudæi in libro *Ialcut* hanc ipsam turrim mendacio suo extollunt ad miliaria viginti septem. Beniamin fundamenti longitudinem extendit vsque ad duo miliaria, quod fuerit valde superfluum, cum turris latitudinem finiri scribat ducentis quadraginta cubitis, id est pedibus ccclx, & longitudinem centum cannis, id est pedibus dc.

Iof. cont. Appion. l. 1. Euseb. lib. 9. prap.

Sed & de eadem turri Ethnici Scriptores multa garrunt. Sibylla quædam apud Iosephum & Eusebium : Παύτων ὁμοφώνων ὄντων τῆς αὐθρόπων πύργου ἀκρόδομησαν πινὲς ὑψηλότατον, ὡς ὅτι ἄβασσοί μιν οἱ ἀνέμοι ἐκπέμψαντες ἀνέτρεψαν τὸν πύργον, καὶ ἰδίαν ἐκαστῷ φωνῶν ἔδωκαν, καὶ ἀπὸ τῆς Βαβυλῶνα συνέβη κληθῆναι πλὴν πόλιν, Cum omnes homines unâ linguâ loquerentur, altissimam turrim quidam ædificarunt, tanquam in cælum per eam ascensuri : Dij autem ventis immisissis turrim euerterunt, & propriam unicuique linguam attribuerunt, unde factum ut vibi Babyloni nomen esset.

Euseb. ibid.

Eupolemus itidem scribit πόλιν Βαβυλῶνα αὐτῶν μὲν κτισθῆναι ὑπὸ τῆς ἀσπασθέντων ἐκ τῆς κατακλύσεως, ἣν ὁ ἀβασσὸς γίγαντας, οἰκδομεῖν ὅτι ἰσορομειον πύργου. Πέσονται ὁ τῆς αὐτῆς ὑπὸ τῆς θεῆς ἐνεργείας, ἵνα γίγαντας ἀσπασθῆναι καὶ ὄλιγον πλὴν γλῶσσαν, urbem Babylonem primum ab illis fuisse conditam qui à diluuiο seruati sunt. Eos autem fuisse gigantes, & celebrem illam turrim extruxisse, quâ vi diuinâ prostratâ, gigantes per uniuersam terram fuisse dispersos.

Cyrrill. ad uers. Iulian. Euseb. lib. 9. prap. & Gr. Chron. p. 13.

Et Abydenus apud Cyrillum & Eusebium : Ἐν τῇ ὁ δὲ λέγει τὴν αὐτῆς τῆς ἐκ τῆς ἀνάγοντες ρώμη τε καὶ μεγάλῃ γαυνώσειας, καὶ δὴ τῶν καταφρονητικῶν ἀμείνορας ἣν, τὴν πύργον ἠλίκατον ἀείρων, ἵνα καὶ Βαβυλῶν ὄσι. ἠδητε ἄσσοι τῆς ὄσαν, καὶ τῶν ἀνέμοις θεοῖσι βωθῆσαι ἀναπέψαι περὶ ἀλλοῖσι ὁ μηζάνημα τῆς δῆτα ἐρείπια λέγεσθαι Βαβυλῶνα. τίς ὁ ὄσις ὁμογλώσσης ἐκ τῶν πολυθεσων φωνῶν ἐνεργείας. Et paulo post : ὁ δὲ ὅπος ἐν ᾧ πύργον ἀκρόδομησαν καὶ Βαβυλῶν καλεῖται, ἀπὸ τῶν συγχωσιν τῶν αὐτῶν πλὴν δὲ ἀλλοῖσι αὐτῶν ἐναργῆς. Ἐβραῖοι δὲ πλὴν συγχωσιν Βαβελ καλοῦσι Sunt qui dicunt primos à terra editos, cum virium & molis ratione superbirent, & Diis se præstantiores esse iactarent, turrim excelsam erexisse ubi nunc est Babylon, & cum ea iam esset cælo proxima, ventos Diis subuenientes totum opus subuertisse : Ruinis autem Babylonice nomen fuisse impositum. Cum verò ad id temporis homines unius linguæ fuissent, linguam diuersam ipsis à Diis esse immisissam &c. Locus autem in quò turrim ædificarunt nunc vocatur Babylon propter confusionem perspicuitatis circa primum sermonem. Ebraei enim confusionem Babel appellant.

Hæc ex Chaldaeorum monumentis, quæ multa seruant vestigia veritatis. Et si quid est superadditum, videtur id aliquò modò pendere ex sacro textu. 1. Babylonem conditam fuisse dicunt à Gigantibus, quia Nimrod conditorum vnus נִמְרוֹד vocatur, id est gigas vt multi volunt, in his Græci interpretes. 2. Eosdem gigantes scribunt è terra fuisse editos, quia de Nimrode dicitur Gen. 10. 11. אֵם אֶתְהָרָר אֶת אֶתְרָר אֶת אֶתְרָר אֶת אֶתְרָר è terrâ illâ prodijt. 3. Et in Deos bella mouisse, quia legitur fuisse הַמְּלִיכָה נִמְרוֹד וְעַמּוּתוֹ וְעַמּוּתוֹ וְעַמּוּתוֹ venator coram domino, id est vt nonnulli reddunt, bellator contra dominum : Quæ est interpretatio R. Selomonis & aliorum. 4. Addunt erexisse turrim cælo proximam ἄσσοι τῆς οὐρανοῦ tanquam in cælum per eam ascensuros. Quia de illa turri dicitur Gen. 11. 4. וְעַד בְּשָׁמַיִם ὅς vertex ejus ad coelum. 5. Sequitur Deum ventis immisissis tam ipsum opus quam opifices dissipasse. Sumptum id ex historiâ Chaldaicâ in quâ legebatur facta fuisse hæc dissipatio אֵם אֶתְהָרָר אֶת אֶתְרָר אֶת אֶתְרָר אֶת אֶתְרָר per quatuor ventos coelorum, id est in quatuor mundi plagas, vel super faciem omnis terræ, vt habetur Gen. 11. 8. 9. Sed in-

A terpretes sic acceperunt, ac si dissipatio facta fuisse diceretur ventorum ministerio. 6. Denique quia פאב vel פאב, quô verbo hic vtitur Moses, non dissipare solum sed & confringere significat, vnde est quod fulmen vocatur פאב El. 30. 30. Aiunt totum opus confractum & subuersum fuisse. Nec multo aliter Benjamin: *ignis in medium turris coelitus delapsus est* פאבא פאבא & eos lateres diruit.

Indidem origo Græcæ fabulæ de Gigantibus θεομάχους è terrâ editis, qui cum aggestu montium in Cælum sibi viam pararent, Iouis fulmine fracti & dissipati sunt.

Terra feros partus, immania monstra, Gigantes

Edidit, ausuros in Iouis ire domum.

Mille manus illis dedit, & pro eruribus angues,

Atque ait, in magnos bella mouete Deos.

Extruere hi montes ad sidera summa parabant,

Et magnum bello sollicitare Iouem.

Fulmina de cæli jaculatus Iuppiter arce,

Vertit in authores pondera vasta suos.

Ouid. l. 5.
Fast.

B Absit tamen à nobis vt cum impurissimo apostatâ Iuliano credamus Mo-
C sis narrationem quicquam habere commune cum fabulâ de Aloidis,

----- qui magnum manibus rescindere cælum

Aggressi, superisque Iouem detrudere regnis.

Virg. Æn. 6
ex Hom.
Odyss.

Aut tam fuisse vefanos Babylonicæ turris conditores vt eam crediderint ad cælum vsque posse euehi. Tantum phrasi Hebræâ profitentur se turrim erecturos, cuius caput cælum attingat, id est in immensum attollatur. Quod ipsum de Chanaanorum vrbibus affirmatur Deut. 1. 28. & 9. 1.

Sic in Homero ἐλαίνδ' ἡ ἀβύσσοις ἀβυσσὸς abies autem erat in cælum vsque sublimis, id est valde procera. In Aristophane: ὑπερβόιον γ' ὄσσον, id est πολύ τι μέλα. Proinde Iuliano Cyrillus meritò regerit Scripturam ἔδεν κελὸν διὰ τῆς οὐρανῆς ἡμεῖς λόγον ἀπὸ τοῦ οὐρανοῦ δέχεσθαι ὅτι ἐῖς ὑπερβόιον, iuxta receptum apud nos loquendi morem pro alto usurpare ὅτι in cælum: Et hâc eâdem hyperbole à Psalte dici de iis qui à maris fluctibus agitantur: ἀνὰ βάθος ἔως οὐρανῶν, ἔτι καταβάσσειν ἔως ἑσπέρου ἀβύσσων, ascendunt vsque ad cælos, & descendunt vsque ad abyssos.

Odyss. E. v.
239. Suid. in
ἀνὰ τὰ ὑπερβόια
in ὑπερβόιοι.
Cyr. in Iu-
lian. l. 4.

CAVT DECIMUM-QUARTVM.

Quo Consilio primi homines tantam mo'em erexerint.

E Turrim non extruxerunt vt ad cælum viam sibi facerent. Neque vt vel diluuii, vel futuri incendii metu de asylo sibi prospicerent; Sed vt facerent sibi nomen Gen. 11. 4 id est vt famam sui nominis longe lateque propagarent, phrasi scripturæ consueti. Itaque male ab Hebræis nomen hic sumitur pro Deo vel pro idolo. 2. ne dissiparetur: quo ipso malum in se accessit, quod vitare erat animas. Quale fuerit illorum crimen. Quomodo mediis vtendum.

C Onditorum huius turris consilium non fuit, vt ad cælum sibi viam facerent, vt Abydenus & alij volunt. Verisimile non est tam solemnia insaniuisse homines qui in hoc ipsò molimine tam se probant indu-

strios. Quamuis lib 7. Polyani legerim quosdam Thracas eo vsque credulitatis & dementiæ esse prouectos, vt ducem suum Cosingam, qui idem erat Iunonis Sacerdos, putauerint per scalas quas parauerat ascensurum in caelos, vt eos accusaret & reos perageret apud Iunonem. At apud istos recens erat diluuij memoria, quò sciebant arcam quindecim cubitis sublatam supra celsissimos montes cælis nihilo fuisse propiorem. Maximè, si verum illud quod à Iosepho traditur, Sethi nepotes iam ante diluuium Astrologiæ dedisse operam, & sua inuenta columnis inscripsisse, quarum vna suâ ætate adhuc in Syriâ extabat; eos qui à diluuiio euaserant non lauit immensitas spatij quò cælum à terrâ distat. Denique nihil tam vastum & supra vires humanas eos sibi proposuisse Deus ipse docet his verbis Gen. 11. 6. *Non prohibebitur ab illis*, (id est non denegabitur illis) *quicquam eorum quæ cogitauerunt facere*, vult eos nihil aggredi quod non potuerit succedere, si Deus opus non disturbasset.

Nihilo videtur verior Iosephi sententia, Babylonicæ turris architectos id sibi proposuisse, vt turrim ædificarent *ὡς ἵκετο ἡ ὕδωρ ἀναβῆναι ἐκ τῆς θαλάσσης ἐν ἑσπέρῃ* celsiorem quam ut aqua eò usque posset ascendere, si diluuium rursus ingrueret. Illos enim ab hoc metu præstabat immunes solemnem Dei promissio, quamque adeo iuramento firmauerat Esa. 54. 9. & sacramento iridis addito in signum fœderis Gen. 9. 12. Cui promissioni si diffidebant, quorsum relictis montibus in plana descendebant, fixi i sedes inter duos amnes vastissimos Euphratem inquam & Tigrim quorum inundationibus Babylonia est obnoxia? Neque prudens fuisset consilium se lateritiâ turri munire contra vim aquarum, quarum impetum ne petrae quidem durissimæ possunt sustinere aut retundere. Denique prioris mundi exitium abundè illos docuerat contra Dei manum armatam inania esse hæc *κρησφύγετα; ἔσθ' ἄρα οὐκ ἔστι σοφία, οὐκ ἐστὶν ἐπιστήμη, οὐκ ἔστιν ἐπιβουλή ἐναντίον κυρίου* non esse sapientiam, nec prudentiam, nec consilium contra Dominum Pro 21. 30.

Proinde neque id verissimile est quod video quosdam asserere, illos futuri incendij metu de asylo sibi prospexisse, memores scilicet

*Quo mare, quo tellus, correptaque regia cali
Ardeat, & mundi moles operosa laboret.*

Quis enim in generali orbis incendio speret in turri se euasurum, aut in eius cacumine se tutum iri ab igne cœlitus delapso, cum potius meru fulminis ima petantur & terræ specus. Denique in communi periculo non nisi paucis admodum sic potuisset consuli.

Sed coniecturis nihil est opus cum Moses apertè asserat eos hanc turrim erexisse, vt famam sui nominis longe lateque propagarent: *Ædificemus*, inquiunt, *urbem & turrim cuius fastigium ad cælum attingat, vt nobis faciamus nomen*. Hebræi quidem aliter accipiunt; volunt enim ibi nomen pro Deo sumi, vt Leuit. 24. 11. *Blasphemauit* *בְּשֵׁם יְהוָה* nomen, id est blaphemauit Deum. Et Deut. 28. 58. *vt timeas nomen istud gloriosum & terribile*, id est *Dominum Deum tuum*, vt statim additur *ἐπισημαίνωσθε* Itaque *faciamus nobis nomen* ex mente Hebræorum hîc significat, *faciamus nobis*

A Deum, id est idolum: ut cum populus Aarone dixit, *Fac nobis Deos qui nos precedant*, Exod. 32. 1. Et verò hæc ipsa turris Belo postmodum consecrata est. At Belus ille fuit Nimrod, qui tum vix erat natus, nec nisi post obitum cœpit coli. Itaque non struxere turrim, ut Belus in eâ colerent, sed neque alium quemquam. Saltem quicquid Hebræi velint, assero verba conditorum, *faciamus nobis nomen*, non admittere hanc interpretationem. 1. Vt enim *nomen* sumatur in scriptura pro vero Deo; nusquam de idolo usurpatur. 2. Præterea quoties de Deo res est, non dicitur עשׂה sed עשׂה לך articulo præfixo. At hi simpliciter dicunt עשׂה לך נִשְׂמָה *עשׂה לך נִשְׂמָה*, sine articuli notâ. 3. Denique Scripturæ phrasi notissima *facere sibi nomen* est famam extendere factis. Sic 2. Sam. 8. 13. *Dauid fecit sibi nomen*. Es. 63. 12. de Deo, *ut faceret sibi nomen æternum*. Et versu 14. *ut faceres tibi nomen gloriosum*. Et Jerem. 32. 20. & Dan. 9. 15. *Fecisti tibi nomen quale hodie*. Omnino igitur his verbis, *Faciamus nobis nomen*, aperte significant hoc tantæ molis מִנְּבִיטָה se in eum finem erigere, ut immortale sibi nomen comparent apud posteros. Atque id aperte clamabat ipsa ædificij moles, quæ tota erat ad pompam, non ad vsum comparata.

Addunt, *ne dispergamur*, ac si animus malè sibi conscius prælagiisset mox futuram dispersionem: Cui dum volunt ire obuiam, de firmâ statione sibi prospicientes, eò ipso malum istud in se accersunt quod vitare erat animus. Tam malè subducunt calculos qui mediis humanis potius quam Deo fidunt. Aedificare quidem per se non malum; sed malum id sine Deo aggredi. Quippe *nisi Dominus ædificauerit domum, in vanum laborant qui ædificant eam*. Malum sacrificare reti suo, & adorare opus manuum suarum, ut hi qui ex successu operis non Deo gloriam quærunt, sed sibi famam. Istius criminis reus, eiusdem vrbis restaurator, cuius hi conditores, dum hæc superbè iactaret: *Nonne hæc est Babylon magna quam ego ædificauit, &c.* eiectus est ab hominibus & relegatus inter bestias. Denique mediis uti licet, sed non licet iis fidere, ut hi qui dicunt; **D** *Ædificemus urbem & turrim usque ad cælum, ne dispergamur*. Piorum turris ipse dominus Pro. 18. 10. *Turris valida nomen domini, ad eam currit iustus ut exaltetur*. Hæc obiter in eos qui Babylonis architectos à crimine defendunt, & pæne Deo dicam scribunt, quod illos, ut hanc temeritatem & audaciam reprimeret, disperferit in omnes terras.

Psal. 127.
Hab. 1. 16.
Es. 2. 8.

Dan. 4. 27.

E

ie cre- A
ai idem
rum in
stos re-
s subla-
cimè, si
luuium
quarum
non la-
vastum
verbis B
) quic-
od non

archite-
dap aia-
luuium
lemnis
& facta-
ni si dif- C
i sedes
n inun-
lium se
ne petra
is mun-
ania esse
um con-

re, illos

D

, aut in
us meru
periculo

anc tur-
Ædifice-
ngat, ut
enim ibi E
n, id est
& ter-
Itaque
us nobis

CAPVT DECIMVM- QVINTVM,

De confusione linguarum.

Tetra pro incolis; Labium pro sermone. Labium & verba an differant. Tum vnicam fuisse linguam ex Abydeno & Sibylla probatur. Eam brutis fuisse communem Plato & alii fabulantur. Erat hæc Hebræa lingua, vt docent Chaldaei interpretes, R. Selomo, Aben Ezra & Cabalista per Gematriam & Patribus Hieronymus & Augustinus. Lingua Hebræa antiquitas constat ex nominum etymologiis. Theodoretus & Maronitæ, qui Syram substituunt, refelluntur. Ab Ebre Ebræa lingua & Ebræi dicti, non a traiectu Euphratis, vt volunt. Hebræa lingua veteres quas reliquæ non assequuntur. Id agnoscunt Sirachides & Hieronymus. Quando floruerit, quando degenerauerit. Cur in Babiloniâ corrupta potius quam in Aegypto, vbi Hebræi hæserunt multo diutius. Babylon illi fatalis. Confusio linguarum solius Dei non Angelorum opus. Cyrilli locus eâ de re. Eadem Dei virtus in creatione & in Ecclesiæ restauratione, & in vitâ futurâ. Non tot linguæ fuerunt quot homines, sed quot hominum colonia. Ex Hebræorum sententiâ linguæ LXX. Gentes & Angeli iisdem præfecti toridem. Id probatur ex R. Menachem & Chald. paraphr. & Talmude, & ex Cant. 4. 10. per Gematriam. Græci LXXII numerant. Ita Clemens, Eusebius, Epiphanius. Quod sequuntur è Latinis Augustinus, Prosper Aquit. Philastrius, alii. Christi discipuli toridem. Et Angelorum toridem Chiliades. Gentes secundum numerum Angelorum Dei Deut. 32. 8. Aegyptii idem asserunt, atque ideo Cynocephalam volunt esse mandî symbolum. Euphorus linguas & gentes LXXV numerat. Pacianus CXX. At verus linguarum numerus multo maior. in regno Mithridatis linguæ XXII. In vnam Colchidis urbem conuenisse populos linguarum CCC. Ex numero *ἡ ἑβραϊστῶν* Gen. 10. linguarum numerum malè colligi. Ex Mose frustra obijci diuisas esse gentes secundum linguas suas. *Ἀναξάνθη* quod asseritur de discipulorum & Angelorum numero. Nec plus virium in loco Deuteron. quem LXX malè legerant. Quo sensu dicatur Deus constituisse terminos gentium iuxta numerum filiorum Israelis Procopius & Lyranus refelluntur; Et Chaldaeus interpres. Non omnes linguas in illâ confusione natas. Multas hodieque nasci. In Scripturis nominantur circiter XX linguæ præter Hebræam. Prima Chaldaea quâ scripsere Daniel, Esdras, Ieremias, Moses etiam alicubi. Hebraica ita vicina vt Iudæi Syre loquentes non intellexerint. Ab eâ vix differt Syra quâ vsi Christus & Apostoli. Hebræam vocant Euangelistæ. Huius voces & dialecti. Galilæorum dialectus impurius. Quam sit necessaria Theologis. Vbi sit vernacula. Secunda Arabica, cuius author *Hatsarmaneh* vel *Iosian*. Arabistis scateret libros Scripturæ poeticos, Iobum imprimis. Eam cepisse diffundi ab annis mille circiter, & orbis veteribus cogniti occupasse fere trientem. Ad Hebræa linguæ cognitionem quantum conferat. Medicis item, Geographis, Mathematicis, &c. Tertia lingua Phœnicia quâ Mochus & Sanchoniathon scripsere ante Troiana tempora. Hæc Hebræa proxima, quæ ideo lingua Chanaan. Quarta lingua Aegyptia quæ Hebræis barbara, tamen quadam habuit cum Hebraicâ communia. Aegypti *Delta* in Psalmis & Esaiâ *Raab*, Aegyptiæ *Rib*, id est pyrus; vnde *Athribis* cor pyri. *Channa* planta Pl. 80. vnde *Chensiris*. *Tsaphnah* *Paaneach*, vel *Pfonton Phanech* reuelator secretorum Gen. 41. *Sohar* pro carcere Gen. 39. *Pharao* Rex, vel vt alij crocodilus. *Moses* vt volunt ex aquâ eductus; quamuis videatur mere Ebræum: Exod. 16. *ἡ man* pro Hebr. *ἡ ma*. *Totaphoth* pro frontalibus vox semiaegyptia. *Rephan* Saturnus Aegyptiis hodieque, vt *Cijan* Pefsis & Arabibus. Vnde lux loco Stephani Act. 7. 43. Sapientia Aegyptiorum Act. 7. 2. Quam multæ scripserit Hermes. Linguam Aegyptiam Græca esse matricem & illi proximam. Kircheri somnium multis refellitur. Quando Græca lingua in Aegyptum sit introducta. Quinta lingua Azotiorum, id est Philistæorum, media inter Aegyptiam & Hebræam. Huius voces *Dagon*, *Baalzebub*, *Marnas*, *Saran*, &c. Sexta, Persica: Huius voces ex Daniele, Nehemiâ & Esther. *Sarabara*, *gaza*, *purim*, *ahasteranim*, *Cyrus*, *Darius*, *parafangæ*. Quarum quadam in vsu hodieque apud Persas. Huic linguæ nonnulla cum Germanica communia. Aliæ linguæ de quibus in Scriptura mentio. Vox Babel propriè quid sit. Falsæ illius originationes.

ET erat tota terra (inquit Moses Gen. 11. 2.) *labij vnius & verborum eorumdem*. Tota terra, id est omnes incolæ terræ. Sic 1. Reg. 10. 24. *Tota terra quærebant faciem Solomonis*, id est omnes Reges terræ, vt explicatur 2. Paral. 9. 23. *Labij vnius*, id est sermonis vnius; instrumentum pro effectu. Ideoque additur *ἡ ἑβραϊστῶν & verborum eorumdem*. Sic labium

A **labium** pro sermone sumitur. Pl. 12. 4. & 140. 4. & 1. Cor. 14. 21. Sunt qui subtilius quam solidius distinguunt labium à verbis, quasi hæc sermonem significant, illud modum proferendi: ut sensus sit non modo eandem omnium fuisse linguam, sed & eandem phrasim aut pronunciationem etiam, quæ in eadem linguâ sæpe variat.

Vnicam fuisse linguam, antequam conderetur turris Babel, etiam Ethnici agnoscunt. Abydenus apud Eusebium & Cyrillum: *πῶς δὲ ἅμα ὁμογλώσσος ἐκ θεῶν παλῶσπον φάσιν ἐπέχεσθαι, cum vero ad id tempus homines unius lingue fuissent, linguam diuersam ipsis à Diis esse immisissam.* Et in Iosepho Sibylla: *ὁμοφώνων ὄντων τῆσ' αἰθεράτων, πύργον ἀνεδομήσαν, &c. Cum*

B *homines unius lingue essent turrim ædificarunt, &c. Quin brutis etiam fabulantur linguam illam fuisse communem; ut & homines cum brutis & bruta inter se conferre possent: Vide eâ de re locum Platonis in Politico quem iam supra citauimus: Et Philonem in libro de confusione linguarum: λέγει, inquit, ὡς ἀπὸ πύργου ὁμοζῶνα. χερσαῖα, ἐν ἕνδεσσι, ἐν ἕνδεσσι ὁμοφῶνα ὄντων, narratur olim animantium omnium terrestrium, aquatiliū & volucriū eandem vocem fuisse.*

Communis illa omnium hominum lingua qualis fuerit his verbis docet Hierosolymitanus interpres: *והיו כל דרייא דארעא לישן חד ומלל חד ועצא*

C *omnes incola* *ארעא בלישן קודשא הו סמללן דבה אהברי עלמא מן שרויא* *terra lingue unius erant, sermonis unius, consilij unius, quippe linguâ sanctâ loquebantur, quâ est creatus mundus à principio: Hoc est linguâ Hebræâ quæ à creatione fuerat in vsu omnium. Id ipsum habet Ionathan in Paraphrasi verbis parum diuersis. Et R. Selomo Iarchi: Labium unum est lingua sancta. Et Aben Ezra: Labium unum significat linguam unam quæ mihi videtur fuisse lingua Sancta. Quin & Cabalistsæ notant in Baal Hatturin חסד שפ id est labium unum, per Gematriam significare לשון הקודש linguam sanctitatis, id est Hebræam, quia numeri utrobique iidem sunt. Tamen numerus vocum לשון הקודש excedit unitate. Sed apud illos unitas, in numerorum collatione Gematricâ, non est vllius momenti.*

D *Sic Hieronymus in Sophoniæ cap. 3. asserit linguam Hebraicam omnium linguarum esse matricem. Et Augustinus de ciuitate Dei lib. 16. cap. 11. Non defuit, inquit, domus Heber, ubi ea quæ antea fuit omnium lingua remaneret. Item: Quia ergo in eius familiâ remansit hæc lingua, diuisis per alias linguas cateris gentibus, quæ lingua prius humano generi non immeritò creditur fuisse communis, ideo deinceps Hebræa est nuncupata. Item: Quando autem erat una, nihil aliud quam humana lingua, vel humana locutio vocabatur, quâ solâ vniuersum genus humanum loquebatur.*

Linguam Hebræam omnium esse antiquissimam docent Etymologiæ nominum quotquot exant in historiâ Mosis, à mundi creatione vsque ad dispersionem gentium. Sic hortus עדן Eden Hebræis est hortus voluptatis siue deliciarum. Terra נוד Nod terra exilij, quia ibi exulauit Cain. בבל Babel confusio, quia lingue inibi confusæ sunt. אדם adam primus homo dictus est, quia ex האדמה adamâ seu terrâ factus. חוה Eva à vitâ prima mulier, quia mater omnium viuentium. כן Cain vnus è filiis ab acquiren-

F

eam fuisse
i fabulan-
Ezra & Ca-
antiquitas
nt, refel-
t. Hebrææ
aus. Quan-
Egypto,
is Dei non
sæ restau-
um colo-
ridem. Id
ematiam.
è Latinis
rum tori-
idem asse-
& gentes
egno Mi-
CCC. Ex
objicidi-
& Angelo-
sensu di-
ius & Ly-
atas. Mul-
eam. Pri-
ice ita vi-
ristus & A-
us impu-
as author
imis. Eam
trientem.
Mathema-
te Troia-
Aegyptia
i Delta in
ena planta
orum Gen.
at ex aquâ
phobis pro
sis & Ara-
am multæ
Kircheri
a. Quinta
ius voces
Nehemiâ
com quæ-
nia. Alia
s origina-

verborum
E
5. 10. 24.
, vt ex-
nentum
e. Sic la-
bium

do, quia dixit mater, *אִשְׁתִּי אֲקִיִּשׁוּ אֶתְּוֹרָה אֶתְּוֹרָה אֶתְּוֹרָה* *acquisiui virum à Domino.* Alius *שֵׁט* *Seth* à ponendo; quia dixit; *שָׂדֵה אֶתְּוֹרָה אֶתְּוֹרָה אֶתְּוֹרָה* *posuit mihi Deus semen alterum.* *אֶתְּוֹרָה Enoch* à dedicando, quia natus in ipsâ dedicatione vrbs quam ædificauit Cain. Alterius Enochi filius *מֶתְוֹרָה Methufela*, anno diluuij mortuus, id significabat ipsò nomine, quod illi à patre inditum prophetico spiritu. *פֶּלֶג Phaleg* est à diuidendo, quia in diebus eius *אֶתְּוֹרָה* diuisa est terra. Taceo allusiones ex Hebræa lingua petitas, vt cum de Noâ dictum *אֶתְּוֹרָה* *consolabitur nos;* Et de Iapheto *אֶתְּוֹרָה אֶתְּוֹרָה אֶתְּוֹרָה* *Deus dilatet Iaphetum.*

Maronitæ qui Syram, vel quod idem est Chaldaicam linguam volunt omnium esse matricem, quod ipsum sensit Theodoretus, eâdem ratione vtuntur. Quia vocabula quæ diximus tam sunt in vsu Syrorum quàm Hebræorum. Sed nihil habent quod regerant, cum ventum est ad Adami verba Gen. 2. 23. *Uocabitur uira, quia ex viro sumpta est.* Hebraicè vt *אִשׁ is* pro viro, ita *אִשָּׁה issa* pro muliere vox est vsitatissima; cuius originem hoc loco aperit *ὁ ὡς ἐπὶ πλάτης*, cum mulierem dicit ideo *אִשָּׁה issa* vocari, quia *אִשׁ is* id est ex viro sumpta est. Aliam esse linguam non puto quæ hanc allusionem assequatur. Chaldæis saltem & Syris scio aquam hinc hæere, & perire gratiam allusionis apud illorum paraphrastas, qui pro muliere habent *אִתְּוֹרָה ittha* vel *אִתְּוֹרָה ittetha*, & pro viro *גֵּנִי genar* aut *בַּאֵל baal*, voces plane dissonas, & nequaquam illi alteri similes. Adde linguâ Syrâ linguam Hebræam multo esse puriorem. Quippe ex externis linguis nihil quicquam habet admixtum; cum Chaldæa & Syra peregrinas voces quamplurimas habeant. Syrorum denique & Chaldæorum dialectos quisquis cum Hebræâ linguâ conferet, palam videbit hanc esse antiquiorem, quia simplicissima est, & Chaldaica sæpe vocabula inter se diuersissima ad vnicam ex Hebræâ linguâ radicem reuocantur. Quod mihi esset obuium multis exemplis probare, si tanti esset.

Ab Hebere lingua Hebræa vt & Hebræi dicti. Nam si verum id esset quod post Origenem alij multi scripserunt, Hebræum vocatum fuisse Abrahamum à traiectu Euphratis, quorsum propagatum fuisset hoc nomen in posteros. Præterea Gen. 10. 21. cum notat Moses Sem esse patrem omnium filiorum Heber, quid aliud significat quam esse Hebræorum patrem? Alioqui quorsum genealogiæ seriem abrumpit vt hoc obseruet? Itaque filij Heber iidem qui Hebræi, & vicissim Hebræi iidem qui filij Heber: Nisi quod in magnâ familiâ, quæ Iectaneos etiam & Ismaëlitas, & Idumæos, & Moabitas, & Ammonitas, & Madianitas, & Amalecitas complectitur, & nonnullos Aramæorum, ij soli in Scripturâ hoc elogio ornantur qui Heberi linguam ad posteros transmiserunt incorruptam.

Hebræam linguam suas habere vices, maximè cum agitur de rebus sacris quas cæteræ linguæ non assequuntur, norunt eruditi omnes. Sed ij imprimis qui conati sunt aliquid ex Hebræo transferre. Hinc Sirachidis quærela vetus: *Παρά κείλευθε, &c. συζητώμην ἔχθρὸν ἐφ' οἷς ἂν δοκῶμεν ἴσθαι καὶ πλὴν ἔρμηνείαν ἀειρολογημένων πρὸς τὴν λέξιν ἀδυναμείν. ὃ ἂν ἰσχυρῶμεν ἀπὸ ἐν ἑαυτοῖς. Ἐβραϊστὶ λεγόμενα, ὃ ὅταν μεταχθῆ εἰς ἑτέραν γλῶσσαν; Admoniti estote vt veniam detis, sicubi videbimur circa interpretationem laborando vim quorum-*

A *dam verborum non affecuti; non enim æque valent illa cum Hebraicè dicuntur, & cum in aliam linguam translata fuerint: Et Hieronymus in Esaiam lib. II. Multaque sunt nomina quæ ita leguntur in Græco ut in Hebræo posita sunt, propter interpretandi difficultatem & ad comparationem linguæ Hebraicæ tam Græci quam Latini sermonis pauperiem.*

Lingua hæc cum à creatione mundi vsque ad captiuitatem Babylonicam florisset fere per annos ter mille quadringentos, desiit esse vulgaris, aut saltem à priscâ puritate plurimum degenerauit. Iudæi enim è captiuitate reduces partim Chaldæi, partim Syri, partim Philistæi idiomatis admittance illam infecerunt: Quod quis miretur non immeritò, cum Aegypti captiuitas, quæ multo fuit diuturnior, linguam illam non corruerit, aut vlllo modo alterauerit. An quia ex Hebræâ linguâ in Aegyptiam non tam procliuis erat lapsus; quia Aegyptia ab Hebræâ multo plus differabat quam Syra aut Chaldæa, quæ Hebrææ linguæ sunt dialecti, ab eâ non remotiores quam à Latinâ nostra vulgaris. Aut quod erudite obseruat D. de Grentemesnil, quia Iudæi in Aegypto conferti habitabant, in Babyloniâ dispersi, singuli apud Dominos suos quorum linguâ vti cogebantur. Vtut sit eadem Babylon, vbi ceteræ linguæ natæ sunt, semper Hebraicæ fuit fatalis, semel in confusione linguarum, & rursus cum Iudæi ibi captiui patrium sermonem dedidicerunt.

C Confusionem linguarum inuexit solus Deus. Neque enim ad Angelos dirigitur hic sermo, *descendamus & confundamus*, &c. Sed est oratio patris ad filium & Spiritum sanctum. Quippe si Deus Angelis diceret *descendamus*, sic loqueretur ac si esset vnus ex illis, aut eodem modò descenderet, nempe mutando locum vero & reali motu. Præterea linguam vnicam vno momento vertere in multas, & inductâ priore alias statim in animum infundere, res est quæ longe superat Angelicam potestatem, nec ab alio proficisci potest quam ab eò cui velle & facere idem sunt. Cyrillus Glaphyr. lib. 2. *ἀλλὰ ὁ (lege ἀλλ' ὁ) συγχέει τὰς γλώσσας: τὰ γὰρ τριμῶν τῶν θεῶν δέοντα τέχνη ἐστὶν καὶ μὴ τῆς φύσεως, ἀρμόσθην αὐτῶν ἕτερον τῶν πόθεν, ἀλλ' αὐτῶν δὴ ἐμῶν. Γλώσσης δὲ μεταπλασμοὶ, καὶ ὁ θεὸς ἑαυτῷ λόγον εἰς ἡρώτων πλὴν διδρασκῶν, αὐτῶν δὲ ἡμῶν εἰκότως τῶν ἀληθῶς μόνῳ τῷ καὶ φύσει θεῷ. Ipse autem confundit linguas. Quæ enim solius creatoris arte & auctoritate egent nemini quam ipsi & quidem soli conueniunt. Linguæ porro transmutationem, & sermonis in diuersum sonum amplificationem merito quis soli naturâ creatori vere tribuerit. Hæc ille vere omnino.*

D Hæc eadem Dei virtus etiam aliâs emicuit. In creatione putâ, cum Adamo & Eux inspirauit Hebrææ linguæ cognitionem primo momento quò conditi sunt; vt & Dei se compellantis sermones intelligere, atque ipsi inter se possent mutuo alloquio frui. Similiter in Ecclesiæ nascentis E instauratione, quæ altera creatio fuit, idem indultum Apostolis atque aliis è sanctorum choro vt non vnâ atque alterâ, sed pluribus linguis efferrent τὰ μεγαλεῖα τοῦ θεοῦ. Denique in vitâ futurâ haud dubiè beatis est proprius aliquis sermo, fortè Angelicus ille de quo Apostolus, 1. Cor. 13. 1. qui eo-

rum animis statim post gloriam infunditur, vt communibus votis in Dei A
laudes prorumpant.

Sed his planè secus euenit, nempe vt pro communi linguâ quâ loque-
bantur omnes, Deus illorum singulis proprium idioma inspirauerit, ne
alij alios intelligerent, vt opus incceptum abrumperetur. Linguas tamen
tot fuisse non puto quot homines. Sic enim periisset omnis hominum so-
cietas, nec pater potuisset filium aut vir vxorem conuenire, nec vlla coa-
luisset ciuitas, imo nec domus. Quod in certissimam humani generis per-
niciem cessisset. Itaque verissimile est singulas familias linguam habuisse
peculiarem: aut iis familiis communem fuisse dialectum quas in sequen-
turâ dispersione Deus voluit in vnam coloniam coalescere. B

De cætero linguarum numerus quæ ex illâ confusione natæ sunt, haud-
quaquam potest definiri. Hebræorum hæc sententia est septuaginta esse
gentes, & septuaginta linguas, & Angelos totidem gentibus singulis præ-
fectos. Hinc R. Menachem in Gen. 46. 27. vbi è familiâ Iacobi leguntur
in Aegyptum venisse animæ septuaginta. *Septuaginta animæ significant
septuaginta Angelos qui circumstant thronum gloriae, & constituti sunt su-
per gentes.* Jonathan in paraphrasi Gen. 11. 7. 8. Dixit Deus לַשְׁבַּעַן מְלֹאכֵי דְקִימֵי
קִדְמוֹי LXX angelis qui stant coram eo, venite nunc & descendamus & mis-
ceamus linguas eorum, vt non intelligat vir linguam socij sui. Et apparuit ver-
bum Domini super urbem, & cum eò שׁוֹבְעֵן מְלֹאכֵי בְּלִקְבֵל שׁוֹבְעֵן שֵׁבְעֵן
septua-
ginta angeli iuxta septuaginta gentes, quarum vnaquæque linguam habet &
scripturam propriam, & inde disperserunt eas super facies omnis terræ שׁוֹבְעֵן
לְשׁוֹנֵי לִי LXX linguas, ita vt vnus non nossset, quid diceret socius suus, & se
mutuo interficerent. Rursus Cantic: 4. 10. pro Hebræis verbis quam boni sunt
amores tui שֵׁבֵן פְּרַח וַיִּבְרַח חַלְדָּאֵס interpres habet שׁוֹבְעֵן אֹמִיָּא præ se-
ptuaginta gentibus. Quia vox שֵׁבֵן id est vinum per Gematriam seu supputa-
tionem cabalisticam producit septuaginta. Et Esther 2. 22. his verbis quæ
leguntur in sacro textu: Notum fuit verbum Mardocheo, addit Chaldæus
paraphrastes, quia tam doctus erat vt loqueretur לְשׁוֹנֵי שֵׁבְעֵן septuaginta lin-
guis. Quin in tractatu Sanhedrin cap. 1. in Gemarâ legere est non adscisci in D
Synedrîum nisi viros proceros, sapientes, formosos, senes, magiæ non ignaros
שֵׁבְעֵן שֵׁבְעֵן לְשׁוֹנֵי שֵׁבְעֵן & peritos LXX linguarum. Nititur hæc sententia cap. 10.
Gen. in quô numerantur trium filiorum Noë filij vel nepotes septuagin-
ta, nempe ex Iaphetô quatuordecim, ex Chamo triginta, ex Semo vigin-
ti sex.

Græci patres septuaginta duos & totidem linguas numerant pro-
pter Elisam & Kainanem in Græca versione additos, illum in Iapheti
filijs, hunc in Semi nepotibus, vel alterutro omisso, tamen hunc nu-
merum constare putant, quia in eo Philistæos censent qui è Chassuchæis
egressi leguntur. Gen. 10. 14. Clemens Stromat. lib. 1. φαίνονται δὲ ἑπτά-
κτῃ τῶν ἀληθῆν λόγων αἱ ἑπτὰ ἀλεκτροὶ δύο καὶ ἐβδωμήκοντα, ὡς αἱ ἡμετέροι τῶν
διδδαστῶν γερῶναι videntur autem ex verâ ratione linguæ generales esse septua-
ginta duæ, vt nostræ tradunt scripturæ. Eusebius in Chronico lib. 1. pag. E

10.
10.
1 50.
70.

A II. Νῦν δὲ ἐπὶ πάλιν ὁπὶ πλὴν πυργοποιῶν καὶ πλὴν σύγχρησιν τῶν οὐβ ἔθνων
 καὶ γλωσσῶν, nunc autem redeamus ad turris adificationem & confusionem
 LXXII gentium & linguarum. Epiphanius aduersus hæreses libri primi
 §. 5. de turris conditoribus: διεσκεδάσατο ὁ αὐτῶν τὰς γλώσσας καὶ διὰ μίαν εἰς ἑβ-
 δόμησεντα δύο διένησε καὶ ἦν ὅτε ἀνδρῶν ἀειθαλῶν εὐσεβῆντα, ἔθεν καὶ μέγροτες ὁ ὕψι
 κέκληνται καὶ πλὴν μεμερισμένῳ φωνῶν, dissipauit Deus illorum linguas, &
 ex unâ distribuit in septuaginta duas pro hominum numero qui illo tempore
 repertus; unde & meropes dicti sunt propter diuisam uocem. Et Hæresi. 39.
 quæ est Sethianorum: οἱ πάντες ἐβδόμησεντα δύο ἀνδρες ὅν ἀειθαλῶν ἀφ' ἧς τε καὶ
 κεφαλαῖων. Et paulo post. τὰς γλώσσας διεσκεδάθησαν συγχρόνως. Item ὅτι ὅν
 περ καὶ μέλει καὶ δόξῃ ἢ σύστασι τῶν λαλῶν ἐπέστηκεν, qui omnes LXXII uiri
 stirpium authores & capita, &c. linguis confusis dispersi sunt, &c. Vnde
 constat hodieque linguarum tota collectio.

B Neque alia mens Latinis Patribus. Vt ut enim Augustinus Philistæis
 in censu additis populos numeret septuaginta tres, de ciuitate Dei lib.
 16. cap. 3. tamen ne excedat solemnem illum numerum τῶν οὐβ, Phalegum
 excludit ex catalogo, quia eiusdem gentis & linguæ fuit cum patre Ebe-
 ro. Vnde est quod capite sexto hanc quæstionem ita concludit: Ex illis
 igitur tribus hominibus Noe filiis septuaginta tres, vel potius ut ratio
 C declarata est septuaginta duæ gentes totidemque linguæ per terras esse cæ-
 perunt. Quod sequutus Augustino æqualis Prosper Aquitanus hæc habet
 de uocatione gentium lib. 2. cap. 4. Omnem illorum populorum loquelam,
 notis sibi inuicem significationibus consonantem, septuaginta & duarum lin-
 guarum uarietate confudit. Et author Mirab. Script. lib. 1. cap. 9. Linguas
 autem illas LXXII esse plurimi authores consentiunt quia in adificationem
 turris illius in terrâ Sennaar quæ nunc est Babylon tot patres congregatos
 fuisse dicunt. Et author quæstionum ex utroque, quod opus ut & præcedens
 perperam Augustino tribuitur: Tantæ ergo tunc linguæ intelliguntur extitisse
 se quanti & homines fuerunt, qui dispersi locis in quib. habitauerunt, unusquisq.
 linguam suam instituit. Tanti quanti id est tot quot. Et Philastrius Hæresi.
 D 63. Quando & nomina prouinciarum diuisa sunt, ueluti LXXII linguarum.
 Et Arnobius Rhetor qui Commentaria scripsit in Psalms, quamuis mille
 generationes de quibus Ps. 104 (vel 105.) uers. 8. uelit esse totidem præ-
 cisè patrias, id est gentes, & earum censum instituat, tamen idem lin-
 guas plures esse negat septuaginta duabus: Fiunt (inquit) omnes simul lin-
 guæ septuaginta duæ, patriæ autem generationum mille. Arnobij locum ex-
 scribunt Beda & Ado in Chronico ætate primâ.

E Nec desunt aliæ rationes quibus niti putatur hæc sententia. Sunt qui
 præter Hebræam & Chananæam linguam quæ Iudæis erant vernaculæ, se-
 ptuaginta linguas & nationes totidem in reliquo orbe esse colligunt, ex
 eò quod uocauit Christus septuaginta discipulos, ut unaquæque gens sci-
 licet haberet doctorem suum. Pro septuaginta discipulis septuaginta duos
 numerat qui scripsit de mirabilib. scripturæ A. C. 627. Et præter LXX se-
 niores in quos spiritus Mosis distributus est, obseruat aliis duobus qui in
 castris resederant, eiusd. Spiritus Domini fuisse condonatum ex num. 11.

15. 26. Alij volunt tot esse gentes quot Angelorum chiliades, vt singulis gentibus præsent singuli Angelorum chiliarchæ. Angelorum porro chiliades septuaginta duas eliciunt ex Christi verbis de duodecim Angelorum legionibus. Quia Romana legio erat sex mille peditum. In quam mentem citantur hæc Hieronymi in Matth. 26. *Vna legio apud Veteres sex millibus complebatur hominum. Pro breuitate temporis numerum non occurrimus explicare: typum tantum dixisse sufficiat, septuaginta duo Angelorum in quot gentes hominum lingua diuisa est, de duodecim legionibus fieri.* Atque huc pertinere creditur quod in versione Græcâ legitur Deut. 32. 8. *ὅτε διεμέρισεν ὁ ὕψιστος ἔθνη, ὡς διεσάρην υἱὸς Ἀδὰμ, ἔστρεψεν ὄρεα ἔθνων καὶ ἀειθρῶν ἀγγέλων θεῶν, quando diuidebat altissimus gentes, quando disseminabat filios Adam, constituit terminos gentium secundum numerum Angelorum Dei.* Quod multis persequitur Origenes Homiliâ II. in Num.

Quid quod etiam Aegyptij totum terrarum orbem diuidi assererent in gentes LXXII. Vnde est quod cynocephalum volebant esse mundi Symbolum quia moriturum tabes absumit diebus septuaginta duobus. In quam rem insignis est Hori Apollinis locus Hieroglyphicon lib. I. cap. 14. *Ὁ οἰκουμενῶν δὲ (γεωφροντες κυνοκέφαλον ζωογραφῶν) ἐπειδὴ ἐβδομήκοντα δύο χρόνοι τῶν ἀρχαίων φασὶ τὸ οἰκουμενὸν εἶναι. Τὸ τῶν δὲ προφητῶν ἐν τοῖς ἱεροῖς καὶ ὀπμιελείας τὸν χρόνον τῶν δὲ κατὰ περ τὰ λοιπὰ ζῶα ἐν ἡμέρᾳ μιᾷ πελδοῦν, ὅτι καὶ τὸ τῶν ἀλλὰ μέγας αὐτῶν καὶ ἐκείνῳ ἡμέραν πεκερῶμενοι ἴσως τῶν ἱερῶν θεῶν αἰῶν, τῶ λοιπῶ σῶμα τῶ ἐν τῶ καὶ φύσιν ἐν τῶ. ἔως δὲ αὐαὶ ἐβδομήκοντα καὶ δύο πληροῦσιν ἡμέρας, ὅτε ὁλος ἀποθνήσκει, Terrarum autem orbem indicantes, Cynocephalum pingunt, quia septuaginta duas ferunt fuisse iam olim orbis habitati regiones. Hos porro si in templis cum curâ nutriuntur, non ut cætera animalia vno die moriuntur, ita et ipsos mori. Sed eorum partem aliquam singulis diebus emoriente a sacerdotibus sepeliri, reliquo interim corpore in suâ naturâ persistente, donec expleti sint dies LXXII; Tunc enim planè interit.*

Ab his parum recedunt qui gentes & linguas numerarunt LXXV. In quo numero fuit Euphorus. Ita asserit Clemens Stromaton I. I. *Εὐφορος δὲ καὶ ἄλλοι πολλοὶ τῶν ἱστορικῶν, καὶ ἄλλοι, καὶ γλώσσας πέντε καὶ ἐβδομήκοντα λέγουσιν εἶναι, Euphorus autem et alij plures Historici gentes et linguas esse referunt septuaginta quinque.* Quod videtur sumptum ex libro cui titulus erat *τὰ ὀνόματα* quem libro quarto citat Athenæus: Et idem Clemens alibi in hoc ipso libro.

Ex iis quæ diximus hæctenus patet Scriptorum pæne omnium qui hoc argumentum tractarunt, communem esse hanc sententiam linguas in toto orbe septuaginta circiter reperiri vel paulo plures. Mihi certè nullus occurrit qui hunc numerum multum excedat præter vnicum Pacianum, Barcinonensem Episcopum, qui in opusculo contra Nouatianos cuius meminit Hieronymus in Catalogo, epistolâ secundâ quæ est ad Sympronianum, linguas numerat centum viginti, quò fundamentò fretus haudquamquam scio: *Hebræis, inquit, sua lingua est secundum copiam Domini, qui eam in centum viginti ora modulatus est.* Et paulo post: *Dic oro frater, Musæ literas repererunt? &c. Præter illas centum et viginti linguas, fuit adhuc alia Musarum?*

A Nunc vt dicā quod res est, nullus dubito quin hodie extent adeoq; olim extiterint idiomata plura. In vno regno Mithridatis, qui ne centesimæ Val. Max. lib. 8. c. 7. quidem parti orbis terrarum imperauit, viginti duæ gentes linguis diuersa numerabantur. Quod ipsum leue est præ Dioscuriade Colchidis, in quam Timosthenes trecetas nationes quæ dissimilibus linguis utebantur, descendisse prodidit: & postea à Romanis centum triginta interpretibus negotia ibi gesta. Vide Plinium lib. 6. c. 5. Ex illo specimine lector æstimet quam numerosa sit gentium atque idiomatum varietas in vniuerso terrarum orbe.

B Tamen si in linguarum dinumeratione Mosem simpliciter sequimur, ne constabit quidem numerus quem veteres definiuerunt. Nam ex censu ^{ἡσὶ κεραλαιώτων}, ex quo linguarum numerum colligi voluerunt, eximendi primò Elifa Iapheti & Cainan Arphaxadi filij qui in Hebræo textu non habentur. 2. Dein Phalegi maiores Arphaxad, Sale & Heber, quos vt poteros viros verissimile non est conspirasse cum reliquis in extructione turris Babel. Heber saltem quæ linguam illam antiquissimam, Hebræam à se dictam, transmisit ad posteros, constat à pœnâ fuisse immunem. 3. Sed & Iectan excipiendus cum liberis tredecim qui nondum erant nati. 4. Præterea non omnes qui supersunt ^{κεραλαιώτων} diuersi fuere sermonis. In **C** Chananâ linguâ consenserunt plerique filij Chanaan. In Græcâ Iauan & Elifa. In Aegyptiâ Misraim & Pathrusim qui sunt incolæ Thebaidis. In Arabicâ cum Iectanæ filij Chus plerique omnes. In Arameâ Aram & Hus Syriæ, Mas Mesopotamiæ, Nimrod Babyloniæ, Assur Assyriæ incolæ. Ita vt jam vix supersint in illo censu triginta lingue.

Magnâ pompâ obiicitur quod dicit Moses de Iapheti filiis Gen. 10. 5. *Ab his diuisæ sunt regiones gentium per terras earum, cuique secundum linguam suam.* Et de Chami & Semi posteris v. 20. & 31. *Isti sunt filij Chami, aut isti sunt filij Semi secundum cognationes & linguas suas.* Ex quibus tamen verbis hoc solum sequitur vnicuique populo suam fuisse linguam, sed non sequitur fuisse propriam & à cæteris distinctam. Sic cum in libro **D** Esther cap. 8. vers. 9. legitur scriptas fuisse literas ex Assueri mandato ad præfectos prouinciarum centum viginti septem secundum scripturam cuiusque prouinciæ, & secundum linguam cuiusque populi: nemo inde collegerit totidem fuisse linguas imo & scribendi modos.

Nihilo magis ad rem proferuntur Christi discipuli septuaginta; nec enim ad singulas vniuersi orbis gentes ij missi sunt, sed ad Iudæos solos. Euangelij verba sunt Luc. 10. 1. *Designauit Dominus etiam alios septuaginta* (vulgata duos addit) *& misit illos binos ante faciem suam, in omnem ciuitatem & locum, in quem erat ipse venturus.* Porro non erat iturus ad Garantas & Indos, nec vltra Sauromatas & glaciale oceanum, sed vt ipse restatur Matth. 15. 24. non missus est nisi ad ones quæ perierant domus **E** Israël. Itaque hi septuaginta non multo post officio suo functi cum gaudio ad Christum reuersi sunt.

Sed & valde incertum est & ^{αἰαχέλαστον} quicquid assertur de numero Angelorum, Nec enim eorum numerum Christus præcisè definiuit duo.

decim legionibus: Quin esse plures aperte assertit, dicens fore ut si roget patrem, pater illi sistat *plusquam duodecim legiones Angelorum*. Matth. 26. 53. Nec satis scimus quid sit legio, quia Romanæ legionis numerus non erat constans. Denique ut concedamus Angelorum in cælis chiliades esse septuaginta duas, non inde sequitur esse in terris septuaginta duas gentes aut linguas. Neque voluit Hieronymus id haberi pro argumento; Tantum in paribus numeris captavit allusionem.

Multo minus est virium in loco Deuteronomij iuxta Græcam editionem; *Constituit terminos gentium iuxta numerum Angelorum Dei*. Nam, ut cætera taceam, plane aliud est in textu Hebræo quem sequitur Hieronymus, nimirum *constituit terminos gentium iuxta numerum filiorum Israël*. An Græci interpretes pro *filiorum Dei* tribus literis omissis legerunt *filij Dei*? Ita videtur, quia Job. 1. 6. pro Hebræis *filij Dei* iidem habent *filii Dei*. Sed & Genes. 6. 2. ubi habetur filios Dei sibi in uxores accepisse à filiabus hominum quæcunque erant formosæ, in Græcorum multis codicibus pro *filii Dei* legebatur, quod nonnullos veterum impulit in errorem.

Sed & ex hoc ipso quod habet textus Hebræus, *Constituit terminos gentium iuxta numerum filiorum Israël*, quidam colligunt Deum constituisse tot gentes adeoque tot linguas quot erant Iacobi filij cum ingressus est in Aegyptum, septuaginta nimirum, ut habetur Gen. 46. 27. & Exod. 1. 5. & Deut. 10. 22. Ita Procopius & Lyranus: Sed & Chaldæus interpres Jonathan, qui sic habet ad verbum: *Cum diuisit excelsus Deus mundum populis qui exierunt ex filiis Noë, cum principibus populorum cum quibus apparuit ad videndum urbem Babel: eò, inquam, tempore constituit terminos populorum secundum numerum septuaginta animarum Israël quæ in Aegyptum descenderunt*. Nonnulli quinque addunt ex Græca editione in Genesi & Exodo, & oratione Stephani martyris Act. 7. 14. ubi pro septuaginta leguntur septuaginta quinque. Quod sequenti sunt illi quos citat Clemens Alexandrinus lib. 1. Stromaton: *ἐξ ἧν καὶ γλώσσας πέντε καὶ ἐξ ἑβδομήκοντα λέγουσιν ὅτι: ἐπακούσαντες τῆ φωνῆς Μωσέως λεγόντος: ἦσαν ὅ πάντες αἱ ψυχὴ καὶ Ἰακώβ πέντε καὶ ἐξ ἑβδομήκοντα αἱ εἰς Αἴγυπτον κατελθόντες, gentes & linguas asserunt esse LXXV, cum audierint vocem Moysi dicentis: Erant autem omnes animæ ex Jacob LXXV, quæ descenderunt in Aegyptum*. Verum enimvero Prophetæ verba, *Constituit terminos gentium secundum numerum filiorum Israël*, longe aliud sonant, nempe Deum inter populos orbem ita distribuisse, ut Israëlitis olim nascituris tantum terrarum reseruauerit, aut in consilio suo destinauerit, quantum requiri nouerat genti numerosissimæ ad commodam habitationem.

Nec est quod quis miretur, cum hodie fermo hominum in plures linguarum centurias sit diuisus, cur tam paucarum meminerit Moses: nec enim necesse habuit omnes omnino gentium aut linguarum conditores nominare. Satis illi fuit insigniorum meminisse; maximè in Iudæorum viciniâ, in quorum gratiam scribebat. Præterea ut linguarum numerus hodie multum excedat, harum plerasque certum est non esse primigenias.

Ec

A Ex Germanicâ quis nescit natam esse Belgicam, Anglicam, Danicam, Noruegicam, &c. Ex Sclauonicâ Polonicam, Hungaricam, Bohemicam, Dalmaticam, Croaticam, &c. Ex Latinâ Gallicam, Italicam, Hispanicam? Et Latina ipsa magnâ sui parte facta est ex Aeolicâ Græcâ dialecto. Neque enim momentanea fuit maledictio quam in homines inflixit Deus ex occasione turris Babylonicae. Ea hodieque durat, & durabit in posterum vsque ad mundi consummationem. Vnde fit vt linguæ omnes, paucis exceptis quas ex communi illa clade immunes libri præstant, sint in perpetuo fluxu, & singulis prope sæculis magnâ sui parte mutantur atque alterentur. Vsq̄ adeo verum est quod à poëta dictum.

B *Multa renascentur quæ nunc cecidere, cadentque
Quæ nunc sunt in honore vocabula, si volet vsus,
Quem penes arbitrium est & vis & norma loquendi.*

Itaque paucæ sunt linguæ de quarum antiquitate constat.

In Scripturis præter Hebræam viginti circiter memorantur. Prima est Chaldeæ seu Syra quâ Daniel & Esdras multa scripserunt, & Ieremias vnicum comma cap. 10. v. 11. In Scriptura vulgo vocatur Aramæa id est Syra, sed & כְּשָׁרִית לְשׁוֹן *lingua Chaldaeorum* Dan. 1. 4. Huius linguæ vestigium extat antiquissimum Gen. 31. 34. vbi locus idem à Labane Syriacè vocatur

Dan. 1. 4.
vsq. ad 8.
Esd. 4. 7.
vsq. ad 6. 15.
& 7. 12. vsq.
ad 26.

C *יֵצֵר שְׁהַדוּתָא* *Jezer sabadutha*, id est tumulus testimonij, & à Iacobo Hebraicè גַּלְעָד *Galed*, vel vt vulgo *Galnad* eadem significatione. Hanc linguam, etsi Hebraicè valde vicinam, Iudeos ante captiuitatem Babylonicam non intellexisse testatur Ieremias c. 5. versu 15. Inde est quod Rabfaces Syrus Iudaicè loqui coactus est vt, intelligeretur à Ierosolymitanâ plebe 2. Reg. 18. 26. &c. Sed post captiuitatem ex Hebraismi cum Chaldaismo mixtione natus est tertius sermo, qui ad Hebræum ita accedit vt

v. Ioseph.
antiq. 1. 12.
cap. 2.

Chaldeo sit multo propior. Hebraicum tamen passim appellant Euangelistæ, quia Hebræorum erat sermo. Nos hodie Syrum vocamus. Hoc sermone Iesum Christum & Apostolos loquutos constat, quia *Tabitha Kuni*, *Eloï*, *lamma sabachthani*, *Bethesda*, *Gabbatha*, *Golgotha*, *Aeldema*,

Ioh. 1. 2. &
19. 13. 17.
Act. 21. 40.
& 22. 2. 6.
26. 14.

D &c. denique quotquot vocabula ex linguâ tum illis vernaculâ citant Euangelistæ sunt merè Syriaca. In hac linguâ varias fuisse dialectos ex eò colligere est quod ancilla dixit Petro: *Καὶ ἡ Γαλιλαῖα ἡ ἐγώ, ἡ ἢ γαλιλαῖα ὁ ὀμιλεῖς*. Nempe Galileorum dialectus multo erat impurius, vt multis probat doctissimus Buxtorfius in Lexico Talmudico voce גַּלְיָא. Hęc lingua Theologis est summè necessaria, quia Hebraicæ vicina est, & Apostoli non paucas locutiones ex illâ mutuuntur: Vt Chaldaicas veteris & Syriacas vtriusque testamenti paraphrases taceam, quæ vetustæ sunt & magni vsus, vt quotidie experimur. Syriaca lingua hodie nullibi est vernacula, præterquam in paucis vicis circa Libanum.

Marc. 14.

E Secundas de Arabicæ de quâ agitur Act. 2. 11. Huius originem Græci patres referunt ad *Asarmoth* de quo Gen. 10. 26. Ipsi Arabes ad *Iestanem* illius patrem; vt suo loco docebitur. Antiquitas ex eò patet quod Arabismis referti sunt Scripturæ libri poëtici, lobi maxime vt pridem obseruauit Hieronymus. *Hæc translatio*, inquit in præfatione in Iobum, *nul-*

G

lum de veteribus sequitur interpretem, sed ex ipso Hebraico Arabicoque sermone & interdum Syro nunc verba, nunc sensus, nunc simul utrumque resonabit. Vnde est quod idem præfatione in Daniele m asserit *Iob cum Arabicâ linguâ plurimam habere societatem*: Atque id si dederit Deus spero me quandoque palam facturum. Hæc fuit olim valde obscura, nec Arabiæ limites transgressa est per annos fere ter mille, donec crescente imperio Saracenorum ab hinc annis mille circiter cœpit longe lateque propagari; ita vt hodiè occupet fere trientem orbis veteribus cogniti. Ad Hebrææ linguæ perfectam cognitionem multo plus confert quam creditum est hactenus. Quod Hebræorum in Scripturam commentaria docent, qui quoties hæret calculus ad hanc linguam confugiunt, tanquam ad sacram anchoram. Quamuis longe plura obseruassent ex Arabismo ad sacri textûs illustrationem, si illius linguæ fuissent peritiores. Ex eâdem linguâ scientiis omnibus, Medicinæ præsertim & Geographiæ & Mathesi multum lucis accederet, si ederentur libri Arabici qui passim in toto oriente habentur manuscripti. Notum enim est apud Arabes artes & scientias floruisse per annos fere sexcentos, cum regnaret apud nos fœda barbaries & literatura omnis esset prorsus extincta.

Strab. l. 16.
Eufeb.
Præp. l. 1.

Tertia sit lingua Chanaan, siue Phœnicum aut Punica, quæ ex Phœnicæ in Africam perlata est, & occupauit quicquid terrarum est à Cyrene vsque ad Gades. Hæc linguâ Mochus Sidonius de Philosophiâ scripserat, & Phœnicum historiam Sanchoniathon, ante Trojani belli tempora. Et vt ex Hebræis ad Phœnices, ita ex Phœnicibus ad Græcos cum literis venerunt scientiæ. Sed hæc infra pluribus. Hic obseruasse sufficiat Hebræam linguam ab Esaiâ vocari linguam Chanaan cap. 19. v. 18. non solum quia Iudæi Chanaanam occupauerunt, sed & quia lingua Chanaan Hebraicæ valde erat affinis. Proinde libro quinto, si dederit Deus, non pauca Scripturæ loca ex eâ illustrabimus.

Quarta esto lingua Aegyptia, de quâ Ps. 81. 6. *Cum exiret contra terram Aegypti, ubi sermonem ignotum audiebam.* Et Ps. 114. 1. *Cum exiret Israel ex Aegypto & domus Iacob ex populo 197 barbaro, id est peregrini sermonis.* Proinde vaticinatur Esaiâs, fore vt quinque vrbes Aegyptiæ, pro Aegyptiâ linguâ loquantur linguam Chanaan Es. 19. 18. Et Iosephus Aegyptium se esse simulans fratres alloquebatur per interpretem. Itaque cum inter se loquerentur, putabant se non intelligi Gen. 42. 23.

Tamen quia Iudæis vicini fuere Aegyptij, non dubito quin Hebræus & Aegyptius sermo quædam habuerint communia, ex quorum collatione posset emergere aliquid lucis. Exempli gratiâ quæritur cur Aegyptus vel Aegypti pars in Psalmis & in Esaiâ *נַחַר Raab* vocetur: Atque hinc interpretes multa comminiscuntur, ignari Hebræum *Raab* idem esse quod Aegyptium *Rib* vel *Riph*, quò nomine hodieque *Delta* seu pars Aegypti triquetra Nili ostiis comprehensa vocatur à pyri formâ. Id enim propriè erat *Rib*. Vnde est quod in ipsò corde *τὸ Δέλτα* Nomus medius *Athribis* appellabatur, id est cor pyri. Etymol. in *Αἰθιοπία* ex Orione. Rursus hærent interpretes in voce *נַחַר channa* Ps. 80. 16. cuius reperio versiones septem mi-

- A** nimum plerasque remotissimas. Ego φουδὶ plantam expono ex Aegypto sermone quo hedera ἡχιδεύς dicebatur, id est φουδὶ Ὀσείδου planta Osiridis teste Plutarcho in Iside ex Alexarcho. Cum paulo ante Psaltes Deum ex Aegypto vitem transtulisse dixisset, de eadem vite subiungit. O Deus, &c. *vista vitem hanc*, וְכַחנָה *vechanna*, id est & plantam quam plantauerat dextera tua. Aegyptiâ voce vsus, quia de vite agitur ex Aegypto translata. Ex eadem linguâ petiit Iosephi nomen quod illi imposuit Pharaon וְכַחנָה *Tsuphnath Paaneach* Gen. 41. 45. Septuaginta interpretes qui versionem suam in Aegypto ediderunt illud scribunt ἡχιδεύς. *Saluatorem mundi* interpretatur Hieronymus. At alij, quos *defendit numerus iun-*
- B** *ctæque umbone phalanges*, occultorum interpretem vel futurorum reuelatorem. Consulendi ea de re viri vndecunque docti Amama in Genesim, & Kircherus Prodr. Copti cap. 5. & Ioh. Viccars in Decaplis Pf 105. Etiam סוּחַר *sohar* pro carcere Gen. 39. 20. Aegyptium esse verbum suspicatur Abenezra, propter interpretationem à Mose additam: *Et Iosephi dominus*, inquit, *ipsum arreptum coniecit* וְכַחנָה *in domum Sohar, in locum ubi captiui regis detinebantur.* Pharaon item est Aegyptia vox: Regem exponit Iosephus, Lexicographi Arabes Crocodilum. Et Moses vel Moyse, si Philoni & Iosepho credimus, & Clementi Alexandrino apud Aegyptios ex aquis seruatim sonat, voce composita ex מוֹ aqua & שוּר seruatim. Sed huic commento non facile assentietur quisquis hæc attente leget Exod. 2. 10. *Et vocauit nomen eius* מוֹסֵם, & dixit, *quia ex aquis* וְכַחנָה *eduxi eum.* Quæ Mosis nomen palam docent factum esse ex Hebræo verbo מוֹסֵם, quod nusquam vsurpatur nisi de educatione ex aquis. Exempla vide 2. Sam. 22. 17. & Pl. 18. 17. & Es. 63. 11. Sic Exod. 16. 15. cum Hebræi mannam videntes dicebant מַן הוּא *man hu* quid hoc est? hascuni מַן *man* pro Hebræo מַמָּה *ma* dicit esse Aegyptium. Et Talmudici quos citat Kimchius in Lexico מוֹסֵם pro *frontalibus* vocem esse volunt semiægyptiam. Compositionis tamen ratio mihi haud quaquam probatur. Sed Aegyptium vocabulum *Raphan* pro Saturno, vt *Moloch* pro Marte, hodieque in vsu est inter Coptitas, quorum lingua partim ex Græca partim ex veteri Aegyptia conflata est. Vnde certa lux Amosi verbis iuxta Græcam editionem quam sequitur martyr Stephanus Act. 7. 43. ἀρεθότε τὴν οὐρανὸν τοῦ Μολοχ ἢ τοῦ θεοῦ τοῦ οὐρανοῦ ἢ τοῦ οὐρανοῦ Ραφαὶ, vel vt alij volunt Ρεφαὶ aut Ρεμφαὶ. In quibus explicandis aqua hæserat hætenus interpretibus, quos fugerat cur *Raphan* reddatur Hebræum כִּיּוּן *Kijun*. Ita enim legitur in Amosi textu Hebræo cap. 5. vers. 26. Sed iam ratio est manifesta. כִּיּוּן *Kijun* Aben Ezra testatur esse Saturnum, & hoc illi nomen esse etiam apud Persas & Ismaëlitas. Vnde persuasum fuit Aegyptiis Anubin, qui Cyon Græcè vocabatur, eundem esse cum Saturno, teste Plutarcho in Iside. Sed & in Plauti Pœnulo Saturnum appellari *Cium* probat Samüel Petit, ὁ μισθὸς ἐστὶν Miscellaneorum lib. 2. c. 2. Itaque כִּיּוּן *Kijun* idipsum est quod Aegyptium *Raphan*, id est Saturnus. Atque ea voce Græci interpretes libentius vsi sunt, quia in Aegypto scribebant. Moses Act. 7. 21. legitur fuisse eruditus *omni sapientiâ Aegyptiorum*, de qua vide Sixtum Senensem lib. 2. Bibliothecæ. horum antiquis-

V. Kircher.
Prodr. pag.
147. cap. 5.

simus scriptor hermes Trismegistus, in Iamblichō de mysteriis Ægyptio-
 rum scripsisse legitur librorum plus triginta sex millia; Ego versus inter-
 pretor. Neque enim Mercurij libros plures quadraginta duobus numerat
 Clemens Alexandrinus, qui horum catalogum accuratè instituit lib. 6.
 Stromatum. Ex his Theologiam suam & quicquid habet *ἑὴν ἰστορικὴν*
 se hausisse profitetur Sanchoniathon. In quibus quædam habentur Mosis
 scriptis valde consona. Linguam Ægyptiam veterem Græcæ fuisse ma-
 tricem, imo Græcam antiquissimam, aut illi tam similem quam Latine
 est Italica Kircheri somnium est ex eburnea porta: Quod ex vetustis in
 Ægypto locorum nominibus facile est refellere; ex herodoto item &
 Plutarcho, & hōro Apolline, & Iamblichō, & aliis; vbi vocum Ægypti-
 arum longam seriem reperias quæ Græcismum non plus sapiunt quam
 Illyricæ aut Germanicæ. Et verò si Ægyptia lingua fuit eadem cum Græca
 antiquissima, quorsum in fabulis Cecrops fingitur fuisse *διφύης & δίμορφος*
duplicis naturæ & formæ *ἢ ἢ δύο φωνὰς ἔτισταται Αἰγυπτίῳ ἐν Ἑλλάδι δὲ,*
quia duas nouerat linguas Ægyptiam & Græcam? Quorsum Archandri
 urbem in Ægypto herodotus, à Græco homine conditam fuisse colligit,
 quia *Ἀρχανδρῆς, ἢ μέγιστος Αἰγυπτίου ὁ ἄρχων*. Archander non est nomen Ægy-
 ptium, sed Græcum? Cur necesse habuit Solon cum Ægyptia nomina
 non posset carminibus suis inferere, his alia Græca substituere eiusdem si-
 gnificationis, vt testatur Plato in Critia? Cur apud Heliodorum (qui licet
 fabulosus scriptor conatur tamen scribere vero quam sumillima) miratur
 Calasiris quod Cnemon sit *ἰσθῆτος Ἑλλῆς ἐν Αἰγύπτῳ* sermone Græcus
 in Ægypto? Cur ibidem Græcus Theagenes Ægyptij sermonis non nihil
 addidicisse legitur *ἰσθῆτος σπουδασιῶν μακρῶς*, longa consuetudine & con-
 uictu cum Ægyptiis. Denique hoc certum in Ægypto nulla extitisse
 Græci sermonis vestigia ad Psammetichum vsque, sub quō Cares & Io-
 nes circiter triginta millia in Ægyptum appulerunt. His dedit Psamme-
 tichus loca habitanda circa Bubastin & Pelusium, & pueros Ægyptios
 commisit Græca lingua imbuendos. *Ἀπὸ δὲ τῶν πάντων ἐκμαθήσαντες ἰσθῆτοι
 ἄλλων, οἱ καὶ ἐρμηνεύει ἐν Αἰγύπτῳ γράμματα, Ab his autem linguam Græcam*
edoctis oriundi qui nunc in Ægypto sunt interpretes. Ita herodotus in Euterpe.
 Sed deinceps sub Ptolemæis Græcus sermo in Ægypto profundas
 egit radices, vnde est quod hodie Coptorum dialectus multo plura habet
 Græca vocabula quàm Ægyptia.

Heliod. 1. 2.
Id. 1. 8.

Gen. 10. 14.
Sophon. 2. 5.
Ios. 13. 3.

Vid. Steph.
in Γάζα.
Et Hieron.
in vitâ Hil-
lariion. & l.
7. in Es.

Quinta sit lingua Azotiorum de qua Nehem. 13. 24. *Filij eorū partim loque-
 bantur Azoticè, nec sciebant loqui Iudaicè.* Azoticè, id est lingua Philistæorū
 quorū pars Azotij. huic potissimum cōuenire puto quod de lingua Chana-
 nitide dicit Hieron. in Esa. l. 7. *Inter Ægyptiam & Hebræam media est.*
 Quia Philistæi ex Ægypto venerant & occupabāt partem terræ Chanaan.
 Azotiorum Deus Dagon habuit hebræū nomen *אֲדָגֹן dagan* factum, id est
 frumento. Philo Byblius ex Sanchoniathone: *ὁ δὲ Δαγὼν ἐπειδὴ ἄρε σίτου ἐ
 ἀεστρεῖ ἐκλήθη Ζῆς Ἀέρεος*. At Gazzorum Dei nomen *Marnas* *מַרְנַס me-
 rē Syrum est, & hominum Dominum sonat.* Accaronitarum autem idoli
 hebræa erat appellatio *Baalzebub* q. d. *Dominum muscæ* vel *ἀπίμων θεὸς*.

A
A
B
B
C
C
D
D
E

A Et Aſcalonitarum Vrania Venus de qua Herodotus in Clio, Hebraice vocatur Aſtaroth, id eſt *Aſtarte* à curâ gregum 1. Sam. 31. 10. *Saran* סרן quod pro Philiftæo principe paſſim occurrit in libris Iofuæ, Iudicum & Samuëlis deduci videtur ex Hebræo שר *ſar*. Et *Abimelec* commune nomen Regibus Philiftæorum antiquiſſimis Gen. 20. & 21. & 26. nemo non videt eſſe Hebraicum. Sed & urbium Palæſtinæ nomina pleraque ſunt palam Hebræa. Itaque verum eſt quod diximus, Azotiam vel quod idem eſt Philiftæorum linguam Hebrææ fuiſſe affinem.

Sexta eſto Perſica, cuius linguæ multa ſunt vocabula in libris Danielis, Eſdræ & Eſther, quia continent historias rerum ſub Perſis geſtarum. En tibi pauca è multis. Dan. 3. 2. leguntur quinque dignitatum nomina merè Perſica אהשדרפנא *ahaſdarpenaja* ſatrapæ, אדרגזרא *adargazraja* drungarij, גבבארא *gabbaraja* quaſtores, דחברא *dethabraja* conſiliarij, תפחא *thiphthaje* exactores tributorum. Sic ex coniecturâ interpretor; Nam primo & tertio exceptis, reliqua ſunt valde incerta. Eiuſdem capituli verſu 21. כורבליהון *cum ſaraballis ſuis*, Græcè *σωβελίς μεγάλους δούρος*. *Sarabara* vel *Saraballa* ſunt Perſica femoralia. Nehemiæ 2. 8. פודם *paradiſus* creditur eſſe Perſicum, quamvis etiam in Canticis & Eccleſiaſte reperiatur à Solomone uſurpatum. Et Eſther. 3. 9. גינז *ginze*, vel vt veteres legerunt *ganze*

C *hammelec*, gazæ regis; ſed radix eſt Hebræa. Perſæ hodie dicunt בני *ceniz*. Perſicum item eſt פור *pur* pro ſorte toties repetitum in libro Eſther. Vnde nomen habent פורים *Purim*, ſolemne feſtum inter Iudæos. Rurſus eiſdem libri c. 8. v. 10. muli voce Perſicâ dicuntur אהשתרני *ahaſtheranim*. Accedit hodierna אשחרה *aſtherha*, qua legitur in Tauaſij paraphraſi Perſicâ Gen. 36. 24. כורש *Cores*, in Eſaiâ, Daniele & Eſdrâ Cyri nomen eſt. Plutarchus poſt Cteſiam Solem exponit, quem כורש *corſad* nunc Perſæ appellant. Iiſdem דרוש *darues* eſt ἐπις coercitio. Inde factum nomen דרוש *Darjaues*, id eſt Darij, quod proinde Herodotus rectè ἐπις ἐίλω interpreta-

Scal. de emend. temp. lib. 6.

D tur. Sic paraſanga hodieque dicitur פארסך *phaſſach* in Tauaſio Gen. 35. 16. & 48. 7. Vnde obiter colligere eſt veterem Perſarum linguam non periſſe funditus, & manere huius reliquias in hodiernâ Perſarum. Hanc quod viri docti ſcribunt accedere ad Germanicam in tantâ locorum intercapidine nemo ſibi facile perſuaderi ſinat. Tamen rei probandæ tot exempla congerunt, vt ab inuitis pæne fidem extorqueant. Vide Lipſium ep. 44. Centuriæ tertix ad Belgas. De linguâ Perſicâ quædam alia ex occasione obſeruo lib. 4. cap. 10.

Præter linguas ſupra exhibitas nominantur Græca & Romana in titulo crucis; Et Act. 2. linguæ Parthorum, Medorum, Elamytarum, Cappadocix, Ponti, Aſiæ, Phrygiæ, Pamphylia, Libyæ Cyrenaicæ, Cretæ, &c. Et Act. 14. 11. lingua Lycaonica, de quarum ſingulis hic agere longum eſſet & ſuperfluum.

E A linguarum confuſione locus dictus eſt בבל *Babel* pro בבל *Balbel*, altero L extrito, vt in Syro גולתא *Gogoltha* pro גולתא *Golgoltha*, & Chaldæis קיקלתא *Kikaltha* pro קילתא *Kilkaltha*, & שילתא *Sofiltha*, pro שילתא *Solſiltha*. Res clara in Onkelô qui habet Gen. 10. 9. *ſideo vocauit nomen eius*

Babel; quia ibi בבל *bilbel*, id est confudit Dominus sermonem totius terræ. Sic Arabicè in Giggeio תבלת אלאלסן *linguæ confusæ fuerunt*. Itaque בבל *Babel* non est vox composita ex בל בא *venit confusio*, vt putauit Aben Ezra; sed nec à Belo deducta, vt scribit Etymologus, aut à Beli filio Babylonis conditore, vt ab Erennio traditum apud Stephanum.

CAPVT DECIMVM-SEXTVM.

De gentium dispersione.

Ex confusione linguarum sequuta dispersio. Refellitur Epiphaniij sententia de diuisione orbis per sortes à Noë filiis Rhinocoluræ iactas, Rhinocolura diu post condita. Fontes etroris. An terra Chanaan fuerit in Semi sorte, & à Chanaane vsurpata, vt quidam veterum volunt. Rem aliter in scripturâ definiti. Philastriam eos habuisse pro hæreticis qui Noam inter posteros orbem diuisisse negant, sed ab eodem alia multa numerari inter hærefes quæ vere hærefes non sunt. Termini dispersionis. Semi posteris id fuit peculiare quod ex Asia non excesserant. Quod fortuitum respectu hominum, certa dispensatione factum respectu Dei, qui gentibus singulis assignauit habitationis terminos. Illud ipsum ædificium quod struxerant homines metu dispersionis, causa fuit cur dispergerentur. Quod tamen illis deinceps cessit in bonum.

MOenium & turris Babylonicæ conditores quo vsque opus promouerint non satis scimus. Hoc solum constat illos confusis linguis statim ab opere destitisse. Quod vel scripturâ tacente facile erat coniectare. Nam vnionis inter illos vinculum erat communis sermo. Quò ablatò, non dubium quin linguarum confusio plurimas pepererit contentiones, cum poscenti lateres vnus aquam alius bitumen porrigeret, & sic alter ab altero putaret se derideri. Ex iurgiis natum est odium atque auersatio mutua; ex quâ factum vt in itæ societati non inuiti renuntiauerint. Inde sequuta dispersio in omnes terras.

Hæref. 66.
S. 83.

Non placet quod Epiphanius in Hæresi Manichæorum vult illos iecisse sortes de diuisione orbis in vrbe Rhinocolurâ, & vnumquemque in illam secessisse prouinciam quæ ei sorte assignata est. Crediderim potius factam fuisse secessionem impetu quodam *γενεσις*, illo ipso Spiritu qui nouas linguas inspirauerat eosdem agente arcano motu in orbis partes remotissimas. Neque enim verissimile est in certum locum ex pacto conuenisse, vt mundum sorte diuiderent, postquam linguarum diuersitas illos reddidit sibi mutuo barbaros. Id saltem certo certius, non potuisse indici conuentum Rhinocoluræ, quam multis deinceps sæculis ab Æthiopiæ & Ægypti rege Actifane fuisse conditam ex Diodoro discere est.

Lib. 1. c. 38.

Sed error ex errore natus. Septuaginta interpretes Es. 27. 12. pro torrente Ægypti (Hebr. נחל מצרים *Rhinocoluram transtulerunt*, non tam verba Scripturarum quam sensum verborum exprimentes, vt Hieronymus rectè obseruat. Inde colligit Epiphanius Rhinocoluram Hebraicè dici נחל *Neel* vel *Naal*, id est sortem si illi credimus, eò quod sortibus ibi iactis Noë terrarum orbem diuiserit inter filios.

Atqui Rhinocolura non vocatur נחל vsquam. Aliud enim Rhinocolura oppidum in Ægypti Palæstinæque confinio, aliud נחל מצרים *Ægypti*

A *torrens illi proximus. Neque fors נחל naal, sed גורל goral Hebræâ linguâ dicitur. Fateor quidem ארץ ענן à Græcis passim reddi Hebræum נחל naala, sed נחל naala & נחל naal multum differunt. Atque illud ipsum נחל naala, cum propriè sit hæreditas, nusquam redditur ארץ ענן, nisi quatenus ארץ ענן pro ארץ ענן sumitur.*

Nihilo magis probo quod ibidem addit Epiphanius, & repetit in Anacorato cap. 116. Noam orbe terrarum inter tres filios diuiso, & certâ portione singulis assignatâ, ne qua discordiarum seges deinceps oboriretur, eos sacramento adegisse, ne quis in fratris sui sortem inuaderet, extrema quæque interminatum illis qui violassent iurisiurandi fidem. Chanaanem nihilominus, relictâ regione suâ, quæ ob immodicos calores videbatur minus commoda, in Semi sorte Palæstinam occupauisse, atque ob illud ipsum crimen Chanaanæis ad internecionem deletis, Palæstinam seu Chanaanam Iudæis Semi posteris iusto Dei iudicio fuisse restitutam.

B Scio Epiphanium habuisse quos sequeretur, & pleraque hæc etiam in Eusebio legi Chronici lib. 1. pag. 10. in capite cui titulus μερισμός τῆς partitionis terræ, quod videtur ex Africanô descripsisse; Atque in eâdem esse sententiâ authorem sermonis 105. de tempore qui Augustinô tribuitur. Sed vereor ne hæc non sint cum Scripturis satis consona, quæ docent terram Chanaan Deum gratis dedisse, non restituisse Iudæis, & Chanaanem antequam diuideretur orbis iam fuisse maledictum, atque aliis planè de causis eius posteros excidisse iure quod habebant in terram Chanaan, nempe propter idololatriam Deut. 12. 30. & nefarios concubitus Leuit. 18. 24. 25.

C Sed neque id capio satis, quomodo potuerit Noe inter filios orbem diuidere, cuius multo maxima pars nondum erat cognita. Dices Noam fuisse Prophetam, & orbis singulas partes Dei reuelatione sibi notas designasse filiis. Sed Scripturâ tacente nostrum non est hæc diuinare. Tamen huic sententiæ Philastrius Brixienis hæsit ita mordicus, ut pro hæreticis habeat hac de re disputantes: *Sunt, inquit, quidam hæretici, qui de diuisione orbis terræ & portione habitationis rectè non sentiunt: disputantes quod Græci cõperint, aut Ægyptij, aut Persæ describere orbem terræ vniuersum, non beatus Noe suis filiis tribus post diluuium diuiserit, dederit, ac definiert, & partierit ordine.* Sed ab eodem habentur pro hæreticis qui præter terram quam habitamus aliam negant esse terram matricem rerum omnium, de quâ scilicet egerit Moses Gen. 1. Item qui naturæ adscribunt terræ motus, & stellas in cælo asserunt esse infixas, aut vnam fuisse linguam ante diluuium, aut corpus Adami ante animam esse factum: Item qui negant omnes Psalmos esse Dauidis: Et qui verba Caino dicta, *tu illi dominaberis*, de fratre natu minore, id est Abele interpretantur. Itaque Bellarminus rectè obseruat multa à Philastrio inter hæreses numerari quæ verè hæreses non sunt, proinde cum prudentiâ legendum esse.

D Terminis dispersionis à septentrione fuerunt Thracia vbi Thiras, & Caucasus vbi Magog. A meridie Libya vbi Phut, Æthiopia vbi Ludim, & Arabia aromatifera vbi Iectan cum liberis fixit sedes. Ab occasu Gallia

Hæret. 70.

De scri-
ptor. Ec-
cles. ad A.
350.

vbi Rhodanim, & Hispania vbi Tharsis, ab Oriente Media vbi Madai, Persis & Elymais vbi Elam, & Carmania vbi Sabthea. Nec enim iis assentior qui has colonias volunt in Indiam vsque penetrasse. Quamuis huius sententiæ Iosephum primum authorem sequatur turba doctorum.

Cum ex stirpe Cham multi Africam, ex stirpe Iapheth multi Europam infederint, Semi posteris hoc fuit peculiare quod ex Asiâ non excesserunt. Quod certo consilio illos fecisse non puto, sed vnumquemque occupasse terras quæ primæ se obtulerunt. Hûc facit quod rerum Phœniciarum vetustus scriptor Histiazus Milesius, postquam eos qui è diluuiò euaserant venisse dixit *Εἰς Σενναάρ τὴν Βαβυλωνίαν* in *Senaar Babylonia*, addit continuo post: *οὐκ ἴδναται δὴ ὁ λαὸς ἐντεῦθεν ἕως τῆς ὁμογλωσσίας* (lege *περὶ ὁμογλωσσίας*) *πὺς συνοικίας ποιητέμενοι παρπηχῶ. καὶ γὰρ ἔχουσι ἑκατέρωθεν τὴν ἐντοχῶσαν.* De cætero inde dispersi propter linguarum varietatem, habitauerunt vbinis, & unusquisque terram occupauit in quam incidit.

Iob. 9. 7.

Iob. 38. 10. 11.

Sed si respectu hominum fortuitum id fuit, non fuit respectu Dei, qui vt stellis in Cælo, ita populis in terrâ proprium metatur locum. Idem qui mari apposuit *vetem & valuas*, & dixit, *vsque hûc venies, & non procedes amplius*, & hic confringes tuentes fluctus tuos, idem, inquam gentes singulas certis limitibus coercet, quos transgredi non possunt, nisi ipso volente. Quo pertinent hæc verba Mosis, Deuteron. 32. 8. *Quando diuidebat altissimus gentes, quando separabat filios Adam, constituit terminos populorum iuxta numerum filiorum Israhel*; Et Pauli Act. 17. 26. *Fecitque ex vno sanguine omne genus hominum, vt inhabitarent super vniuersam faciem terræ, definiens statuta tempora, & πὺς ὁσβελας τῆς οὐρίας αὐτῶν & terminos habitationis eorum.* Proinde quamcunque terram occupamus, illam Deus se dedisse dicit, & vult sibi acceptam ferri. Sic Deut. 2. 5. *In possessionem Esau dedi montem Seir*, & vers. 9. *Filiis Loti tradidi Ar in possessionem*, & 3. 18. *Dominus Deus vester dat vobis terram hanc in hereditatem.*

Hab. 3. 2.

Ex hâc dispersione apparet à Solomone vere dici Pro. 10. 24. *Quod timet impius, id euenit ei.* Metu dispersionis, urbem & turrin extruendam sibi proponunt, *Ædificemus*, inquam, *ne dispergamur.* At Deo sic disponente illud ipsum ædificium quod metu dispersionis magno molimine substruxerant causa fuit cur citius dispergerentur: atque ipsum mali remedium illis cessit in perniciem. Interim idem Deus, prout è malo bonum elicit, & in commotione iræ misericordiæ recordatur, fecit vt hæc dispersio generi humano esset utilis, & longe maius inde bonum emergeret quam quod sibi proposuerant. Erat illis animus in turris vnius substructione inutiliter consenescere. At ideo dispersit Deus, vt gentes & vrbes plurimas conderent in toto orbe terrarum, & fundamenta iacerent tot regnorum quæ hodieque florent. Id lectori palam facient quatuor libri sequentes.

LIBER SECVNDVS.

DE SEMI POSTERIS.

CAPVT PRIMVM.

De Semo.

De primatu contentio inter filios Noë, Semi à Deo prelati, quamvis Iaphetho iunior. Naturæ ordo non idem qui gratiæ. Res probatur exemplis. Non Semo *ἰεραρχήσωντι*, sed Deo benedixit Noë, tanquam authori boni. Tamen laus debita bonis, quia Deo cooperantur. Si quis habet bonos liberos, soli Deo ferat acceptum. Sic Deo benedicit Noë, ut & filio benedicat. Quid sit esse Deum Semi, Quam multa bona lateant sub hâc promissione. Prima Semi prerogatiua, quod fuit pater filiorum Eber, id est Ebræorum. Secunda quod ex ipso oritur Christus. Obiter de Semi nomine. Tertia, Chanaan illi seruiturus. Quod tum impletum cum minimè expectabatur. Iuxta Ebræos Sem idem qui Melchisedec, Contra Melchisedech ex alio genere, eoque ignoto, & sacerdos diuersi ordinis, nec Leuita habuit in lumbis suis. Nec Abraham soluisset decimas Semo proauo, nec in illius solo habitasset ut peregrinus. Neque id tacuisset Moses. Præcis denique Iudæis, ut Iosepho & Philoni, aliter visum. Quod addit Epiphanius tempora non conuenire, refellit ab Hieronymo, Ordo Semi filiorum.

INTER tres Noë filios de primatu est contentio. Cham licet natus minimus, tamen fratribus præferetur, si poetarum iudicio stamus, qui ex Chamo fecerunt Iouem. Contra Iaphetho, qui fuit natus maximus, primas dabimus, si sequimur naturæ ordinem. At Semo si gratiæ: Quem fratribus prætulit Deus, non ex meritis, sed ex merâ indulgentiâ.

Chamum filiorum Noë fuisse natus minimum expressè habetur Gen. 9. 24. Et Semun non esse primogenitum liquet ex Gen. 11. 10. vbi *Sem centum annorum natus generat Arphaxadum biennio post diluuium*, id est anno ætatis Noë 602. Diluuiū enim contigerat anno Noë sexcentesimo Gen. 7. 11. Sequitur Noam generasse Sem anno 502. cum biennio ante generasset primogenitum. Incoepit enim generare anno ætatis quingentesimo Gen. 5. 32. Itaque Sem biennio iunior fuit fratre primogenito, hoc est Iaphetho, qui ideo maior vocatur Gen. 10. 21.

Proinde cum Iapheth esset trium fratrum primogenitus, Deus illi Simum prætulit, ut doceret in electione se non habere respectum ætatis, nec eundem esse gratiæ ordinem qui naturæ. Natura enim primogenitis multa indulgit priuilegia. Et statim ab orbe condito Deus Abelem subiecit Caino primogenito, Cainum ita compellans, cum de fratre esset sermo: *sub te erit appetitus eius, & tu dominaberis illi*. At in gratiâ idem Cainus Abeli postponitur, *Respexit enim dominus ad Abelem & ad munera eius: ad Cainum vero & ad munera illius non respexit*. Ita in Isaaci familiâ cum Iacob esset minor natus, tamen *Jacobum dilexit & Esauum odio habuit*. Et Dauid fratrum minimus & abiectissimus, *vir fuit iuxta cor Dei*.

Semo Noë benedicturus, cum eius nuditatem Sem palliō suō texisset, in hæc verba prorupit; *Benedictus sit Dominus Deus Semi*. Quibus verbis Noë videbitur zelō abreptus à scopo aberrasse. Tum enim de Semo res erat, non de Deo. At pro Semo vir sanctus Deo Semi benedixit: Et

H

Gen. 4. 8.

Gen. 4. 4-5.

Rom. 9. 13.

1. Sam. 16. 17.

Act. 13. 22.

Gen. 9. 26.

Madai, A
enim iis
Quamuis
doctorum.
Europam
esserunt.
occupasse
niciarum
ô euase-
z, addit B
(lege no-
Cauoy rtw)
, habita-
ctu Dei,
locum.
venies,
idem,
redi non
Deuteron. C
Adam,
Pauli Act.
abitarent
o eberlas
acumque
acceptam
& vers. 9.
vester dat
24. Quod
extruen- D
At Deo sic
gno moli-
sum mali
malo bo-
cit vt hæc
m emer-
tarris v-
Deus, vt
ndamen-
m facient E
BER IL

quod sibi Sem expectabat, id Noe transtulit in Deum: Et cum Chamo vel Chanaani nominatim maledixisset, cum ad benedictiones ventum est, Semo non benedixit sed Deo Semi: *Benedictus sit*, inquit, *dominus Deus Semi*. Absit tamen vt putemus hoc illi temerè excidisse. Quin latet mysterium in hâc personarum enallage. Reo enim in propriâ personâ maledixerat, propter admissum scelus, quia mali fomes & scaturigo est in ipsô homine. At Semi pietate delectatus, Deo maluit benedicere, quia Deum nouerat esse authorem huius boni. Nam ^a ex nobis nihil possumus, ne cogitare quidem, sed ex Deo est *ὁ θεὸς ἡμῶν*. ^b *Deus est qui operatur in nobis* & *velle* & *perficere pro gratuita beneuolentiâ sua*. ^c *Omnia possum*, inquit Apostolus, *per Christum qui me corroborat*. Et ^d *Gratiâ Dei sum id quod sum*; Item: ^e *non ego sed gratia Dei quæ mecum est*. Proinde Propheta Dauid: ^f *Non nobis, Domine, non nobis, sed nomini tuo da gloriam*. Et Christus: ^g *Sic luceat lux vestra coram hominibus, vt videant opera vestra bona, & glorificent, non vos, sed Patrem vestrum qui in celis est*. Id omnino præstitit Noe. Sem fecerat bonum opus, & Noe benedixit non Semo sed Deo Semi.

Non quod bonis operibus nulla laus debeat. Nam ob id ipsum boni sunt laudabiles, quod cum Deo cooperantur, & sequuntur ipsius motus, dum alij illis obsistunt, & gratiam oblatam respuunt. Sed aliter laudatur artifex, aliter instrumentum quod est in manu artificis. Et cauendum ne gloriatur securis contra cædentem ipsa, aut ferra exaltetur supra eum à quô agitatur. Non gloriatur sapiens in sapientiâ suâ, nec gloriatur fortis in fortitudine suâ: sed si quis gloriatur, gloriatur in Domino, qui est pater luminum & author omnis bonæ donationis.

Imprimis si quis habet liberos bonæ indolis, quique rectam viam insistant: Caueat ne sacrificet reti suo, illud poëtæ usurpans.

Fortes creantur fortibus & bonis.

Quasi generi debeat hoc ferri acceptum, aut bonæ educationi, cum hæc omnia sine Deo nihil possint. *Paulus plantauit, Apollos rigauit, sed Deus dedit incrementum*. Proinde Deo sic permittente sæpe liberi sunt degeneres, & ex iustô Noâ nascitur impius Cham, ex fidei Isaaco profanus Esau, ex pio Ezechiâ Manasse Idololatra, vt sciamus pietatem non esse hæreditariam, nec deberi naturæ sed gratiæ. Neque enim sancti fimus beneficio generationis sed regenerationis: Atque vt granum frumenti expurgatum producit aliud cum paleâ, & vt pater circumciscus generat filium cum præputio, sic pater regeneratus filium generat extra gratiam. Quia non generamus vt fideles sed vt homines, nec fidem in liberos sed corruptionem transfundimus. In nostris ergo liberis si quid est mali, dicendum: Hæc illi habent à nobis: hos in iniquitate formauimus, & in peccato generauimus. At vbi in illorum animis pietatis scintillæ emicant, & virtutum semina pullulant: Soli Deo danda est gloria, vt cum Noâ dicamus; *Benedictus sit Dominus Deus Semi*: Laus sit Deo qui vota mea exaudiuit, & benedixit labori quem insumpsi in eorum educationem.

Interim hîc obseruanda est sancti Patriarchæ inducra, qui Deo sic be-

^a 2. Cor. 3. 5.
^b Phil. 2. 13.

^c Phil. 4. 13.
^d 1. Cor. 15.
^e 10.

^f Ibidem.

^g Ps. 115. 1.

^h Matth. 5.
ⁱ 16.

Ef. 10. 17.

Ierem. 9. 23.

1. Cor. 1. 31.

Iac. 1. 17.

Horat. l. 4.
Od. 4.

1. Cor. 3. 6.

- A** nedicit vt eâdem operâ etiâ filio benedicat, & quibus verbis gratias agit pro acceptis beneficiis etiâ impleret futura, & Dei benedictiones familiæ Semi annectat. Quippe cum Deum appellat Deum Semi, hoc tacitè insinuat fore vt Deus sit illi Deus modo peculiari. Quod ipsum priuilegium deinceps Abrahæ est collatum ex Semi stirpe oriundo. Illum enim ex patriâ cum eduxisset Deus, & ex mediâ cognatione, vt toto vitæ tempore in peregrino solo exularet inter barbaros, hâc promissione tanquam amplissimâ mercede serui sui fidem & obsequium remuneratus est: *Ero Deus tuus, & tui seminis post te.* Atque eadem promissio postmodum repetita est Isaaco & Iacobo, imo & Iudæis omnibus, cum ex Ægypto exierunt. Adeoque ab his ipsis verbis inceptit Deus legis suæ promulgationem: *Ego sum Dominus Deus tuus.* Vtvt enim Deus sit Deus omnium populorum, quia creauit omnes, tamen hęc est Ecclesiæ specialis prærogatiua, quod Deus est illius Deus. Quia multo aliter est Ecclesiæ Deus quam reliquarum gentium. Nam si omnium hominum est Deus iure creationis, Ecclesiæ Deus est iure redemptionis, & quia propriò sanguine illam sibi acquisiuit, vt sit gens sancta *ἁγία ἐὶς ἡμετέρας*, id est populus quem sibi vt proprium vindicat; Hęc nempe sunt correlata, vt si Deus sit Deus noster, nos simus illius populus. Vnde in Oseâ dialogus inter Deum & Ecclesiam: *Dicam populo olim non meo, populus meus es tu, & ipse dicet, Deus meus es tu.*
- B** Itaque cum pollicetur Deus se fore Deum alicuius, sub hâc promissione continentur omnia bona, siue præsentis aut futuri æui. Sic quia Deus est Deus noster, ideo nobis suppeditat quæ ad hanc vitam necessaria sunt. Atque id sibi volunt Iacobi verba Gen. 29.19.20. *Si fuerit Deus mecum, & seruaerit me in viâ quâ ego profecturus sum, & dederit mihi panem ad comedendum & vestimentum ad induendum, reuersusque fuero prosperè ad domum patris mei: erit mihi Dominus in Deum,* id est eum solum vitæ, fortunæ & salutis meæ authorem esse agnoscam, atque vt talem toto animo colam & celebrabo. Rursus quia noster est Deus, nos ad se vocat, & se reuelat nobis. *Inquam, inquit, legem meam menti eorum, & cordi eorum illam inscribam, quia ero eis in Deum, & ipsi mihi erunt in populum.* Et spiritum regenerationis eâdem de causâ largitur, vt testantur hęc verba Psaltis Ps. 143. 10. *Docce me facere voluntatem tuam, quia Deus meus es tu. Spiritus tuus bonus me deducat in terram planam.* Atque illâ ipsâ promissione nitiatur spes resurrectionis in gloriam: inde est quod concludit Christus fore vt olim resurgant Abraham, Isaac, & Iacob, quia Deus promisit se futurum illorum Deum; Deus autem non est deus mortuorum sed viuentium. denique hęc scaturigo est vnde fluit omnis omnino gaudij plenitudo: quod clamat vox magna è cælo dicens: *Ipsi populus eius erunt, & ipse deus cum eis erit eorum deus; Et absterget deus omnem lachrymam ab oculis eorum, & mors non erit amplius, neque luctus, neque clamor, neque dolor, &c.* Quæ omnia regius Psalteres ita paucis complectitur: *Beata gens cuius Dominus est deus.*

Proinde cum dominus hęc appellatur deus Semi, idem est ac si Noë

spem fecerit Semo & suis, fore vt cœli & terræ bona Deus illis impertia-
 tur, & ex iis nascatur populus per quem verè & ex animo colatur, quem-
 que adeo gratiæ suæ & gloriæ reddat compotem: non quod omnibus Se-
 mi posteris Deus hæc esset largiturus. A Semô enim orti sunt Syri, Assyrii,
 Lydi, Armeni, Persæ, Elymæi, & innumeri alij dei cognitionis profus
 expertes. Tamen hæc Semi fuit prærogatiua, quod ex illo descendit Abra-
 ham, & totus Israël, quem populum elegerat Deus cui se reuelaret, & vbi
 nomen suum & sanctuarium stabiliret, dum reliquus orbis tenebris plus-
 quam Cimmeriis erat immerfus. Vnde est quod Moses enarraturus Semi
 generationes, ita orditur Gen. 10. 25. *Hi de Semo nati sunt patre omnium fi-
 liorum Eber, id est omnium Ebræorum: Insigni hoc elogio illum euehens*
 supra fratres. Neque id temerè prætereundum; quod Semum Moses non
 aliunde commendat. Alius Semum obseruasset in vitâ quam post illum
 nemo æquauit, hoc est annorum sexcentorum, vidisse vtrumque mundum,
 Et Noæ ex triente hæredem, quamuis Iapheto natu minorem, tamen fuis-
 se prælatum: Et totius orbis delicias, hoc est Asiam illi obtigisse, terram
 auro & gemmis & margaritis diuitem, & aromatibus omnis generis: Et
 Regum seriem enumerasset ex illius lumbis ortorum, & gentes vel po-
 tentiâ vel scientiis celebres, Syros, Assyrios, Chaldæos, Persas, Lydos,
 &c. quæ illum pro parente colunt. Sed Mosi satis fuit in genealogiæ lem-
 mate hoc obseruasse, Semum esse patrem Ebræorum. Quamuis Ebræi tum
 temporis in Ægypto seruirent durissimam seruitutem, & populorum om-
 nium essent despectissimi. Itaque videri posset hoc cedere potius in Semi
 probrum, quod pater fuit tam vilis & abiectæ gentis, quæque habebatur
ut dicitur de Semo: τὸ Ἰσραὴλ τὸ Ἰσραὴλ. Verumenimvero Hebræi vtvt viles
 eâ ætate, tamen generis humani pars erant longè nobilissima, quia illo-
 rum erat *adoptio, gloria & fœdera, & legis constitutio, & cultus, &*
promissiones. Proinde meritò Apostolus: *τὸ θεῖον τὸ Ἰσραὴλ, &c. πᾶσι*
καὶ πᾶσι Ἰσραὴλ, quæ nam est præstantia Iudæi? magna per omnem modum.
 Nam licet homines aliter iudicent, Ecclesiâ nihil est melius; Ecclesia est
 arca Noæ, quæ è diluuiio sola seruat, terra Gossen quæ sola fruitur be-
 neficio lucis, Gedeonis vellus in agro arido solum vuidum & rore cœli
 madefactum, domus Rahab quæ ex ruinis Ierichuntis sola euadit.

Rom. 9. 4.

Rom. 1. 1.

Rom. 9. 5.

Ephes. 1. 3.

Altera Semi prærogatiua hæc fuit quod ex ipsô oriturus erat Christus
 secundum carnem, qui est super omnia Deus benedictus in sæcula. In quô
 pater benedixit nobis omni benedictione spiritali in cœlis. Ita vt de Semo
 tam verè quam de Abrahamo dici queat fore vt in ipsius semine benedi-
 cantur omnes gentes; nempe quotquot beneficium à deo sibi oblatum
 verâ fide sunt amplexuræ. Meritò igitur Sem dictus, id est celebrer aut ma-
 gni nominis, qui his priuilegiis emicuit supra fratres, & *ἐδόξασθη ἄνω*
πρὸς τὴν κτίσιν Ἀδάμ, gloriam adeptus est supra omnia in creatione Adam,
 id est hominum, vel inter homines creatos, vt habetur in libro Sirach
 cap. 49. versu vltimo.

Addit Noe de Semo, fore vt Chanaan ipsi seruiat. *Benedictus sit, in-
 quit, Dominus Deus Semi, & Chanaan sit seruus eius.* Illi de seruo pro-

A spiciens, postquam de domino prospexit. Quæ prophetia impleta est post annos demum octingentos, cum oriundi è Semo Israelitæ terram Chanaan inuadentes, Chanaanorum Reges plus triginta debellauerunt, & incolarum maximâ parte deletâ ad internecionem, reliquos seruituti manciparunt, graui tributo illis imposito. Et Gabaonitarum operâ vsi sunt ad ligna cædenda & aquas comportandas ad ministerium tabernaculi, vsque ad dauidis tempora, qui mutato nomine נתיניו *Nethinaeos*, Esd. 8. 20. id est dedititios appellauit, quod se sponte dedidissent.

Nihil simile expectabatur, cum in terrâ Chanaan Abraham habitabat vt peregrinus. Qui quidem erat valde potens, & pecore & seruis diues, ita vt vernarum operâ Lotum eripuerit è manu quatuor Regum qui captiuum abduxerant. Sed Sara vxor erat sterilis, & vterque prouectæ ætatis. Quin Isaacus ille quem vnicum in extremâ senectute non sine miraculo genuerunt, duos solum habuit liberos, Esauum & Iacobum, quorum ille Deo exosus & ab eò fuit reiectus. Alter Iacobus nimirum, promissionum solus hæres, vsque ad annum ætatis centesimum seruiabat in domo Labanis. Tamen ex eodem Iacobo, post annos circiter trecentos, exiit populus stellis atque arenâ numerosior. Et populûm illum, qui quasi rerum vice versâ in Ægypto diu seruiit Chami posteris, Deus tandem eduxit manu forti & brachio extenso, & sicco pede traduxit per medias abyssos, & coram illo deiecit moenia urbium ad coelum vsque sublata, & gigantum prostravit superbiam, & destruxit septem gentes Israelitis maiores & robustiores, vt illos introduceret in terram lacte & melle fluentem, quam ante aliquot sæcula patribus promiserat.

Iudæi Melchisedechum putant cum Semo eundem esse, & Abrahamo benedixisse vt pronepoti suo, & hoc ipsò inferiori. Hinc Ionathan in Chaldaicâ paraphrasi Gen. 14. 18 ומלך צדיק הוא שם בר נח מלכא דירושלם נפק *Et Rex iustus, nempe Sem filius Noe Rex Ierusalem, exiit in occursum Abrahamæ, & obtulit ipsi panem & vinum.* Et Hierosolymitanus interpres ומלכי צדק מלכא דירושלם הוא שם רבא *Et Melchisedech Rex Ierusalem est Sem magnus.* Et Midras Agada quam hîc citat R. Selomo מלכי צדק הוא שם בן נח *Melchisedec est Sem Noæ filius.* Et Cabalisticæ in Baal hatturim ex vocibus מלך שלם *Rex Salem* eliciunt nomen שם *Semi* per ראשי תיבות. Nempe superbis hominibus non videtur ferendum vt Abrahamo conditori suæ gentis præferatur alienigena, & ei benedicat & ab eò exigat decimas, tanquam sacerdos ordinis superioris. Sed 1. alienigenam fuisse Melchisedechum docent hæc Apostoli Hebr. 7. 6. ὁ δὲ μὴ γενεολογούμενος ἔστι ἀνὴρ, *cujus autem generatio non annumeratur in eis. 2.* Neque Sem, cuius genealogia nota est vsque ad Adamum, diceretur ἀπίσταρ & ἀσυνέλογος. 3. Sacerdotium Melchisedeci fuit diuersi ordinis à sacerdotio Leui: sacerdotium Semi non item, in cuius lumbis tam fuit Leui quam in lumbis Abrahami. Itaque tam dici posset Leui exegisse decimas quam soluisse, quia tam fuisset in lumbis exigentis quam soluentis, atque ita rueret tota Apostoli argumentatio. 4. Adde parum esse verissimile vt à pronepote decimas acceperit proauus, qui idem Rex erat

atque opibus affluens. Reges terræ, inquit Christus Matth. 17. 24. à quibus accipiunt tributum vel censum? à filiis suis an ab alienis? Et Paulus 2. Cor. 12. 14. Non debent filij parentibus thesaurizare, sed parentes filiis. 5. Sed neque id credibile est Semum regnauisse in terrâ Chanaan quæ erat in Chami forte, & Chanaani cesserat fratris filio. 6. Nec Abraham habitasset in eâ terrâ vt peregrinus, nec sibi & vxori sepulchrum comparasset, si habuisset in propinquò gentis suæ authorem in tantâ dignitate collocatum. 7. Præterea si Sem est Melchisedec, nulla apparet ratio cur Moses hoc dissimulauerit, & Semum sub alio nomine latere voluerit. 8. Denique à priscis non fuisse id constanter creditum constat ex Philone & Iosepho qui hanc historiam referunt sine vlla mentione Semi. Quin à Iosepho Melchisedec appellatur *Χανααίων δυνάστης Chanaanæorum dynasta*, belli Iud. 1. 7. c. 18. Addit Epiphanius in hæresi Melchisedechianorum Samaritanos refellens qui cum Iudæis idem senserunt, tempora non conuenire, quia Semus obierat antequam nasceretur Abraham. Quod probat ex annorum supputatione iuxta Græcam editionem. Sed ex Hebræo textu apparet Semum non Abrahami modo sed & Isaaci attigisse tempora: Quâ de re videndus Hieronymus in epist. 106. ad Euagrium. Itaque Abraham & Isaacus potuerunt videre Semum. Non tamen sequitur vidisse; Ex Scripturâ saltem haud quaquam constat. Vbi sit vrbs *נווּדָה Nouada*, in quâ Semi sepulchrum esse fabulantur Arabes, mihi non est satis compertum.

Semi filij notissimi sunt, sed nepotes non item. Filios hoc ordine recenset Moses: *Elam, Assur, Arphaxad, Lud & Aram*, Genes. 10. 22. ab Oriente incipiens, & in Occidentem desiturus, nisi necesse habuisset Aram vltimo loco ponere, vt connecteret hunc versum cum sequente qui sic incipit: *Et filij Aram, &c.* iam de singulis agendum.

CAPVT SECVNDVM.

Elam. ׁלם

Pro Elamitis Syrus interpres perperam habet Elanitas Act. 2. 9. Elamitæ iidem qui Elymæi Medis vicini. Hinc in Scripturâ *Elam & Madai*. Lucas medios ponit inter Mediam & Mesopotamiam, Malè Polybius ad Septentrionem Mediæ. Truces fuere & bellicosi. Proprios habuerunt Reges, Arma sagittæ & arcus, vt & vicinis populis. Magiæ colligunt fuisse deditos ex Act. 13. 8. Sed ibi *Elymas* Arabica vox, Susij ab iis diuersi. Tamen in Daniele iidem cum Elamitis. Ita etiam in Beniamine, & in Arabe paraphraste. Nempe Elymæorum nomen quandoque patet latius. Elymæorum metrop. Elymais. In quâ templum illud opulentum quod expilare conatus est Antiochus. Ita legitur 1. Macchab. 6. 1. & in Iosepho, Appiano, Polybio, Diodoro, Strabone, Hieronymo, Sulpicio. At pro Elymaide Persopolim habet Iason, quæ distabat inde plurimum, & multo ante Antiochum destructa fuerat ab Alexandro. Dignus vindice nodus.

Elam pater est Elamitarum de quibus Lucas Act. 2. 9. vbi Syrus interpres perperam habet *אלים Elanitas*. Alij enim Elanitæ, alij Elamitæ. Elanitæ sunt incolæ vrbis *Elana* Hebr. *Elath* vel *Eloth* prope Esiongeber in mari Erythræo, vbi nauale Solomonis. Elamitæ sunt in Elymaide. Elam scilicet est Elymais, & Elamitæ sunt Elymæi. Ex descriptione res patet, *Susæ*, inquit Strabo, coniungitur *Elymaitica*, *Elymaiticæ Mediæ*,

Deut. 2. 8.
1. Reg. 9.
26.

- A Inde est quod Elam & Madai, id est Elymæi & Medi passim in Scripturâ iunguntur. Es. 21. 2. *Ascende Elam, obside Madai.* Icrem. 25. 25. *Cunctis regibus Elam & cunctis regibus Madai.* Act. 2. 9. *Parthi, & Medi, & Elamitæ, & qui habitant Mesopotamiam, Iudæamque & Cappadociam, Pontum & Asiam.* In quo loco insuper id notandum, in horum populorum censu Lucam ab ortu in occasum semper progredi recto ordine. Itaque vel hinc colligas Elamitas fuisse medios inter Medos & Mesopotamios, qui idem situs est Elymaidis. Nam Polybius qui Elymæos ad Separationem Mediæ ponit cum Ariaracis Caddusis & Matianis, omnium Geographorum sententiæ palam obsistit. Mores etiam apprimè conueniunt. Truces enim & bellicosos fuisse Elamitas ex Esaiâ & Ieremiâ dicere est, & ex Ezechiele imprimis, qui dicit Elamitas percussisse terram uiuentium terrore sui nominis cap. 32. v. 24. Qui uerus Elymæorum character est, quos Strabo & Nearchus scribunt ex raptu uixisse, & vicinarum gentium solos Parthis semper obstitisse, atque adeo ex Persarum regibus ausos tributum exigere. Illis semper fuere proprii reges, quorum præter Ieremiam etiam Strabo meminit ubi supra. Horum duo memorantur, vnus Codorlahomer Gen. 14. 1. alter Arjoc Iudith 1. 6. Ille Abrahamo æqualis, hic Nabuchodonosoro. Non possum non addere etiam à Prophetis eorum arma designari. Ita enim Esaiâs: *Elam sumpsit pharetram.* Et Ieremias: *confringam arcum Elam.* Nempe Strabone teste montana regio Elymaidis *γενιώτακας πέφδ, ἑξότακας τὴν πλείστον* milites nutrit quorum plerique sagittarij sunt. Vicinis etiam Cossæis, Susianis & Persis eadem arma. Idem Strabo: *Κοσσοὶ μὲν ἔν εἰσὶ ἑξότακας ὁ πλεον* Cossæi fere sagittarij sunt. Claudianus de bello Gildonico:

--- nostræque premant pharetrata secures
Susa.

Propertius ad Cynthiam lib. 2.

Non tot Achæmenis armantur Susa sagittis.

- D Et Polyænus Stratagem. lib. 7. *Cyrum, in oppugnatione Sardium lignea simulachra constituisse scribit πύργους ἔχοντες καὶ Περσικὴν ἐσθῆτα καὶ φάρπετρον καὶ κόρυδα καὶ ἑξά καὶ χίλιας barbas habentia & Persicam vestem, & pharetram à tergo & arcus in manibus.* Qui Persarum erat habitus militaris. Tam Elymæos quam Persas & Chaldeos plerique volunt Magiæ fuisse deditos, atque inde esse quod Elymam Lucas magum interpretatur Act. 13. 8. At iis accedo potius qui ex Arabicâ linguâ desumunt, quâ *المعلم* alim & *المعلمون* alim est Magus. Illius plurale *المعلمون* legitur pro Hebræo *מלכין* in Herpeniano Pentateucho Exod. 7. 11. & passim in Saadiâ.

- E Sufij & Elymæi vicini quidem erant, sed tamen diuersi populi, inter quos bellum sæpenumero exarsisse refert ex Nearcho Strabo. Itaque etiam Esdras cap. 4. v. 9. in Persicarum gentium censu quæ Samariam translata sunt, Susancæos & Elymæos separatim nominat tanquam distinctas gentes. Tamen Danielis 8. 2. Susan Susiorum metropolis describitur in prouincia Elam: Et in Itinerario Beniamini pag. 86. *כושן* Cuzestan, id est Susiana censetur eadem esse prouincia cum Elam, cuius Susan

est metropolis. Sed & Arabs interpretis Parisiis nuper editus pro Elam Gen.
10. 22. habet *Churestan*, quod idem est. Omnino igitur dicendum
Elam aliquando sumi strictius pro sola Elymaide, aliquando sumi latius,
ita vt vicinas aliquot prouincias ad Eulæum amnem includat, Gabianam
puta, Carbiam, Massabiticam, quas Elymæis attribuit Geographus. Sufianam
addo ex Daniele & Beniamino Tudelenfi. Sed & infra Sufianam, ad
maris Persici sinum *πηλώδη*, non procul ab Eulæi ostiis Elymæos ponunt Pli-
nius, Ptolemæus & Marcianus. In Ptolemæi tabulis Eldimæi perperam
leguntur pro Elymæis. Nam in Græco textu ita habetur: *ὡρ μὲ τῆς Εὐρυ-*
μαίας ἢ Κισία. Non igitur est quod Danieli quis dicam scribat, quasi so-
lus Elymaidem tam latè extenderet.

Elymaidis caput erat Elymais insignis vrbs: In eâ fuisse templum illud
opulentissimum quod expilare conatus est Antiochus tradit auctor libri
primi Machabæorum c. 6. vers. 2. Et verò licet veteres rem aliter atque ali-
ter referant, tamen de huius templi situ conuenit inter omnes: Iosephus de
Antiocho: *Ἐκείνη πόλις ἐν τῇ Περσίῳ πλεῖστον διαφείρουσαν Εὐρυμαΐδα ἑστῆκε, ἢ*
πολυτελέες ἱερῶν Ἀρτέμιδος ἐν αὐτῇ *audiuit urbem esse in Perside prædiuitem,*
Elymada nomine, & in eâ Dianæ templum valde opulentum. Appianus in
Syriacis: *Ὁ δὲ Εὐρυμαίας Ἀρσασίδης ἱερὸν εὐδαίμον Εὐρυμαῖαν ἑστῆκε* *templum*
de radatus est. Hieronymus in Daniele cap. 11. Polybius & Diodorus
narrant eum templum Dianæ in Elymaide, quod erat ditissimum, spoliare
conatum. Sulpicius hist. lib. 2. Oripidum Elymum regionis illius opulentissi-
imum & nunquam ibi situm multo auro refertum diripere conatus. Pance Strabo-
nem omiseram qui cum aliis hoc ipsum templum in Elymæis ponit. Ita-
que nullus capio cur pro Elymaide Persepolim habeat Iason cap. 9. v. 2.
cum Elymais & Persepolis non modo fuerint diuersæ vrbes, sed & remo-
tissimæ. Elymais fuit circa Eulæum, Persepolis ad Araxem qui Ptolemæo
Rhogomanes. Strabo de Alexandro l. 15. *ὡρ δὲ αὐτῇ ἢ Περσῶν πόλις ὅτι Ἀρσασί-
δου δέστη, iuxta Persepolim Araxem traiecit.* Diodorus lib. 17. *ὅτι πῶς*
Περσέπολιν ὡρῶσαν, &c. ἢ δὲ Ἀρσασίδου ποταμὸν ἕλκων διεβήσασκε τῆς τε ἑρπώσας,
ad Persepolim tendens, &c. Araxe ponte iuncto traiecit milites. Curtius lib.
5. de Persepoli: *Huius vestigium non inueniretur, nisi Araxes amnis osten-*
deret; Haud procul manibus fluxerat. Porro ab Eulæo distat Araxes, vbi
inuicem maximè accedunt minimum, ducentis millibus, atque Oroates
fluuius ingens est interiectus. Taceo quod multo ante Antiochum Perse-
polis ab Alexandro diruta fuerat & incensa meretricis Thaidis instigatu.
Especto vt doctiores hunc nodum soluant, ingenuè professus aquam hîc
mihi hætere.

CAPVT TERTIVM.

Assur אשור

Ab Assure *A'Assures* & *A'Assurei*. Tam late patuisse hoc nomen quam Assyriorum imperium, Assyrios & Syros promiscuè sumi. Tamen usum voluisse vt Syros ab Assyriis Euphrates aut Tigris distingueret. Assyria propriè regio circa Ninum, quæ deinceps Adiabene. Hebrais *אשור* *Hadiab* in Gemarâ & *Beresith Rabba* & Chald. paraphr. malè scribi אשור & אשור. Nominis origo ex Ammiano. Aliud Assyriæ nomen *Assuria* vel *Astyria* Chald. אשור & T transmutatis, vt Dion rectè obseruat. Ex eodem fonte Thuras Zamisilius, id est Athur filius Semi. De eò Suidas, Iohannes Antiochenus, & alii *אשור*, *Assur* cur pro Assure.

A B Assure primo Assyres mox Assyrij dicti sunt. Eustathius in Dionysio: Κατὰ τοὺς παλαιούς τινες οἱ Ἐγγυδοὶν Ἀσσυρίαι οἱ Ἀσσυριοὶ λέγονται, ὡς ἔστιν ἐν Ἄσσυρ. Tam late patuit hoc nomen quam late patuit imperium. Sunt qui ad vsque Mediam & Persidem extendunt. Inde Assyria arbor eadem quæ Medica & Persica. Et apud Suidam Assyrios quidam dicunt esse Persas. Et in Virgilio Assyrium amomum est Medicum vel Armeniacum: Iis enim locis nascitur, non in Assyriâ proprie dictâ. Assyriis accenset Strabo Babylonios, & Elymaeos, & Parætaeos, & Gordyæos, & Mesopotamemos, & Arabas, & Syros, ab Ægypto vsque ad Pontum, ubi Leucosyri habitant, qui Dionysio Assyrij. Nempe multi veterum Syros & Assyrios pro iisdem habent. De Assyriis Herodotus Musâ septimâ: ὅτι οὐδὲν μὲν Ἕλλησι καλεῖται Σύριοι, οὐδὲν δὲ τῶν Βαρβάρων Ἀσσυριοὶ ἐκλήθη. Iustinus l. 1. Imperium Assyrij, qui postea Syri dicti sunt, annos MCCC tenuere. Inde Syrorum nomen cum Assyriis fuit commune: Strabo lib. 11. *Magna Media quondam imperavit toti Asia, κατὰ τὴν πλὴν τῶν Συρίων ἀρχὴν, Syrorum imperio everso, id est Assyriorum, quomodo ipse exponit lib. 16. his fere verbis: Qui porro de Syrorum imperio scribunt, cum dicunt Medos quidem à Persis, Syros verò à Medis eversos, non alios Syros intelligunt, ἀλλὰ τοὺς ἐν Βαβυλώνῃ & Νίνω κατοικοῦσας τῶν Βαρβάρων, quam eos qui Babylone & Nini regiam constituerint. Vicissim, Assyrij saepe sumuntur pro Syris, in poetis maximè. In Bione Smyrnæo Venus describitur Ἀσσυρίαν βοῶσα ποσὶν Assyrium maritimum inelamans, id est Adonidem Syrium seu Phœnicium. In Oppiano Myrrha vocatur ἄσσυρος δάκρυον Ἀσσυρίνης puellæ Assyriæ lachryma, id est Myrrhæ sororis Adonidis, quæ in arborem sui nominis conuersa fuisse fingitur. In Nonno vrbs Beroë, quæ est Berytus, Ἀσσυρία δειπέδιαι. In Virgilio Assyrio fucatur lana veneno, id est Tyrio seu Phœnicio. In Catullo Ptolemæus Evergetes: Vastatum fines inerat Assyrios, id est Cœlesyriam. Si hæc non essent plus satis, possent multo plura congeri, ex quibus constaret Syriæ & Assyriæ nomen olim promiscuè sumptum. Sed vsus tandem voluit vt Syros ab Assyriis Euphrates distingueret aut certè Tigris. Quod sequutus Hesychius dicit *Syriam dici terram quæ à Phœnice est Babylonem vsque. Neque multo aliter Strabo. Ita factum vt in duos populos diuideretur imperium, Syros nimirum & Assyrios. Interim Assyria propriè dicta regio est circa Ninum, quæ deinceps Adiabene. Plinius: Ultra Armenium Adiabene Assyria ante dicta.**

Biō in Epitaph. Adonij.

Oppian. *Cyneg.* l. 7. v. 402.
Nonn. in *Dion.* l. 49. v. 19.
Virg. *Geor.* 2.
Catullus in *com. Beroc.*

In Eusebio

Marcellinus lib. 33. *Iuxta hunc circuitum Adiabena, Assyria priscis temporibus vocitata.*

In Hebræorum libris Adiabene est *הדיב Hadiab*. In Gemarâ hoc nomen passim occurrit, & in Beresith Rabbâ, & in Thargum pro *Ascenax* Jerem. 51. 27. & pro *Eden* Ezech. 27. 23. Sed pro *הדיב Hadiab* plerisque locis scribitur *חדיב Chadiab*, vel *הריב Hariab*. Rectum est *הדיב Hadiab*, vel *Haddiab*, vt Aruc & Elias scribunt. Græci sic dictam putarunt, quod propter fluuiorum amplitudinem & frequentiam fere esset *αἰγλαῖος*. Sed hunc errorem Ammianus pridem correxit, Adiabensem dici monens à fluminibus *Diaua* & *Adiaua*. *דעא deua* vel si mauis *diana* Chaldaeis est lupus. Itaque flumen *Diaua* idem qui Græcis *Lycus*; & articulo præfixo *הדיב Hadiab* est *Lycia* siue *Lupina* regio.

הדיב & חדיב

Aliud Assyriæ propriè dictæ priscum nomen est *Aturia* vel *Atyria*. Neque enim in Strabone probo quod Adiabensem distinguit ab *Aturia*; cum ex descriptione pateat *Aturiam* illi esse quæ reliquis Adiabene, nempe regionem in qua *Ninus* & *Gaugamela* & *Lycus* flumen. Tamen etiam in Traiano Dion *Atyriam* videtur ad Adiabene sic distinguere vt in Adiabene *Ninum*, in *Atyriâ* *Arbelam* ponat & *Gaugamelam*. Sed si Chaldaeos paraphrastas consulas, videbis *אטוריא Aturiam* passim occurrere pro *Assur*, adeoque eandem esse vocem, nisi quod de more gentis n & v id est S et T sunt permutata. Atque id ex Dione notat *Xiphilinus*: *Assyria pars, inquit, Atyria vocitata est, βαρβαριστὶ τῶν ἀνθρώπων εἰς τὸ τῶν μεταπεσόντων Barbarorum more qui Sin T transmutant.* Sed de his plura dicemus in Gen. 10. 11.

Ex eodem fonte est *Thuras*, Rex Assyriorum antiquissimus, *Zamis* filius, qui *Nino* successisse legitur, & multa bella gessisse in *Caucasum* filium *Iapeti*, & ab Assyriis pro *Marte coli*, & *Belus* vocari vel *Baal*. *Suidas*: *Θούρας, ὃς ἐκατίλευσε μὲν Νίνον Ασσυρίων, ὃν μετακλήτεον εἰς ὄνομα τῆς Πλαγίτης ἀστῆρος Ἀρεα; ὃς καὶ θεὸς σφόδρα, ἐξ πολεμικῆς Καυκάσου τυραννῆος ἐστὶ φυλῆς Ἰάφεθ καπεγομένω, ἀπὸ λειανθῶν. τῆτον προστεκόμεσαν οἱ Ασσυριοί, ὡς θεῶν ἐξ ἀνόμοισιν ἀπὸν βάρδον, ὃ ἐστὶν πρὸς πλεὺ ἀπὸν γλώσσων Ἀρεα. Thuras, ille post Ninum Rex fuit Assyriorum, quem postea Martem vocarunt de planeta nomine. Fuit is vir acerrimus, & cum bellum intulisset Caucasu tyranno, qui genus ab Iapheti tribu ducebat, ipsum sustulit. Hunc Assyrij vt Deum adorarunt, & ipsum vocarunt Baal, quod ipsorum linguâ Martem significat.*

lib. ἀρχαιολογίας

Ioannes Antiochenus apud *Cl. Salmasium* in *Solinum* pag. 1235. *Μετὰ Νίνον ἐκατίλευσε Θούρας ὃν Ἀρεα ἀνόμοισιν. καὶ δὲ σφόδρα θεὸς ἐξ πολεμικῆς, ἐξ ἀνομοίων ἀπὸν Ασσυριοί ὡς θεῶν, ὀνομάσαντες ἀπὸν Βῆλον, ἢ Ἐἰ Ἀρεα πολεμικὸν θεῶν.* Ibidem alius ἀνέκδοτος ex *Africano* aut *Eusebio*, vt suspicatur vir maximus: *Μετὰ δὲ Νίνον ἐκατίλευσε Ἀσσυρίω Θούρας ὃν τινα μετακλήτεον ὃ τῆτον πατῆρ Ζάμης, ὃ ἦ Ἡεγος ἀδελφὸς εἰς τὸ ὄνομα τῆς Πλαγίτης ἀστῆρος Ἀρεα.* *Thuras* per *aphæresim* idem qui *ηθρα Athur* vel *αθηρα Athura*: *Assurem* ita vocant Chaldaei. *Zamis* dicitur esse filius, id est *Semi*, & *Nino* successisse, id est τῶ *Nimrod*, & *Iapheti* filium *Caucasum* bello vicisse, id est *Gogum* vel *Magogum* filium *Iapheth*. Itaque si his scriptoribus fides,

A
B
C
D
E

A Belus Assyriorum non fuerit Nimrod sed Assur. Eundem ex Gen. 10. 11. 12. condidisse colligunt vrbes Assyriæ antiquissimas Niniuen, Rehoboth, Câlach, & Resen. Sed loco suo docebimus locum illum aliud sonare. Arabs interpres Paris. pro Assure hîc habet אלמוסל *Almosal*; quia Mosal vrbs successit vrbi Niniuæ quæ Assyriæ caput fuit.

CAPVT QVARTVM.

Arphaxad ארפאחד

B Arpaxitis, Ptolemæo Arrapachitis, pars Assyriæ. Male Arphaxadæos confundi cum Chaldæis, id est כשדים *Chasdim*, quorum pater כשד *Chesed* Gen. 22. 22. Vnde *Vr Chasdim* per prolepsin, id est vallis Chaldæorum. *Vr* pro valle in Esaiâ.

A Rphaxad Assyriæ parti Arphaxitidi, quæ Ptolemæo Arrapachitis, videtur indidisse nomen. Nam quod Iosephus & alij volunt Chaldæos olim ab eò dictos *Arphaxadæos* merum somnium est. In Scripturâ Chaldæi perpetuò vocantur כשדים *Chasdim* à patre suo כשד *Chesed*, vel *Chased* filio Nachor fratris Abrahæ Gen. 22. 22. Hieronymus traditionibus in Genesim: *Chased quoque quartus est, à quò Chasdim, id est Chaldæi postea vocati sunt.* Vnde & אר כשדים *Vr Chasdim*, id est *Vra Chaldæorum*, passim vocatur regio vel vrbs in quâ sedes fixerant. Fateor quidem Chased nondum fuisse natum, quò tempore legitur Abram ex *Vra Chaldæorum* excessisse Gen. 11. 31. Sed *Vra Chaldæorum* per prolepsin vocatur illa vrbs è quâ deinceps Chaldæi erant orituri. Hæc figurâ in Scripturis nihil frequentius. *Vr* vallem significat. Hinc Es. 24. 15. באורי כבוד יחיה *in vallibus celebrate Dominum.* Itaque *Vr* regio vel vrbs videtur in valle fuisse. Eam in viâ è Tigri Nisibin fuisse sitam probauimus ex Marcellino.

CAPVT QVINTVM.

Aram. ארם

D Aram Nachoris ex Camuele nepos dicitur *pater Syrorum* in Græca & Vulg. versione Gen. 21. 22. Id est tribus alicuius nomen in Syriâ. Nam gentis vniuersæ patet Aram Semi filius multo est antiquior. Quomodo Aramæi dicantur Bathuel Laban & Iacob ex neutro prognati. Patria 1. natiuitatis, 2. educationis, 3. conuersationis. Christo patriæ tres: Ietheri duæ. *Armi* in Homero, Hesiodo & Nonne sunt Aramæi. Ita explicant Posidonius & Strabo. Orontes est olim Typhon. An *Armi* Cilices, Plinius malè Scythas cum Aramæis confundit, nisi legas Arimaspos. Aramæus pro gentili & idololatrà in Syriâ & Chald. paraphr. & Talmude, quia inde orta idololatría. Syri & Armeni similes. *Aram* in Arab. paraphrasi *Armenus*.

P Ræter Aramum Semi filium alius fuit Aram multo iunior, Nachoris ex Camuele nepos. Ad hunc Syros referunt Græci & vulgatus interpres, qui quò locò Camuelem vocat Moses *patrem Aram*, habent δὲ καμὴλ πατέρα *Camuel patrem Syrorum* Gen. 21. 22. Quod verum esse potest de Syrorum aliquâ tribu, non de gente vniuersâ. Neque enim Aramo Camuelis filio Syri debent originem, sed Aramo Semi filio de quo Iosephus: Α' ε' α' μ' α' ς' ε' ρ' ε' ν, ε' ς' Ε' μ' λ' ω' α' ς' Σ' υ' ρ' ο' υ' ς' π' α' τ' ε' ρ' ο' ς' π' α' ρ' ο' γ' ο' ν' ο' υ' ς'. Quippe ante Camuelem natum iam populosa erat Syria, & culta aliquot vrbibus. Ara

mæi dicuntur Bathuel & Laban. Gen 25. 20. quamuis ex neutro prognati, non nomine gentis, sed nomine patriæ. Nati enim erant in Padan Aram. Quod ipse Moses ita explicat: *Duxit Jsaac Rebecca filiam Bathuelis Aramæi de Padan Aram*, quod additur Ἰσηματικῶς. Quin & Deut. 26. 5. Isrælitæ Jacobum patrem suum agnoscunt esse Aramæum, quia in eadem Aram cum Labane vixerat per annos 20. Vni scilicet homini variæ possunt esse patriæ, natiuitatis, educationis & conuersationis. Quomodo Christo tres patriæ adscribuntur Bethlehem, Nazareth, Capernaum. Et Dauidis sororius idem Iether Ismaëlita dicitur 1. Chron. 2. 17. & Isrælita 2. Sam. 17. 25.

Aramæorum nomen non fuit Græcis prorsus ignotum. Homerus saltem qui Syros nusquam nominat, Arimorum ita meminit Iliad. β. v. 783.

Εἰν Ἀριμοῖς ὅτι πατὶς Τυφῶος ἐμμεναι βῦρας.
In Arimis ubi dicunt Typhæi esse cubilia.

Et Hesiodus Theogoniæ v. 304.

Ἦς ἐστὶ εἰν Ἀριμοῖσιν ὑπὸ χθονὶ τετρα Εχιδνα.
Tenebatur autem in Arimis sub terra tetra Echidna.

Et Nonnus Dionys. lib. 1. v. 140. de Cadmo Europam quærente,

Ἐλθε εἰς Ἀριμῶσιν φόνον ἀνέσθω.
Venit & in Arimorum cœmentam speluncam.

Arimorum porro nomine multi Syros vel Aramæos intelligunt. Strabo l. 13. οἷδε τοῖς Σύροις Ἀριμῶσιν λέγονται, ὅς τινες Ἀριμῶσιν λέγουσι quidam Arimorum nomine Syros intelligunt, quos nunc Aramos vocant. Et lib. 16. οἱ Ἕλληες Ἀραμῶσιν ἐκάλεσαν ἢ Ἀριμῶσιν Syros Græci vocabant Aramæos aut Arimos. Atque idem scribit Posidonius apud Strabonem lib. 13. Arima Syriam significare. Hinc facit quod Syriæ flumen Orontes Typhon olim appellabatur, tanquam à Typhone vel Typhoeo ibi fulmine percusso. Tamen Arima Callisthenes Cilicibus adscribit: Et Typhoeum Cilicem faciunt Pindarus & Æschylus. Sed & Cilicia Syriæ pars fuisse creditur, antequam Syros inde pepulissent Phrygiæ populi Cilices. Arimorum igitur nomen pro Syris apud Græcorum scriptores vetustissimos videtur fuisse solum in usu, sed usurpari desisse, postquam Assyrium imperium cœpit augeri in maius, atque in Syrorum & Assyriorum nomen paulatim concessisse. Vnde factum vt Arimi vel Aramæi deinceps etiam doctissimis tam ignoti fuerint, vt turpi errore cum Scythis Aramæos confundat Plinius: *Persæ*, inquit, *illos Sacas in vniuersum appellauere à proximâ gente, antiqui Aramæos*. Sed forte Arimaspos scripserat Plinius non Aramæos. Vt sit Syri hodieque se vocant Aramæos. Quamuis etiam apud illos hoc nomen euiluisse ex eò constet quod in Syriacâ versione noui Fœderis Aramæus passim sumitur pro Gentili. Sic Galat. 2. 14. : *ἄρα ἢ Ἰσραήλ* Tu uis *Aramæicè*, ubi Paulus εἰδικῶς ἕως Gentilium more uiuis. Et Galat. 3. 28. *Non est Iudæus ἢ Ἰσραήλ* neque *Aramæus*, ubi Paulus, neque *Græcus*, id est Gentilis. Ex Chaldæis sumpta hæc phrasîs, apud quos Aramæus idem qui idololatra. Vnde est quod in Gemarâ Babylon. codicis de idololatriâ

Strab. l. 13.
Pythion. l.
In Pro.
act. v. 150.

Plin. lib. 6.
cap. 17.

A fol. 26. p. 2. Cuthæus seu Samaritanus medius est inter Iudæum & Aramæum, id est Ethnicum idololatram. Sic in Onkeli Chaldaicâ paraphrasi Levit. 25. 47. Si vendiderit se frater tuus ארמא עבד ארמא ארמא Aramæo ex femine profelyti, id est idololatræ. Idololatria nimirum ab Aramæis putatur orta, quia primi idololatræ, quorum in Scripturâ fit mentio, Thare, Nachor & Laban Ios. 24. 2. & Gen. 31. 19. patriâ erant Aramæi: Proinde Thare patrem Abrahæ qui ex Vre Chaldæorum migravit in Padan Aram, Hebræi volunt primum fuisse statuarium; In quâ eâdem sententiâ video fuisse Epiphanium qui de Thare hæc habet lib. 1. aduersus hæreses, S. 6.

In Bereshith Rabba C. 38

B εὐπυθέων γέγονεν ἀνδρείων καταστάσας ἀπὸ πηλουργίας ἐ καεραμεικῆς ἑπισημῆς ἀφ' ἧ τῶ Θάρρα τῶ τε τέχνης Ἐξίνδε coeperunt fingi statuæ ex argillâ & figulino opere per artem huius Thare. Neque aliter Suidas voce Σειραχ. ὡς δ' ἀγῶμα καταπίος ἀπὸ ἀγαθῶν ὑλῶν εἰκόνας εἰργαζόμενος, ἐ λέγων τῶ τε θεῶς, ἐ ὀφείλων προσκυνοῦσθαι ὡς αἰτίους τῶν ἀγαθῶν, Thare enim erat statuarius, qui ex variâ materiâ fabricabat imagines, & has dicebat esse Deos, & adorari debere ut bonorum authores.

C Syros & Armenos Strabo l. i. testatur πολλῶ ὁμοφυλίαν ἐμφαίνῃ ἡγεῖται τε τιῶ ἀφ' ἑλκῶν ἐ τοῖς βίῃς, ἐ τοῖς τῶ σώματων μορφῆς multum cognationis præ se ferre sermone vitâ & corporum formâ. Vnde factum vt ab Aram dici Armenos nonnulli putauerint. Adeoque Arami nomen Arabs interpres Parisinus ἰρῆ reddidit, id est Armenum vel Armenium. Tamen Armeniam aliunde appellatam esse iam docuimus.

CAPVT SEXTVM.

De locorum nominibus quibus vel præfigitur, vel postponitur nomen Aram.

D Aram Naharajim Mesopotamia, Interamna, Medamna. Padan Aram aliud est, et si redatur Mesopotamia Syriæ, quod Augustino suspectum. Chaldæis paddan de bobus, parsu iugum. Id perperam huc refertur; cum ἰρῆ phaddan Arabicè sit idem quod Hebr. קרס sede, ager satiuus aut compascuus. Itaque Padan Aram id ipsum quod Sede Aram Os. 12. 13. id est Mesopotamia culta pars, quæ desertæ opponitur. Vtriusque descriptio ex Strabone, Xenophonte & Polybio. Culta pars ad Araxem qui & Chaboras vel Aboras; Deserta ad Mascam qui & Saocoras, & circa Tigrim in aditu Babyloniæ. In Epiphanio Mesopotamia duplex, Phadan & Susoba, forte Soba. Vt Chaldæorum in Mesopotamiâ inter Tigrim & Nisibim, ubi Vt Ammiani. Ideo Stephano Act. 7. 3. 4. idem Mesopotamia & terra Chaldæorum. Alii Vt in Babyloniâ, ubi Vt Plinij, & Ptolemæi Autanitis. Prior sententia cur præferenda. Aram Soba habuit ab ortu Euphratè, ab occasu Damascen os. In eâ sita Palmyra, Soba non est Sophene vt Iosepho persuasit. Nec Alep est Soba, vt volunt. Sed in Ptolemæo Sabe & Barathena videntur esse Soba & Berothai. Fortè hi Sabæ Seruij prope Libanum; & Plinij Sabæi, pro quo Nubeos scribunt. Aram Dammesek, Damascena, Hoba, vallis Auen, Beth-eden, Hadrac, Κοίλον πεδίοις, Algantia, Amyca, eisdem loci nomina. Aram Maacha est Epicaros, non Comagenavt volunt. Aram Beth-Rehob prope Epiphaniam ad Aquilonem terræ Chanaan, Aliud oppidum Saul Rehoboth.

E I N Scripturâ sex loca sunt quibus vel præfigitur, vel postponitur nomen Aram; nempe Aram-Soba, Aram-Bethrehob, & Aram-Maacha. de singulis dicendum. Aram-Naharajim id est Syria duorum fluminum; Græce Μεσοποταμία, quia inter Tigrim & Euphratem media est. Latine melius dicatur Interamna quam Medamna, cum Prisciano, cuius verba sunt:

Indigenæ populi pro re dixere Medamnam.

Iocut. 1. r.
in Gen. 28.

Plerique putant *Paddan-Aram* id ipsum esse, quia Græcè & in vulgatâ fere redditur *Mesopotamia Syria*, sed Augustino videtur frustra dici Mesopotamia Syriæ, cum Mesopotamia non dicatur nisi Syriæ. Nam quod Stephanus voce Α'εὐρῆν Mesopotamiam describit in Oenotris puto esse sine exemplo. Proinde vt idem Augustinus obseruat, nonnulli Syriæ vocem asterisco notarunt, tanquam aliunde adscitam. *Quasi, inquit, Mesopotamia dicatur nisi Syriæ, quamuis hoc septuaginta habere non perhibentur Syriæ, sed cum asterisco scriptum est.*

Chaldæis פדאן דהורין *paddana dethorin* est par boum seu iugum boum. Ita *Paddan-Aram* David Kimchius geminam Syriam dici asserit, nempe Mesopotamiam & Aram Soba. Verum enimvero vocis *Paddan*, vera significatio ex Arabicâ linguâ petenda est, quâ פדאן *Phaddaan* idem esse quod Hebræis שדה *Sede* Iosephus, Kimchius, Aben Ezra & Selomo rectè obseruant: Nempe שדה *Sede* est ager satiuus aut compascuus. Ita Kimchius in Ios. 8. 24. Alij tantum satiuum volunt, vt שדה proprie sit ἀρουραριον, quomodo veterum interpretum nonnulli reddunt Gen. 27. 27. Atque id ipsum Arabicè est فدان *phaddan*. Quod Giggeius cur tam cunctanter affirmet nullus capio, cum in omnium manibus versentur adagia cum Lochmani fabulis ab Herpenio edita, quorum octauum sic habet: *Quicquid plantaueris פדאן אלפראן in alphaddan proderit tibi; at hominem si plantaueris, eradicabit te.* Ibi *alphaddan* id esse quod diximus nemo non videt, agrum scilicet satiuum vel consitum. Indidem فداد *phedad* Arabibus est agricola & rusticus. Sic in vitâ Tamerlanis pag. 4. זכאן הו ואבוה בן *Erat tam ipse quam pater eius ולא דין להם עקל לא עקל ארסאב* אלפראדן וכן טאפא ארסאב לא עקל להם ולא דין *è phedadinis (rusticis) Ex eorum face quibus neque est intellectus nec religio.* Rursus פדאן Chaldæis & Syris, פדאן Arabibus aratrum sonat. Itaque *Paddan-Aram* plane idem est quod שדה ארם *Sede-Aram*, ager satiuus vel consitus Mesopotamiæ. Supplendum enim est נהרין *Naharajim*. Et verò, quod huius vocis interpretes fugisse miror, propheta Oseas ita exponit. Is enim cap. 12. vers. 13. Iacobum fugisse scribit in שדה ארם *Sede-Aram*, pro eò quod habet Moses illum iuisse in *Paddan-Aram* Gen. 28. 2. Vt iam nemini sit dubium quin פדאן *Paddan* & שדה *Sede* sint voces ἰσοδυναμοί. Porro *Paddan* vel *Sede-Aram*, id est Mesopotamiæ culta pars, alteri opponitur quæ deserta & inculta est. Res ex Strabone clara, qui duas partes facit Mesopotamiæ, quarum vna πρὸς εὐρῆν prope montes Armeniæ sita, est ἀειμακρον ἰσχυρὸς, ἔχει ἄριστον, ἔχει ἀριστὸν, *felix satis, & pascuis & germinibus lacta*: altera meridiem versus vbi loca αἰὲρ ἐστὶν ἔχει ἄριστον, ἔχει ἀριστὸν *inaquosa & sterilia* habitant Scenitæ Arabes, ex raptu viuere soliti, & more Nomadum diuagari. Vtriusque descriptio egregia est in Xenophonte in primo ἀναβάσει. quò loco Cyrum narrat Euphrate traiecto prope Thapsacum, inde nonis castris, παρασάνγισ quinquaginta, progressum per Syriam, (id est *Paddan-Aram*) ad Araxem amnem peruenisse (is aliis est Chaboras vel Aboras) ibi fuisse vicus complures frumento vinoque refertissimos. Illinc per Arabiam (id est Mesopotamiæ deserta) Euphrate ad dextram relicto,

Strab. l. 16.

A
B
C
D
E

- A** quinis castris, parasangis xxxv, iter per deserta loca fecisse: in eo spatio campos absinthij plenos late patere in æquoris modum; esse & fruticeta quædam aromatum instar fragrantissimi odoris, sed arborem omnino nullam. Ibidem capras repertas atque onagrios, struthiones item & otides. Exinde Mascâ transmissõ (is est Ptolemæi Saocoras) castris xiii parasangis xc progressum, ad Arabiæ portas peruenisse (id est Mesopotamiæ fines, quâ Babyloniam attingit) in eo intervallo quamplurima iumenta fame periisse, & ἴδιον ἄριστον, ὅθεν ἀλλὰ δένδρον ἴδεν, ἀλλὰ ψιλήν τὴν ἀπύκτου ἡρώεα, neque enim ibi erat pabulum, neque arbor ulla, sed nuda erat tota regio: Quod incommodum vt vitaret Antiochus, illi author fuit Zeuxis
- B** apud Polybium lib. 5. vt Tigrim traiceret, quia nisi traiecisset, oportuisset milites διεσθόντας ὁδὸν ἔρημον ἡμερῶν ἕξ ἀφ' ἧμερῶν πρὸς τὴν βασιλικὴν διώρου καὶ καταμένειν post habitum iter dierum sex per terram desertam ad regiam fossam deuenire, vnum ex Euphratis alueis in aditu Babyloniz. Hæc ex Strabone, Xenophonte & Polybio. Ex quibus abundè constat Mesopotamiæ duas fuisse partes, fertilem vnam ab Armeniæ montibus vsque ad amnem Chaboram, alteram incultam & asperam à Chaborâ Babyloniam vsque. Prior à Mose vocatur Paddan, & Paddan-Aram, ab Oseâ Sede-Aram, id est Mesopotamiæ culta pars, à Strabone Mesopotamia scelix, à Xenophonte Syria, vt posterior Arabia, quia illam Syri tenebant, hanc Arabes, quod ipsum ex Strabone atque Ammiano constat. Huius Mesopotamiæ diuisionis videri possit Epiphanio aliquid suboluisse, cum scripserit: *Ἰακώβ ὁ ἀποδιδρασκὼν ἐπὶ τῷ Μεσσοποταμίῳ φυγὰν, ἐπέκηνα τὴν Μεσσοποταμίαν Σοβὰ Ἰακώβ in Mesopotamiam Phadan profugus concessit, ultra Mesopotamiam partem alteram quæ Susoba nominatur.* Interim cum Geographi nullos Susobenos alibi notent quam in Scythiâ, id mihi valde suspectum est, quod in Susobâ facit esse partem Mesopotamiæ. Nunquid pro *Susobâ* legendum *Soba*, quam Mesopotamiæ partem fecerit Epiphanius, quia illam proximè attingit solo Euphrate interiecto? Vnde est quod iuxta Hebræos Aram Naharajim & Aram Soba continentur communi nomine Paddan, quod tamen illis nequaquam concesserim.

D Obiter in Scripturâ notâ Chaldæorum terræ nomine etiam intelligi Mesopotamiæ partem quæ Assyriæ propior est. Hinc toties *Vr Chaldæorum*. Nam ex Ammiano docuimus *Vr* in Mesopotamiâ fuisse in viâ è Tigri Nisibin. Proinde martyri Stephano idem sunt *Mesopotamia & terra Chaldæorum*. Act. 7. 2. 3. 4. *Deus*, inquit, gloriæ apparuit patri nostro Abraham cum esset in Mesopotamiâ, priusquam moraretur in Charan, & dixit illi, *exi de terrâ tuâ, &c. Tunc exiuit de terrâ Chaldæorum, & habitauit in Charan.* Eupolemum qui scripsit de rebus Iudaicis, rem aliter definire non ignoro. Is enim *Vram* vnde Abraham, vel *Vriam* vt appellat, ponit in Babyloniâ. *Ἐν πόλει*, inquit, τῆς Βαβυλωνίους Καρχεδῶν, τὴν πύλιν λέγουσιν πόλιν Οὐέλλω, in vrbe Babyloniæ Camarinâ quam quidam *Vriam* appellât. Quod si quis malit sequi, non vehementer repugnabo. Sic enim *Vr Chaldæorum* erit *Vra* de qua Plinius lib. 5. cap. 24. *Ita fertur (Euphrates) vsque Vram locum, in quo conuersus ad Orientem relinquit Syria Palmyrenas solitudines.*

Apud Eusebium, lib. 9. præparat.

Quod putauerim Chaldaeos $\eta\mu\alpha$ scripſiſſe, id eſt *Vram* vel *Auran*. Vnde ^A apud Ptolemæum in Babylonix descriptione: $\Pi\alpha\rho\acute{\alpha}\nu\tau\omega\ \delta\ \epsilon\ \mu\ \epsilon\upsilon\phi\rho\acute{\alpha}\tau\eta\ \eta\ \text{A}\upsilon\epsilon\upsilon\iota\tau\iota\varsigma\ \chi\acute{o}\rho\epsilon\varsigma$, *Adiacet autem Euphrati Auranitis regio*. Interpretes male *Auchanites*. Saltem Auranitis ibi ſita eſt vbi *Vra* Plinij, nempe in diuertigio Euphratis verſus Orientem. Nec mirum erit Babylonix partem à Stephano Martyre Meſopotamix adſcribi: cum nonnulli veterum Meſopotamiam extendant vſque ad mare Perſicum, ita vt Babylonia eius cenſeatur eſſe pars, Plinius lib. 6. cap. 26. *Meſopotamia tota Aſſyriorum fuit vicatim diſperſa præter Babylona & Ninum*. Et aliquanto poſt: *Reliqua pars Meſopotamix Aſſyriaque Babylonia appellata eſt*. Tamen eſt cur natale ſolum Abrahamæ videatur eſſe potius *Vra* Ammiani inter Niſibim & ^B Tigrim amnem. Primò inde in Iudæam via recta eſt per Carrhas ſeu Charan, è Babylone non item. Itaque ſi Abraham in terram Chanaan iturus, è Babyloniâ profectus eſt, quæretur non immerito cur per Meſopotamiam & Carrhas iter fecerit: cum via eſſet multo compendioſior per Arabix deſerta. Si Abrahamum dixeris ipſa hæc deſerta viſiſſe, regeri poteſt iter per Meſopotamix ſolitudines non minus fuiſſe incommodum; quod palam conſtat ex Xenophonte. Maximè cum illâc euntibus Euphrates vaſtus amnis tam numeroſæ familiæ multiſque armentis & gregibus graui bis fuerit traiciendus. Quid quod Iofue cap. 24. v. 2. Abrahamæ patrem Tharam aſſerit trans flumen Euphratem habitaffe ܘܗܝܘܐ *iam olim*; & ibi ſeruiſſe Diis alienis. At Babyloniæ pars quam diximus eſt cis Euphratem, itaque hoc diceretur tantum reſpectu Charan vrbis, vbi Tharam Diis alienis poſt Dei vocationem ſeruiſſe non eſt veriſſimile: ſed neque fuiſſe diu ſuperſtes. Vtut ſit Tharam certum eſt ibi non habitaffe ܘܗܝܘܐ *iam olim*, vel vt habent Septuaginta $\alpha\pi\ \alpha\pi\ \chi\eta\varsigma$, & Vulgatus *ab initio*. Eò enim ex *Vra* ſcòtulit valde ſenex poſt mortem filij Charan, vt haberetur Gen. 11. 28. 31. Præterea *Vra* Ammiani Cordyene multo eſt propior, vbi ſubſtiterat arca. Vnde Abrahami maiores non multum reſceſſiſſe par eſt: quia diſperſi non fuerant cum turris Babylonicæ conditoribus. De cætero Chaldaeos ætate Moſis ibi habitaffe mirum non eſt, cum vicina Aſſyria iam per aliquot ſæcula ^C fuiſſet ſub Chaldaeorum imperio.

Aram Soba, vel Aram Suba, vt paſſim ſcribunt Græci interpretes, proxime Euphratem attingere ex eo patet quod Dauid profectus וַיִּשְׁבֹּב *ut verteret manum ſuam*, vel וַיִּשְׁבֹּב *ut conſtitueret manum ſuam in fluium Euphratem*, id eſt vt ad Euphratem vſque imperij ſui limites propagaret, percuffit Adar-ezerem regem Soba 2. Sam. 8. 3. & 1. Paral. 18. 3. Eòdem facit quod Adar-ezer auxiliares copias educit è *Syriâ quæ trans flumen eſt*, id eſt è Meſopotamiâ proximâ 2. Sam. 10. 16. & Pl. 60. 2. Euphrates igitur ^D Syriæ Soba limes fuit Orientalis, vt Occidentalis terra Chanaan & Syria Damascena. Quibus vicinam fuiſſe ſuadet quod Sobæis tam ſæpe res eſt ^E cum Iudæis & Damascenis. Ita Saul 1. Sam. 14. 47. Dauid 2. Sam. 8. 3. & 10. 6. Solomon 2. Chron. 8. 3. bello Sobæos adoriuntur. Sed Damasceni ſuccurrunt 2. Sam. 8. 5. Et Razon è Sobâ fugit Damascum 1. Reg. 11. 24. Hoc præcipuum quod Palmyra & vicinæ vrbes quas in deſerto ædificauit Solo-

- A** Solomon 1. Reg. 9. 17. 18. leguntur sitæ fuisse in Hamath Soba 2. Paral. 8. 3. 4. ut iam Syriæ Soba situs non possit ignorari: Quò loco enim fuerint Palmyrenæ solitudines ex Plin. & Ptol. notissimum. Itaque hallucinatur Iosephus qui Aram Soba statuit esse Sophenê, cum Sophene in Armeniâ sit trās Taurum & Euphratem. Sed & Alep, olim Beroëa, videtur esse remotior quam ut ibi commodè statuat Aram Soba, quæ Beniamini sententia est, & Alepensium hodie teste Teixeira. Sobæorum post Solomonis tempora ideo rara mentio, quia eorum vires à Saule, Dauide & Solomone ita fractæ & accisæ sunt ut deinceps in obscuro latuerint. Tamen in Iosepho Gorjonde legitur Hircanus expeditionem suscepisse in Syriam Sobam. Verum is
- B** Soba de suò addit, cum Syriam simpliciter scripserit verus Iosephus. At in Ptolemæo Sabe & Barathena, Arabiæ desertæ vrbes in Palmyrenæ finibus, videntur esse Soba & Berothai Sobæorum oppida, quorum in Scripturâ mentio. Et Seruius qui Sabæos Libano & Antilibano vicinos facit, Sabæis perperam tribuit quod de Sobæis alicubi legerat. Insuper quò loco legimus apud Plinium in media Syriæ ad Libanum penetrasse Nubeos Arabes, Plinius ut quidem puto, Sabeos vel Sobeos scripserat, non Nubeos qui nullibi sunt. Nombæi enim vel Nobæi quomodo legendum coniectat vir maximus, non Arabes sed Iudæi erant, à Libano remotissimi, in viâ quâ itur Diospolim, Ierosolymis tam vicini ut ex eorum vrbe Nobâ vel Nombâ Ierusalem posset conspici.

Edit. Basili;
1. 4. c. 4.Antiq. 1. 23.
c. 17.

2. Sam. 8. 8

lib. 6. c. 26.

Hieron. in
Es. 10.

Iam quæ sequitur Aram Dammesek est Syria Damascena. Ita cum Plinio & Melâ vocamus Syriæ partem inter Libanum & Antilibanum comprehensam, cuius caput Damascus Es. 7. 8. Fuit hæc vallis πολώνυμοι: Nam & הובא Hoba vocatur Gen. 14. 15. & ואלו בקעת און vallis Auen, & בית-עדן Beth-Eden sedes voluptaris Amos 1. 5. & חדר הדרac Zach. 9. 1. Et à Strabone οὐλίον πεδίου. Et ab incolis ἄλγαντα Algauta Geographiæ Nubiensis clim. 3. part. 5. Et Polybij lib. 5. Ἀμύκη id est ἄμικα Amica profunda. Quorum dicitur infra. Rigatur quinque fluminibus. Ex Hermone monte descendunt duo maximè insignes, Abana & Pharphar 2. Reg. 5. 2. quorum hic urbem alluit, ille mediam secat: Benjamin Itiner. pag. 55.

D Quæ supersunt Aram Maacha 1. Paral. 19. 6. & Aram-Beth-Rehob 2. Sam. 10. 6. Chananæorum fuere potius quam Syrorum oppida. Maacha est Ptolemæi Epicæros Palestinæ vrbs trans Iordanem. Saltem Deut. 3. 14. & Ios. 12. 4. 5. & 13. 11. 13. pro Hebræo Maacha in Chaldæâ paraphrasi legitur ἑπικῆρος Epicæros. Neque repugnat situs. Rehob fuit in limite Aquilonari terræ Chanaan, non procul ab Emath quæ alio nomine dicitur Epiphania. Vide Num. 13. 21. Maacha tribui Manasse, Rehob tribui Aser obigit Ios. 13. 11. & 19. 28. Sed utramque Chananæi Iudæis inuitis retinuerunt, Ios. 13. 13. & Iud. 1. 31. Hæc in Scripturâ cum aperta sint, plerique tamen Aram-Maacha volunt esse Comagenam, id est eam Syriæ partem quæ Tauro & Amano contigua est, cuius caput Samosata. Et Aram-Beth-Rehob vir magnus confundit cum Saül-Rehoboth vrbe ad Euphratem positâ Gen. 36. 37. Putauerunt nimirum ad Syriam proprie dictam pertinere Maacha & Rehob, propter nomen Aram præfixum. Sed nihil obstat

K

quominus etiam iis commune fuerit hoc nomen qui cum verè Syri non essent, tamen Syrorum mores & naturam exprimebant. Tale est quod Marc. 7. 26. Syrophœnissa vocatur mulier quæ verè Syra non erat, Sed Chananæa Matth. 15. 22.

CAPVT SEPTIMVM.

Semi nepotes ex Aram.

Qui Semi nepotes Gen. 10. filiis accensentur 1. Par. 1. Filius pro nepote passum. Aliter consiliat Cappellus.

Semi filii accensentur Hus, & Hul, & Gether, & Mas, vel Mesech, 1. Paral. 1. 17. qui tamen propriè filij non erant, sed ex Aramo nepotes, vt habetur Gen. 10. 23. verum filij nomine saepe intelligitur nepos. Tale est Laban filius Nachor Gen. 29. 5. id est nepos ex Bathuele, & Mephiboseth filius Saül 2. Sam. 19. 24. id est nepos ex Ionathane. Vir summus, meus olim præceptor, Ludouicus Cappellus, in præstanti opere nondum excusso, multo aliter soluit hunc nodum. Vult enim in Hebræo textu Paralipomenon capituli primi versu decimo-septimo post וְאִרְיָא supplementum ex Gen. 10. 23. וְאִרְיָא וְנֹחִי אִרְיָא quæ omissa fuerint propter ὁμοιοπαθητικόν. Aliorum esto iudicium.

CAPVT OCTAVVM.

Vts Gen. 10. 23.

Vts condidit Damascum. Ex וְיָצָא factum Arabum *Ganta*, nomen Damascenæ vallis, & וְיָצָא permutantur. וְיָצָא etiam pro quavis valle. *Ganta* & *Alganta* in Arabica & Chald. Paraphr. Eius descriptio ex Nubiensi. Statio XXVM pass. *Amyca* Polybij. Alius *Vts* ex quo *Ausis* Iob. 1. & *Ausis* male *Aisita* in Pto. Tertius *Vts* è posteris Edom, vnde Idumæa terra *Vts*.

Arami filiorum quatuor *Vts* primogenitus creditur condidisse Damascum. Ita veteres docent summo consensu. Atque huc facere videtur quod Damascena vallis hodieque ab Arabibus vocatur וְיָצָא *Gaut* & וְיָצָא *Ganta*, & articulo præfixo וְיָצָא *Alganta*, sono quidem diuersissimo, sed iisdem fere literis. Nam *Vts* Hebraicè est וְיָצָא: litera *aiin* initialis sonat vt *G* in וְיָצָא *Gaza* & וְיָצָא *Gomorra*, & Arabicè quoties habet punctum adscriptum. Et *tsade* finali mutatur in *teth* vt in Tyro & Tani ex וְיָצָא & וְיָצָא. Quo exemplo in Syris vocibus וְיָצָא *capra*, וְיָצָא *meridies*, וְיָצָא *piger*, וְיָצָא *adustio*, וְיָצָא *unguis*, וְיָצָא *tegere*, *teth* est pro Hebræo *tsade*. Itaque mutatio וְיָצָא in וְיָצָא plane est analogica. Arabs paraphastes Luterie nuper editus pro וְיָצָא *Vts* hic habet וְיָצָא *Alganta*. Si quis *Gaut* putet nomen esse appellatiuum non proprium, quia nonnunquam, licet raro admodum, *gaut* & *ganta* dicitur etiam quæuis alia vallis, atque hinc וְיָצָא *taguit* profunditas: Respondeo sic appellari etiam alias valles ad exemplum Damascenæ, quæ vallis est celeberrima. Tale est

Otrum scripserit; quid his nominibus commune cum Hebræo חול Hul vel Chul?

Si quis coniecturæ locus, חול videtur potius insedisse Χολοβηθίνω Cholobetenen: Ea fuit pars Armeniæ cuius Satrapa erat Tigranes. Stephanus: Χολοβηθίνη, μίση. Ἀρμενίας: Ἀρριανὸς ἐκ τῶ Παρθίων. Τίγρης ἀρχόμενος, ἀπὸ χεπη σαλαπίης. ἢ δὲ χέση. ἢ δὲ χέση. ἢ δὲ χέση. Χολοβηθίνη ὀνομάζεται. Cholobetene Armeniis erat חולבית Cholbeth Choli domus, vocibus trāspositis vt in חולבית Tigranocerta pro vrbē Tigranis. Quadratus apud Stephanum: Καὶ ὠκισε τὴν Τίγρησιν χεπη, ὃ δὲ ἐστὶ τῆ Παρθίων φωνῆ Τίγρησιν πόλις. Sunt & eiusdem Armeniæ diuersæ vrbes in Ptolemæo, Cholis, Choluata, Cholimma, Colsa, Colana, quarum nomina videntur eodem alludere.

lib. 1.

Armenos dicit Stephanus Phryges esse genere, & linguam Phrygum in multis imitari, Ἀρμένιοι δὲ ὄμνησθησαν ἐκ Φρυγίας, ἐκ τῆ φωνῆ πολλὰ Φρυγίζουσι. At Strabo multo aliter: ὃ δὲ Ἀρμενίων ἐστὶν, ἐκ τῆ Σύρων, ἐκ τῆ Ἀρβίων, πολλὰ ὁμοφυλίαν ἐμφαίνει, κατὰ τε τὴν ἀλέκτον, ἐκ τῆ σαρμάτων χεσηκίης, ἐκ μάλιστα καὶ πλεσιώχου ἐστὶ. Armeniorum, Syrorum & Arabum gentes multum prae se ferunt cognationis sermone, vitæ, corporum formâ, maximè ubi vicini sunt. Verissimile est Armenos partim ex Syris partim ex Phrygibus coaluisse, & ex gentis vtriusque linguâ tertiam conflauisse. Saltem Syriace scripsisse videtur posse colligi ex his Polyæni de Eumene: Ἐπιστολὴν ὡς ἔστιν ὁ ἐπίσης Σαρδάπυ ἢ Ἀρμενίας γενεαμμένω Συριοῖς γεγραμμένη ἐπιστολὴν protulit Syriacis literis scriptam, tanquam ab Armeniæ satrapâ Oronte.

CAPVT DECIMVM.

חול Gether Gen. 10. 23.

Gether quo loco habitauerit incertum, Gether pro Iatthir in Vulgarâ. Getara pro Gagara in Ptol. tab. Getharia in Nub. pro Gerenia. Mercerus notatur. Cares & Acarnanes Hieronymus, Bactros Iosephus ex Gethere deducit. Bactri ex חתרת Begethara, vt Bosphorus ex חתרת Bispharad. Forte a Gethere Gethri amnis, Centrites Xenophonti & Diodoro, inter Carduchos & Armenos. In Arab. paraps. Algerameka. In Nubiensi Algiornek, in Paulo Veneto Ergimul regio muscho fecunda.

Clim. 4.
part. 4.

Gether locum ne aut populum aliquem de suo nomine appellauerit Thaud quaquam scio. Mihi saltem nullus occurrit. Nam in Vulgarâ Gether i. Regum. 30. 27. est pro Hebræo חתרת Iatthir. Et ubi Getara pingitur in Ptolemæi tabulis ad mare Caspium in Albaniâ, Græcus codex habet Γάρα. Gagara. Denique in Peloponnesi descriptione apud Geographum Arabem Gethuria videtur esse Laconia Gerenia.

Ex Gethere descendisse scribit Mercerus Acarnanes, Cares & Bactrianos vicinos inter se populos. Quod viro alioqui impense docto excidisse mirum est. Cum nemo sit qui nesciat quantis locorum interuallis à se inuicem distiti sint Acarnanes in Græciâ prope Epirum, Cares in Asiâ Minore, è regione Rhodi insulæ, & Bactriani in intimâ Asiâ ultra mare Caspium. Sed errori ansam dederunt Iosephus & Hieronymus, quorum ille Bactrianos, hic Cares & Acarnanes deducit ex Gethere. Fallor aut Sy-

Plin. l. 6. c. 27. Amm. l. 23. mia Mesenes vt in Plinio, vel Apamia Mesene vt in Ammiano legitur, A
 vrbs est quam Tigridi aquæ ambiunt Stephanus: Απαμεία ἔστι ἐν ἄλλῃ ἐν τῇ
 Μεσηνῶν γῆ ἢ Τίγρητι περιεχομένη. Plinius: *Tigris circumfunditur huic.* Obiter
 notâ vrbes huius nominis fere quotquot sunt aquis pariter circumfundi.

Plin. l. 5. c. 29. Plinius de Apamiâ Phrygiæ: *Sita est in radice montis Signia circumfusa*
Marsia. Stephanus de Apamiâ Syriæ: ἐκλήθη ἐν χερρόνισσῳ ἀπὸ χειρῶν τῶν
 ὕδατων, *vocata est Cherronesus ab aquis quibus circumfunditur.* Ptole-
 mæus de Apamiâ Babyloniz, præter loca quæ iam citata sunt: Ἀπαμεία
 ὅφ' ἔστι βασιλεία ποταμῶν ὧν Τίγρις συμβόλη, *Apamia sub quâ Basilij flui-*
nij cum Tigri commixtio. Itaque verissimum puto quod obseruauit vir ma-
 ximus, Apamiam nec à Seleuci nec ab Antiochi matre dici, sed vocem B
 esse Syram, quamuis illius originem non videatur plene assequi, quæ tota
 latet in Ionæ verbis cap. 2. v. 6. אֶפְרַתַּי מֵאֵי (aphaphuzi maijm) *circumde-*
derunt me aqua. Docti sciunt quid velim.

CAPVT DVODECIMVM.

Lud, ηλ

Lud Iosepho & aliis Lydorum pater. At iuxta Græcos scriptores Lydi olim Meones dicti C
 à Mæone patre Cybeles, & Lydi postmodum à Lydo Atys filio, & ab utroque *Attalyda*
 vrbs. Contra *Lud* Phœnicibus flexuosum esse significat, vt ηλ Hebr. & ηλ Arab. Inde *Lud*
 dicta regio prope Mæandrum, & Aethiopia sub Aegypto vbi Nilus maximè tortuosus est.
 Lydiam esse ad Mæandrum. Multa de Mæandri flexibus. *Lud* loci, non viri, nomen. *Lud* quasi
 fiat à ηλ quod Græci μαίωμαι vertunt, *Maior* redditum, vnde *Meones*, *Mæonia*, *Meander*,
Mæon fluius. Ad Lydos etiam referri Cares & Mysos, Lydi ludorum inuectores. ηλ Ly-
 dia fercula Talmudicis. Καρύκη. Κάρισαυλα Lydorum edullia. Baccharis Lydorum vnguen-
 tum. In cadorem speciebus ηλ *Ludiorb.* Lydi caupones. Lydorum antiquitas. Colonia.
 Fortitudo. Maris imperium. Res gesta Alyattis & Cræsi. Lydos sagittandi peritissimos fuisse
 præbant ex Esaiâ & Ieremiâ. Tamen ibi res de alijs Lydis. Lydorum arma non sunt sagittæ,
 sed hasta & iacula, & regum gestamen Labris id est securis. Vnde Labradius Iuppiter. Vnus
 Polyænus eos τριζών de suo scribit. Afcalonem ab Afcalo Lydo Tantalij fratre esse conditam
 eut videatur fabulosum: Lydorum mollities. Λυδίαζον, Λυδοπαχίς, Λυδορόιτος. Ladon pfo
 Paëtolo, & Hyde pro Sardibus.

A B isto *Lud* Lydos deducunt Scriptores Ecclesiastici. Iosephus: ὅς ἐστι
 Λύδης νῦν καλεῖται, Λύδης ὅτε, Λύδας ἔκτισε, quos autem Lydos nunc vo-
 cant, tum verò Ludos, condidit Ludas. Eustathius in Hexaemero. Λύδαι ἀπὸ
 Λυδαίου, οἱ νῦν Λυδοί, *Lud* à quo *Ludæi* qui nunc Lydi: Ita etiam Eusebius,
 Hieronymus, Isidorus, alij.

At Græci hoc quicquid est multo aliter definiunt. Lydos enim olim af-
 ferunt Mæones vel Meones fuisse dictos, & Lydiani Mæoniam. Herodo-
 tus musâ primâ: ὁ δὲ μὲν Λύδοι, &c. ὁ ἄριστος Μήων καλεόμενος ποῦ υἱὸς Λυ-
 δίου qui prius *Meon* appellabatur. Strabo lib. 13. ὅς ἐστι Θήβης πεδίον Λυδοί οἱ ὅτε
 Μήοιες *Thebes campum* (Troiani belli tempore) *Lydi* (occupabant) qui
 tum dicebantur *Meones*. Idem ibidem de Sardibus: Βασιλεὺς δ' ὠνήρως τῶν
 Λυδῶν, ὅς ἐστι παιστής καλεῖται Μήωνας, οἱ δ' ὕστερον Μάονας, *Lydorum* fuit regia quos
 poeta vocat *Meonas*, posteriores autem *Mæonas*. Dionysius Halycarnas-
 seus lib. 1. de Tyrreno: τῶν δ' ὅτι Λυδῶν ἐστὶν ὁ γένος ἐκ τῶν ἄριστων Μήονίας κα-
 λεόμενης, *Eum* autem genere *Lydum* fuisse tradunt è regione quæ olim *Meionia* E

A vocabatur. Plinius lib. 5. c. 29. *Lydia autem &c. Maonia ante appellata.* Proinde Homerus saepe Meonum & Meoniae circa Tmolum & Gygaem paludem, at Lydorum & Lydiae nusquam meminit.

Meones porro & Meoniam à Meone dici volunt Phrygiae & Lydiae priscò rege. Claudianus in Eutropium lib. 2.

...dicti post Maonia regem

Maones.

Putatur is fuisse pater Cybeles matris Deorum. Diodorus lib. 3. οἱ δὲ ἐν γῆσι μὲν λέγουσι τὸ παλαιὸν Ἰνδῶν βασιλεῦς Φρυγίας ἔξ Λυδίας Μήονα. γῆν μάλιστα τὸ Διυδίμω γενῆσαι μὲν πατρίον θῆλυ &c. ἔξ ἀπογονοῦ Κυβέλλω, **B** *Fabulantur incolae Phrygiae quondam & Lydiae regem fuisse Meonem, qui ex uxore Dindyme puellam genuerit &c, et Cybelem appellauerit.* Euseb. praeparat. lib. 2. Φρύγες δὲ φασὶ Μήονα βασιλεύσαντα τῆς Φρυγίας πατρίδα Κυβέλλω κτήσαντα. *Meonem asserunt Phryges, cum in Phrygiâ regnaret, Cybelem genuisse.*

Diu post hunc Meonem ibidem regnasse traditur Lydus Atyis filius à quo Lydia & Lydorum nomen factum postmodum. Herodotus ubi supra de iis qui ante Heraclidas Lydiae regnum obtinuerant: ἦσαν δὲ πρόγονοι Λυδῶν τῶν Ἀττύων δὲ τὸ πῦρ ὁ δῆμος Λυδίας ἐκλήθη ὁ πᾶς ἔθνος, ἀπὸ τῶν Μήων κληόμενος, **C** *erant oriundi à Lydo filio Atyis, à quo Lydius dictus populus ille uniuersus, cum Meon ante diceretur.* Dionysius Halycarnasseus lib. 1. ἐκ τῆς Ἀττύος ἔξ Καλλιθέας τῆς χερσὶν Λυδῶν φύται, ἔξ Τυρρήνων, ἔξ τῆς μὲν Λυδῶν ἀπὸ καταμένοντα, τὴν παλαιὰν ἀρχὴν καταλείβον, ἔξ ἀπὸ αὐτῶν Λυδίας τὴν γῆν ὀνομασθῆναι. *ex Atye verò & Callitheâ Chorae filia Lydum & Tyrrhenum nator, et Lydum quidem qui ibi remanserat paternum regnum suscepisse, & ab eò Lydiam regionem esse dictam.* Tale est quod Lydiae oppidum Attalydam compositum nomen habere volunt ex Attye & Lydo, quia à patre Attye inceptum opus filius Lydus absoluit. Stephanus Ἀττάλυδα πόλις Λυδίας κληθεῖσα ἀπὸ Ἀττύος, ἔξ μὲν γὰρ αὐτῆς ἔκαστος Λυδῶν τῶν πατρῶν αὐτῶν.

D *Hæc si vera sunt, Lydiae nomen multo est recentius quàm ut ad Ludum possit referri. Sed Maonem & Lydum reges esse commentitios, & Lydorum nomen vetustissimum, atque in Maonum vocabulo latere puto.*

Res ut intelligatur, dicendum est de nomine τὸν Lud à quo Lydi dicuntur. τὸν Lux Hebrais est *declinare, obliquare, torquere.* Hinc Prou. 14. 2. pro Hebraeis נלון ונלון Septuaginta habent ὁ δὲ σκολιάζων τῆς ὁδοῦ αὐτῆς *qui tortuose incedit viis suis.* Et Prou. 2. 15. in iisdem legas κερπύρα αἱ τρεῖς ἑστῶν *flexuosi cursus eorum,* ubi Hebraea מתולעמת עינים. Ibidem Chaldaeus מלתא *distorti:* R. Selomo מומיקו *curui,* & מלוקמו *flexuosi:* Aben-Ezra מלוקמו *tortuosi.* Idem in Es. 30. 14. dicit נלון esse תהפוך *contrarium recto.* Ex Hebraeo τὸν Lux Syri & Phœnices נלון fecerunt Z & D de more permutatis, ut in נון & נון & נון & נון & נון & נון &c. Arabes item **E** quibus τὸν id ipsum est quod Hebraeis נלון: Giggeius τὸν *flexuosus fuit, sinuosus fuit,* מלוקמו τὸν *fluuij anfractus & flexus* מלוקמו τὸν *fluuius flexuosus.*

Inde Phœnices à quibus Geographica vocabula pleraque mutuatus est Moses, Lud appellarunt duo loca quæ sunt ad fluuios maxime anfractuofos, Lydiam scilicet quæ est ad Mæandrum, & Æthiopiam sub Ægypto ubi

lib. 2. c. 29.

teste Herodoto *σκολιὸς καὶ ὡς περ ὁ Μαιάνδρος ὅτι ὁ Νίλος tortuosus est Nilus sicut Mæander.* Sed de Æthiopiâ dicetur suo loco, cum docebimus qui sint Ludim Gen 10.13. Nunc de Lydiâ.

lib. 12.

Lydiam ad Mæandrum sitam fuisse constat ex veterum scriptis. Scylax Caryandensis sic in periplo Lydiæ: *Ἀστύριος ὁ Μυσίας καὶ Λυδίας ἀπὸ Ἀστύριον μέχρι Μαιάνδρου ποταμοῦ; Præternavigatio autem Mysiæ & Lydiæ est ab Astyriis usque ad Mæandrum fluvium.* Plinius lib. 5. cap. 29. *Lydia autem perfusa flexuosi amnis Mæandri recursibus.* Maximus Tyrius Serm. 38. *ὁ μὲν δὲ Λυδίας περὶ ὁ Μαιάνδρος, Mæander quidem in Lydiam profluit.* (Latinus interpres perperam in Lyciam) Inde est quod in Meonia siue Lydiâ *πεδίον Μαιάνδρου campum Mæandrium* ponit Dionysius Perieg. v. 837. Strabo etiam apud quem Mæander *ἡσείξῃ τὴν Καρίαν καὶ τὴν Λυδίαν καὶ ὁ Μαιάνδρος καὶ τὸν πεδίον.* Cariam à Lydiâ determinat ad campum qui Mæandrius dicitur.

Mæandrum item constat fluuiorum omnium maxime esse sinuosum. *Μόνος δὲ, καὶ πρῶτος τῶν ποταμῶν ἀπὸ τῶν ἰδίων ἀρχόμενος ἀναστρέφεται εἰς ἑαυτὸν καὶ πάλιν ἐπιπέσει.* Solus enim ex omnibus fluuiis ab ipsis fontibus incipiens, in se ipsum recurrit. Ita Plutarchus in Libello de fluminibus. Et Ovidius Metam. lib. 8. Fab. 2.

*Non secus ac liquidis Phrygiis Mæander in undis
Ludit, & ambiguo lapsu resluitque fluitque,
Occurrensque sibi venturas aspicit undas,
Et nunc ad fontes, nunc ad mare versus apertum,
Incertas exercet aquas.*

Et lib. 9. Fab. 11.

-- Mæandri toties redeuntis eodem.

Et Silius lib. 7.

Cum sibi gurgitibus flexis reuolutus oberrat.

Et Propertius lib 2.

--- ut Phrygio fallax Mæandria campo

--- Errat, & ipsa suas decipit unda vias.

Et Seneca in Hercule furente.

---- qualis incertâ vagus

Mæander undâ ludit & cedit sibi,

Instatque dubius littus an fontem petat.

Et Plinius: Mæander, &c. *crebris ita sinuosus flexibus ut saepe credatur reuerti.* Et Strabo: *σκολιὸς ὡς εἰς ἑαυτὸν ὡς περ ὁ Νίλος.* ὡς ἔχει τὸ σκολιὸς ὡς εἰς ἑαυτὸν ἀπὸ τῶν Μαιάνδρου καὶ τῶν ἰδίων ἀρχόμενος. *obliquus supra modum, ita ut ab eo Mæandri appellentur omnes obliquitates.* Sic apud Hesychium: *Μαιάνδρος εἰς ἑαυτὸν ἰππικίας Mæander genus ludi equestris, quò equi multiplicibus flexibus & gyris agitantur,*

---- alternosque orbibus orbis

Impediunt.

Apud Festum Mæandrum picturæ genus dictum à similitudine flexus amnis qui appellatur Mæandrus. Vnde poëta 5. Æneid.

-- pluri-

----- plurima circum

Purpura Mæandro duplici Melibæa cucurrit.

Vbi Seruius : Erat in chlamyde flexuosa, & in se remeabilis purpura. Sed & Mæandri dicuntur vafra & obliqua consilia. Tullius in Pisonem : Quos tu Mæandros, &c. quæ diuerticula flexionesque quæfisti?

Itaque tam Mæandri quam Nili flexus, quos inter se confert Herodotus, Phœnices verissimile est לוד Lud appellasse, atque inde לודים Ludos seti Lydos vtriusque accolos. Neq; aliud sonat quod à Mose Lud accēsetur filiis Semi. Ludi enim nomine patrem illorū intelligit qui à situ locorum Ludi vel Lydi dicti sunt. Tale illud 1. Paral. 2. 54. Filij Salmæ Bethlehem, &c. Nam viri nomen esse Bethlehem nemo dixerit, cum Hebraicè Bethlehem significet domum panis. Est igitur loci nomen à fertilitate sic dicti. Tamen Salmæ filius dicitur esse Bethlehem, id est pater Bethlehemitarum. Ita Lud Semi filius, id est Lydiæ conditor.

Iam docebo hūc pertinere etiam Mæandri nomen & Mæonum & Mæonia. לודים Ludim & Lydos Hieronymus & alij natos explicant, id est לודים לודים לודים à verbo לוד quod in cal parere significat & in piel obstetricari. Septuaginta μαιῶν reddunt Exod. 1. 16. & מלדה מלדה, id est obstetricem Gen. 35. 17. & passim. Vnde est quod לוד Lud & לודים Ludim Græcorum vetustissimi Μαίονες reddiderunt & Μαίονας & Μαίονιδου, vocibus tam ad μαιῶν & μαιῶν δει alludentibus quàm לוד & לודים ad לוד quod id ipsum significatur. Cui allusioni maxime fauet quod initiale Iod saepe deficit. Sic à לוד fit לוד לודא partus. Neque id veteres prorsus latuit Mæoniam non dici à rege sed à fluuio Mæone. Stephanus : Μαίονια, ἢ Λυδία, ἀπὸ Μαίονος ποταμοῦ Μαίονια Lydia à Mæone fluuio. Mæon idem qui Mæander siue Lud Phœnicibus. Sed sequentia opus habent medica manu : ἀπὸ Μαίονος ποταμοῦ τὸ ὄριον τῆς Ἀχαιῆδος γῆς περὶ τὸν Μαιονίδα γῆν circa terram Achaicam fluit. Scilicet. Imo ἀπὸ τῆς γῆς Μαίονιδου γῆν circa terram Mæonidem, id est Lydiam.

Ludorum nomine Phœnices etiam Mysos intellexisse puto, & Cares qui trans Mæandrum Australem Asiæ partem habitandam sibi sumpserant. Cares enim & Mysos eiusdem fuisse cum Lydis originis ex Herodoto discere est, qui de Caribus hæc habet lib. 1. ἀποδεικνύσι δὲ ἐν Μυλασσίοις Διὸς Καραῖς ἐστὶν ἀρχαῖον, τὸ Μουσίου μὲν ἐν Λυδοῖσι μέτεσι, ὡς ἡγορηθῆναι ἐστὶν Ἰσὶ Καραῖς. ἢ δὲ Λυδοῖν ἐν τῇ Μυσῶν λέγει ἐστὶν Καραῖς ἀδελφῶν; In Mylassis Iouis Carij delubrum vetus ostenditur, quod Mysis etiam & Lydis commune est, ut qui sint Carum germani. Quippe Lydum & Mysum Caris fratres esse dicuntur.

Vt Græci Lydos appellant, tamen Ludos dici recte indicio sunt Romanæ voces Ludus, Ludo, Ludio, &c. inde deductæ. Ludorum enim inventores Lydi putantur. Herodotus lib. 1. Φασὶ δὲ ὡς ἐν Λυδοῖσι ἐν τῇ παλαιῇ τῆς γῆς ἐστὶν ἀρχαῖον, τὸ Μουσίου μὲν ἐν Λυδοῖσι μέτεσι, ὡς ἡγορηθῆναι ἐστὶν Ἰσὶ Καραῖς. ἢ δὲ Λυδοῖν ἐν τῇ Μυσῶν λέγει ἐστὶν Καραῖς ἀδελφῶν; eos se reperisse ludos qui ipsis cum Græcis communes sunt. Hesychius : Λυδοῖσι τῆς γῆς ἀρχαῖον λέγονται, ὅθεν καὶ Ῥωμαῖοι λούδος φασὶ; Lydi ipsi spectacula inuenisse dicuntur, unde & Romani ludos dicunt. Tertullianus de spectaculis cap. 5. Ab his origo ludorum sic traditur, Lydos ex Asiâ transuenas in Hætru-

Nilus A
is qui
scylax
A 50
lia est
a au-
m. 38.
Lati-
Lydiâ B
Stra-
Mayai-
can-
sum.
é au-
in se
eram.
C
D
E
agi- B
nnis
luri-

L

lib. 2. p. 97. *ri a confedisse, &c. Inde Romani accersitos artifices mutuuntur, tempus, enu-
ciationem, ut ludi à Lydis vocarentur.* Dionysius Halicarnasseus: *ἡ εἰς τὴν
ἑσπέρην τὴν πομπῆς ἡγεμόνες καλεῖται μετὰ τὴν ἀποκρίσιν τὴν ἀπὸ Λυδῶν ἐξέρρη-
ξαι δὲ τοὺς Λυδίους* *Et pompæ illius duces à ludo cuius inuectores Lydi cre-
diti, ludiones vocantur.* Isidorus: *Ludi à Lydiis vocati sunt.*

Orig. 1. 18.
c. 16.
Aruc in
77

Talmudici *לודיות* *ludioth* vocant, id est Lydia fercula intriti aut placen-
tæ genus ex amylo, nucibus & malis Punicis. Ita Græcis *καρύκη* & *καρύδουλος*
siue *καρύδωλα* sunt edullia Lydorum propria, illud ex sanguine, hoc ex
amylo, caseo, melle, pane, carne & caseo conditum. Et Baccharis voca-
tur *μύρον Λυδῶν* *Lydorum unguentum.* Vide Æschyli Schol. in Sept. ad The-
bas. Etiam in cadorum speciebus *לודיות* *ludioth*, id est Lydios Talmudici
iure recensent, cum Lydi mortalium primi cauponariam exercuerint, vn-
de Proverbio locus *Λυδὸς ἡγοτιλδύς.*

Athen. 1. 12.
Gal. in Lex.
Plut. Sym.
lib. 4. Jul.
Poll. lib. 6.
&c. Aruc. in
77
Herod. 1. 1.

Gentis antiquitas etiam ex fabulis patet. Nam Attis, Tantalus, Pelops,
Niobe, Arachne Lydi fuerunt. Amplitudo ex coloniis quæ in Peloponne-
sum & Cariam migrarunt, sed & in Etruriam vt volunt. Fortitudo ex re-
bus gestis. Circa tempora Iephthe, annis ante Dominum circiter MCC
Lydi maris imperium Cretensibus ereptū obtinere per annos XCII. Euseb.
anno DCCCXL, ex libro veteri *ὡς τὸ γὰρ καλοῦσιν αὐτῶν*, cuius author Castor
Rhodius apud Suidā: *Λυδοὶ, οἱ ἐν Μαίονες ἐκαλεῖσθαι ἔτιν Γβ.* Et rursus anno
MCCCXLI. *Post Caras mare obtinuerūt Lydi.* Aliquot post sæculis Lydorum
Rex Alyattes vrbes vicinas inuasisse non contētus, etiam Cyaxari & Medis
bellū intulit vltro, & Cimmericos ex Asiā exegit. Et Alyattis successor Crcæ-
sus omnes Asiæ populos qui sunt intra Halym fluuium, vt Phrygas, My-
sos, Bithynos, Paphlagones, Iones, Æoles, Dores, Cares, Pamphylos, Ly-
cios, Cilices imperio subiecit. Vt merito Herodotus ætate illā neget vl-
lam in Asiā fuisse gentem bellicā fortitudine cum Lydis conferendam.

Ezech. 17.
10.

Proinde tam ad Asiaticos quàm ad Africanos Ludos hæc Ezechielis re-
ferri queant, *Perse & Ludi & Phutæi fuerunt in exercitu tuo bellatores
tui.* Nisi quis Africanos ideo malit intelligi, quia iunguntur cum Phu-
tæis.

Sunt qui Lydos *ὄξυες* peritissimos fuisse colligunt ex his Ieremiæ 46.9.
Lydi arripientes & iacientes sagittas. Et Esaia 66.19. iuxta Vulgarum: *In
Africam & Lydiam tendentes sagittam.* In quem locum Hieronymus:
*Lud autem Lydos vocant quorum coloni Hetrusci qui nunc Tusci appellantur,
quondam mittendarum sagittarum peritissimi, & nunc dicuntur tendentes*

Herod. 1. 1.
c. 79.

sagittam. Tamen in Herodoto Lydorum arma non sunt sagittæ, sed hastæ
longæ quibus equites pugnabant: *ἡ δὲ μάχη σφέων*, inquit, *ὡς ἀπὸ ἰππων, δὲ
ἐκπέτε ἐφορέον μεγάλα, ἐν ἀββὶ ἐκ ἰπποδεδῶ ἀγαθοὶ* *Ex equis decertabant, ha-
stasque longas ferebant, & equitandi erant periti.* Et Polybij lib. 5. Lydi sunt
ἀκοντιστῆται *iaculatores*, qui à sagittariis quid differant nemo est qui nesciat.
Et apud Plutarchum in quæstionibus Græcis Lydiæ regum ab Omphale
vsque ad Candaulum gestamen erat securis, quam Lydorum lingua *καβρυά*
labryn vocabant. Vnde in Cariâ Labradensis dictus Iuppiter qui securim

Polyb. 1. 7.

gestabat pro trifulco fulmine. Denique solus veterum Polyænus, quod

A meminerim, Lydos videtur sagittariis adscribere, cum Cyrum iis interdixisse scribit μήτε ὄξυδά, μήτε ἰπποδά εἶτι μαρθεῖν ne amplius sagittare aut equitare discerent. Sed illud ὄξυδά addit de suo. Herodotus enim hoc tantum: ἀπειπε μὲ σφι πέμψας, ἐπὶ λαὸν ἀρήϊα μὴ ἐκπῆσθαι. Et Trogius lib. 1. *Victis arma & equi adempti.* De sagittis aut arcubus ne gr̄y quidem. Itaque Lydi illi sagittarij de quibus Elaias & Ieremias, Asiatici Lydi non sunt, sed Africani supra Ægyptum, vt suo loco dicitur.

Herod. l. 2. c. 175.

Philistæorum vrbs Ascalon conditorem habuisse legitur Lydum Ascalum, Ita refert in Lydiacis Xanthus apud Stephanum, ὅτι ΤαύταλⓄ & Ἀσκαλος παῖδες Ὑμεναῖου. ὃν δὲ Ἀσκαλον ἔπειτα Ἀχιμαδὸς τῷ Λυδῶν βασιλέως ἀπέδεντα & ἐπὶ τὴν ἐξ ἑαυτοῦ ἐπέπεσε, καὶ παρῆεν ἐξ αὐτοῦ πόλιν κτίσαι, ἧν ἂν ἐαυτῷ ὄνομασε Ταντάλῳ & Ἀσκαλῳ Ὑμεναίου υἱοῦ. *Ascalum autem ducem electum à Lydorum Rege Aciamo in Syriâ militasse, & virginis amore captum urbem ibi à se conditam de suo nomine appellasse.* Addit idem haberi in Nicolao Damasceno. Quod mihi tamen suspectum, quia Ascalon vrbs fuit vetustissima, vna è quinque Satrapiis Philistæorum in libris Iosue & Iudicum memoratis.

C Lydorum fortitudo concidit postquam ex Cræsi consilio Cyrus iussit eos armis abstinere, sinuosas ferre tunicas, citharâ & tibiis ludere, Baccho & Veneri operam dare. Exinde Lydorum gens mollitie & luxu fuit infamis. Vnde est quod Λυδογενεῖς & Λυδοπαγεῖς ij dicuntur qui ventri plus nimio indulgent & voluptatibus se immergunt. Et vnguentarij est epithetum Λυδοφοῖνης. Vide Athenæum lib. 15. cap. 12. & quid ibi Casaubonus.

Nescio an ad Lydos referam quod Pactolus Lydiæ fluuius aurifer à nonnullis Ladon dictus est. Varro in Hecatombe: *Ladon fluens sub Sardibus flumen tulit aureum later*: Ladon id est Pactolus. Sed & in Homeri versu quem citat Strabo,

Apud Non. in Later.

Τρόλιον ἔπειτα κρήνην ὕδατος ἐν πτόνι δήμῳ.

Potuit ὕδατος, Sardium nomen Lydiæ metropolis, fieri ex Λυδῆ initiali excisa.

D Sic cærulium pigmentum quoddam Persæ & Arabes γαζυρ lazurd vocant, Græci recentiores γαζυροῖον, nos azur prima reiectâ. Quin & Græcis idem sunt εἰβάν & λείβαν, ἀπὸ γίνῃ & λαπίδω.

E

L ij

genim-
 & Cioy
 Zebri-
 di cre-
 lacen-
 υδύλας
 hoc ex
 voca-
 The-
 iudici
 t, vn-
 clops,
 onne-
 ex re-
 r mcc
 Euseb.
 Castor
 anno
 lorum
 Medis
 Crce-
 My-
 s, Ly-
 et vl-
 idam.
 lis re-
 atores
 Phu-
 46.9.
 m: In
 ymus:
 untur,
 lentes
 hastæ
 v, dy-
 , ha-
 i fune
 sciat.
 phale
 & pui
 urim
 quod

הלש *Sela* Gen. 10. 25.

Diluium significant nomina *Sela* & *Methusela*, illud præteritum, hoc futurum. Quia *Methusela* mortuus ipso diluij anno, *Sela* natus biennio post. Enoch vel חנוך *Chanoc* Ethnicis *Annacus* & *Cannacus*, corruptè *Nannacus*. Enoch & *Methusela* historias ab iis permisceri. Enoch Astrologia inuentor. Eupolemo idem qui Atlas. Enoch Arabibus *Idris*, & Pocius Atlas *Daris*. Cur in Lucâ *Cainan* insertus inter *Arphaxad* & *Sela*, Refelluntur ii qui volunt *Lucam* sequi LXX interpretes: Aut *Cainan* in Hebræo textu desiderari. Potius, ut rectè sentit *Cornel. à Lapide*, *Cainan* errore librariorum tam in sacrum *Lucæ* textum quam in *Græcorum* versionem irrepsisse multis probatur. Non inde sequi quod volunt adum esse de fide, aut in Scripturâ nil esse certi, *Sela* *Sufianorum* patet & *Collæorum*, *Sela* *Sufianæ* vrbs.

Sela הלש Hebræis emissionem significat nempe aquarum super terram, ut *Iob* 5. 10. הוֹצֵא מִן הַשָּׁמַיִם מַיִם וְיַשְׁקֵם הַלְוַיִּים *emittit aquas super faciem agrorum*. Itaque pater pius *Arphaxad*, qui natus erat biennio post diluuium *Gen. 11. 10.* primogenitô suô videtur hoc nomen indidisse, ut tam horreni iudicij memoriam refricaret apud posteros. Ita Enoch propheta summus cum prophético spiritu præuidisset eladem illam filij mortem statim subsequendam, vocauit illum הלש *Methusela*. Quô nomine significabat statim illo mortuo futuram emissionem siue aquarum inundationem in perniciem mundi totius.

Lector obiter monendus est id non latuisse prorsus Ethnicos, qui in eo solum peccant quod Enoch patris & *Methusela* filij historias permiscant & promiscuè sumunt. *Stephanus* in *Ἰκόνιον*, postquam *Iconium* *Lycaoniae* urbem esse dixit ad *Taurum*, de *Annaco*, id est Enocho hæc addit: *Φασὶ δὲ ὅτι ὡς τὸ (lege τὸ) Ἀννακός, ὃς ἐζήσεν ὑπὲρ τὰ τετρακόσια ἔτη. ὧς δὲ πέριξ μὲν τεύσειται, ἕως τίνος βιώσειται. Ἐδόθη δὲ χρησμὸς, ὅτι τὰ τε τελευταῖος πάντες Ἀφραρῆσινται, οἱ δὲ Φρύγες ἀκύναντες ἐρήνοισι σφοδρῶς ἀφ' ἑπισημίας, ὅτι Ἀννακὸς κλέυσεν, ὅτι τὸ λῆος οἰκτιζόμενον, ἡγομένη δὲ τὴν κατακλυσθὲν ὅτι Δευκαλίωνος πάντες διεφάρησαν. Αἰοῦντ ἀὲν Ἰκόνιον Ἀννακὸς εἶναι ἄνθρωπον, ὃς οὐκ ἐπὶ τὴν γῆν ἐβίβησεν, ἀλλ' ἐπὶ τὴν οὐρανὸν ἀνέβη, καὶ ἐκεῖ ἔμεινεν. Αἰοῦντ ἀὲν Ἰκόνιον Ἀννακὸς εἶναι ἄνθρωπον, ὃς οὐκ ἐπὶ τὴν γῆν ἐβίβησεν, ἀλλ' ἐπὶ τὴν οὐρανὸν ἀνέβη, καὶ ἐκεῖ ἔμεινεν.* Aiunt autem *Iconium* *Annaci* fuisse urbem, qui vixit supra trecentos annos. *Proci* incolas ab oraculo sciscitatos esse quamdiu uiueret, datumque esse oraculum, fore ut cū obisset omnes perirent. Quô auditô *Phryges* magnum luctum ediderunt: unde *Proverbium*, *Annacum* flere, de iis qui grauiter lugent. Facto autem diluuiio sub *Deucalione* omnes perierunt. *Annacus* siue *Enochus* verè dicitur vixisse supra trecentos annos: Attingit enim annum CCCLXV. Sed reliqua de diluuiio in ipsius morte falsa sunt, nisi de filio intelligantur. Alij *Cannacum* scribunt, propter aspirationem densam initio vocis *חנוך*, quam *Græci* passim per *K* efferunt. *Erasmus* in *Adagiis*, τὸ *Καννάκω*, id est res aut mala *Cannaca*. *Bisariam* hæc utebantur paroemiâ vel de rebus ob vetustatem admirandis, vel de lamentis &c. *Cannacas* quispiam *Phrygum* Rex, quem admodum narrat *Hermogenes* in *Phrygiis*, cum præuidisset euenturum diluuium, conuocatis omnibus ad templa *Deorum*, multis lachrymis supplicabat *Diis* ut id malum auerterent. Vnde *Herodes* *Jambographus* inquit, ἵνα τὸ *Καννάκω* κλέυστω, id est ut *Cannaca* more plorem. *Καννάκω* vel *Ἀννακὸς*

Chil. 1. cent.
8. Adag. 19.

A id est Chanochi vel Enochi, quem præuidisse diluuium, & inde natâ occasione homines sui temporis ad pœnitentiam & luctum inuitasse, tam ex filij nomine apparet quod ominabatur hoc malum, quàm ex terribili iudicij futuri denunciatione quæ extat in epistolâ Iudæ. In Suidâ pro Annaco vel Cannaco perperam scribitur Nannacus. Νάννακος, inquit, παλαιός ἀνὴρ πρὸ τῶν Δουραίων: τὸν φασὶ βασιλεὺς ἦν πρὸ τῶν Δουραίων, ὁ πρῶτος τῶν μέλλοντων κατακλυσθῆναι, σιωπῶντων πρῶτος εἰς τὸ ἰεὸν, μὴ δακρύων ἰκέεσθαι. Καὶ περιμύθια ἀπὸ Ναννάκου, ἐπὶ τῆς σφόδρα παλαιῶν, καὶ ἀρχαίων. Non possum non addere quæ de eodem Enoch leguntur in Eusebio ex Eupolemo de Iudæis. Ait is Abrahamum cum Astrologiam & alias scientias doceret Heliopoli, affirmasse Babylonios τὴν εὐρεσιν αὐτῆς εἰς Ἐνώχ ἀναπέμψαι, καὶ τὸν ἀρχαίως πρῶτον τὴν ἀστρολογίαν earum inuentionem Enocho tribuisse, ἔθ' illum Astrologiam primam inuentorem fuisse. Sequitur non multo post, Ἐλλίνας λέγει δὲ Ἰβρίων ἀρχαίως ἀστρολογίαν, εἰ καὶ τὸ αὐτὸν καὶ Ἐνώχ, τὸν δὲ Ἐνώχ ἠέδαι ὑπὸν Μαθουσαίου, ὃν πρῶτον δι' ἀγγέλων ἠδὲ γυναικῶν, καὶ ἡμεῖς ἔπισθε ἔπιγνώσκειν: Græcos Atlanti tribuere inuentionem Astrologiæ; Eundem autem esse Atlantem cum Enocho, Enochi porro filium esse Methusalam, quò ab Angelis Dei omnia edocto, nos deinceps ita didicisse. In quibus verbis notandum est Enochum & Atlantem pro eodem haberi. An inde factum quod ut Atlas à Pœnis Duris & Dyris, ita ab Arabibus Enoch vocatur *Idris*. Sed iam è diuerticulo redeundum est in viam.

Euseb. l. 9. præparat.

B Ceret Heliopoli, affirmasse Babylonios τὴν εὐρεσιν αὐτῆς εἰς Ἐνώχ ἀναπέμψαι, καὶ τὸν ἀρχαίως πρῶτον τὴν ἀστρολογίαν earum inuentionem Enocho tribuisse, ἔθ' illum Astrologiam primam inuentorem fuisse. Sequitur non multo post, Ἐλλίνας λέγει δὲ Ἰβρίων ἀρχαίως ἀστρολογίαν, εἰ καὶ τὸ αὐτὸν καὶ Ἐνώχ, τὸν δὲ Ἐνώχ ἠέδαι ὑπὸν Μαθουσαίου, ὃν πρῶτον δι' ἀγγέλων ἠδὲ γυναικῶν, καὶ ἡμεῖς ἔπισθε ἔπιγνώσκειν: Græcos Atlanti tribuere inuentionem Astrologiæ; Eundem autem esse Atlantem cum Enocho, Enochi porro filium esse Methusalam, quò ab Angelis Dei omnia edocto, nos deinceps ita didicisse. In quibus verbis notandum est Enochum & Atlantem pro eodem haberi. An inde factum quod ut Atlas à Pœnis Duris & Dyris, ita ab Arabibus Enoch vocatur *Idris*. Sed iam è diuerticulo redeundum est in viam.

V. Plin. l. 5. cap. 1. Et Strab. l. 17. V. Tarrich. Schickardi p. 24. & Alcoran. passim.

C Cum hic & 1. Paral. 18. Arphaxad legatur genuisse τὸν Σαλα, adeoque Gen. 11. 12. designetur Arphaxadi annus quò natus est ab illo *Sela*, trigessimus quintus scilicet (ita enim habet Moses, *Arphaxad vixit annos triginta quinque & genuit Sela.*) Mirum à Lucâ inferi Cainan inter Arphaxad & Sala cap. 3. vers. 36. ac si Sala non fuerit Arphaxadi filius, sed nepos ex Cainan.

D Sunt qui Lucam hic sequi volunt lxx. Interpretes, apud quos itidem legas in loco in quò versamur: Καὶ Ἀρφαξὰδ ἐγέννησε τὸν Καϊνὰν, καὶ Καϊνὰν ἐγέννησε τὸν Σαλα; Et cap. sequenti: Καὶ ἐζήσθη Ἀρφαξὰδ ἐκατὸν πενήντα ἔτη, καὶ ἐγέννησε τὸν Καϊνὰν, &c. Καὶ ἐζήσθη Καϊνὰν ἐκατὸν καὶ πενήντα ἔτη, καὶ ἐγέννησε τὸν Σαλα. Putant igitur Euangelistam in re non magni momenti, quæque ad fidem nihil pertinet, piâ συγκολλησάσθαι maluisse errantes sequi, quam intempestiuo dissensu scrupulum iniicere, aut etiam Euangelij sui ἀωθεντίδου in discrimen adducere apud infirmos vel pertinaces, quibus persuasum erat hos interpretes fuisse ἀναμαρτήτους. Sed in hac sententiâ, quod authorum pace dixerò, non videtur quicquam esse sani. Neque enim verissimile est sacrum scriptorem minus habuisse curæ veritatis quàm famæ, cui ne sic quidem consulisset: Quippe ut vitaret scandalum aliquod Hellenistarum qui Græcæ versioni plus nimio etant addicti, obiecisset se cauillis

E Iudæorum omnium qui Euangelium ipsius cum Hebræo textu contulissent, cuius multo potior ratio est habenda quàm nudæ versionis, adeoque versionis quam vel temporum iniuriâ, vel librariorum incuriâ, vel ipsorum etiam interpretum negligentiam multis in locis esse corruptam viri docti agnoscunt. Neque exempla sunt longe petenda, cum hæc ipsa genea-

o. Quia
Ethni-
permiss-
& Poc-
qui vo-
, vt re-
nquam
um esse
ca vrbs.

tram,
orum.
Gen.
di iu-
nmus
sub-
ifica-
onem

qui in
per-
nium
c ad-
e τη.
τελευ-
αφ' ο
κατα-
naci
aculo
hiisset
ouer-
o sub
se su-
dilu-
cum
i pas-
mala
n ad-
nem-
n di-
lica-
quit,
νάκθ

logia iuxta Græcam editionem tota scateat anachronismis ; & tam à Vûlgatâ versione quàm ab Hebræo textu Mosis differat immensum quantum.

Frustra sunt qui nomen Cainam in Hebræo textu desiderari suspicantur. 1. Quippe cum hæc genealogia ter repetatur, hîc & cap. seq. & cap. 1. lib. 1. Paralip. omnes Hebræi codices vbique constanter asserunt Arphaxad genuisse Σαδὰ, absque vlla mentione τῷ Kainan. 2. Atque id ipsum tradunt Philo, & Iosephus, & Chaldæi paraphrastæ, & Persæ, & Arabs vterque, & vulgatus interpres. 3. Quid quod apud ipsos Septuaginta Kainan non compareret cap. 1. lib. 1. Par. in editione Romanâ & Parisinâ quæ sic habent v. 17. υἱὸν Σαδὰ, Αιλαμ, & Αασὺρ, & Αρφαξὰδ, Σαδὰ, Εἰσερ, &c. 4. Apud Iosephum & Eusebium Berosus Chaldæus Græcis interpretibus antiquior Abrahamum ita describit: Μετὰ δὲ τὴν κατακλυσμὸν δεκάτη γενεὰ τῆς Χαλδαίωνος τοῦ λέγουστος ἀνὴρ, μέγας, & τὰ ἑσθία ἐμπειρος, Post diluuium decima generatione, vir quidam extitit iustus, excimius, & celestium peritus, &c. Quibus verbis Cainan ex hoc catalogo necessario excluditur. Nam si inferatur Cainan, non vixerit Abraham decimâ post diluuium generatione, sed vndecimâ. 5. Libro primo Paralipomenon versus 24. primi capituli habet tantum tres voces של פנשד שר Sem, Arphaxad, Sela, quæ singulæ habent ש S. Atque id Masorethæ in margine obseruant, hunc versiculum esse ex eorum numero שן בליון בכל דתו in quorum dictionibus omnibus est Scin. Quæ nota erit falsa, si Cainan inferas inter Arphaxad & Sela. 6. In inserto Cainan stare non potest Iudeorum veterum epilogismus, iuxta quem in duratione mundi numerantur annorum אלפי תתי ב' duo millia totu id est sub lege ab Abrahamo nato vsque ad aduentum Messia. 7. Quod pæne omiseram, Samaritani codices, qui tam ab Hebræis quàm à Græcis multum differunt in supputatione annorum, in numero generationum sunt Hebræis plane gemini. Vtrobique enim habetur Arphaxad genuisse τὸ Σαδὰ. Patet id ex collatione quam instituit Eusebius inter τὸ Ἰουδαίων Εἰσερὶν & τὸ Σαμαρειτῶν Εἰσερὶν, in Chronico edit. Scalig. pag. 9. & 10.

Iof. Antiq. l. 1. c. 8. Euseb. l. 9. præp. Euag.

Itaque inter Lucam & Mosem concordiam aliter posse iniri non video, quam si accedamus sententiæ Cornelij à Lapide Iesuitæ non incelebris; qui errore librorum putat nomen τῷ Kainan in sacrum textum irrepsisse, atque adeo in editionem LXX Interpretum. Et verò id ab illo temerè non asseri multa suadent, imo persuadent. 1. Quod Philo & Iosephus, quos Græcam editionem in aliis sequi palam est, huius Cainan non meminere. 2. Quod doctorum veterum prope antiquissimus Theophilus Antiochenus, hanc genealogiam ita referens vt in numero annorum Græcos aperte sequatur τὴν πῶδα, tamen expressè scribit Arphaxad genuisse Salam, Cainane prorsus omisso. Αρφαξὰδ, inquit, ἐπέκρωσε Σαδὰ ὡν ἐστὶν Ἰσακ. 3. Addit idem à diluuiο ἕως γεννηθῆναι Αἰσαμ, id est vsque ad natum Isaac, numerari ἔτη αλφ' annos 1036, cum ex supputatione Græcorum addito Cainan anni numerandi sint 1166. 4. Theophilo suppar Irenæus lib. 3. cap. 33. Lucam ostendere refert Christi genealogiam vsque ad Adam septuaginta duas generationes habere. At si Cainan inferatur, reperientur

Talmud. Tract. Sanhedrin, c. Helez.

Theoph. l. 3. ad Autol.

A B C D E

A septuaginta tres. 5. Neque id aliter definiuit historicus insignis Iulius Africanus quem Eusebius in hæc verba citat in Græco Chronico pag. 9. editionis Scalig. Γενεαλογία τῷ Ἀβραάμ κτλ. ἢ Ἀφειδρον. Μετὰ δὲ τὴν κατακλυσμὸν Σημ εὐνοσε ἢ Ἀραξάδ, Ἀραξάδ δὲ ἠνομεν εὐνοσε ἢ ῥλε ἠνομεν ἢ Σαλα, *genealogia Abraami iuxta Africanum. Post diluuium Sem genuit Arphaxad, Arphaxad autem cum esset annorum 135 genuit Sala.* Paulo post idem reperitur tanquam τῷ πλὴν τῶν οὐρανῶν iuxta Græcorum Septuaginta versionem: Ἀραξάδ ἠνομεν εὐνοσε ἢ ῥλε ἠνομεν ἢ Σαλα. 6. Eodem pertinet quod Epiphanius in lib. de ponderibus & mensuris §. 21. numerari obseruat εἰκοσὶ δύο κεφάλαια ἀπὸ Ἀδάμ ἄχρι τῷ Ιακώβ *viginti duo capita ab Adam usque ad Iacobum*; Essent enim viginti tria, si Cainan infereretur. 7. Sed & idem Hæresi 55. quæ est Melchisedechianorum, disertè scribit Arphaxad genuisse Salam: Ἀραξάδ ἢ ῥλε εὐνοσε ἢ ἠνομεν ἢ Σαλα; quamvis cætera mordicus hæreat Græcorum supputationi. 8. Hieronymus itidem, libro quaestionum in Genesim, in quò collatis Græcis & Hebræis exemplaribus, sicubi differunt sedulo notat, scribit simpliciter Arphaxad genuisse Sale, nec vllam obseruat discrepantiam inter codices. 9. Denique vetustissimum illud N. T. exemplar quò Beza vsus est, nihil habuit de Cainan, vt ipse testatur in Notis.

C Proinde cum sit verissimile primis post Christum sæculis, saltè in plerisque Lucæ & LXX interpretum versionis exemplaribus non comparuisse nomen Cainan; si quæras vnde factum sit vt in hæc & illa deinceps non irrepsit modo, sed & ita intrusum fuerit vt iam fere vnanimi consensu recipiatur: Respondebo meum non esse diuinare. Tamen si coniecturæ est locus, cum Lucæ cap. 3. vers. 37. agatur de Cainan filio Enos, fortasse non videbor procul à scopo aberrasse, si dixerò scribarum incuriã vocum ordine perturbato, transferri potuisse voculam ex illò versu in præcedentem, id est in versum 36. Quò errore semel admisso, & in Lucæ aliorum exemplaria propagato audaculos homines id ipsum inseruisse in Græcâ Seniorum editione, vt quam corruptam esse putarent, propter dissensum à Lucâ. Argumento sit quod Gen. 11. 13. 14. 15. εἰς Καϊνὰν & εἰς Σαλαῖν iidem plane tribuuntur anni tam generationis quàm vitæ post generationem actæ. Vterque enim anno ætatis 130 generasse & annis 330 superstes fuisse legitur. Vnde valde verissimili ratione colligas id quod LXX Seniores de solo Salâ scripserant repetiisse scribas, vt commentitiò Cainani eadem tribuerent.

D Porro licet eandem scribis non tribuam αἰάμερηναιδον quam scriptoribus sacris, non tamen inde sequitur quod nonnulli subinde oggerunt, actum esse de fide & doctrinâ salutis, & in eâ nihil esse certi. Quis enim in aliis ferat sic arguantem? In Liuij & Suetonij scripta quidam errores irrepsérunt. Ergo in historiâ Romanâ nihil est certi, & in iis quæ de Hannibale, aut Iulio, aut Augusto leguntur, nütat fides. Aristotelis Græci codices sunt alicubi mendosi; Ergo quid ille senserit de rebus Philosophicis certo scire haudquaquam possumus. Quamuis exemplum sit valde dispar: Nam multo aliter inuigilat Dei prouidentia, vt sacros Scripturæ codices

ab errore præstet immunes, saltem in iis quæ ad fidem & salutem sunt absolutè necessaria. Vnde est quod vtut Hebræi & Græci codices variant in minutulis, & sacri textus interpretes sæpe in diuersa abeant, tamen in fidei capitibus & τῷ νόμῳ τοῖς βαρύτεροις, eadem vbique doctrina occurrit, non iã dico in ἀβλογότοις, sed & in versionibus corruptissimis. Sed de hoc argumento plura qui volet, legat accuratissimum scriptorem Fridericum Spanhemium in eximio opere de dubiis Euangelicis. Nos ad alia properamus.

Sela vel Sala Susianorum creditur esse conditor. Eustathius Antiochenus in Hexaemero: Σαλὰ ἀφ' ἧς Συσσιανῶν. Eodem redit quod Eusebius ab eò deducit Κοσσοί. Κοσσοί enī sunt in Susianâ. Ptolemæus lib. 6. c. 3. Κατέχουσι δὲ τὴν Συσσιανὴν πᾶσι μὲν ὑπὸ βασιλείᾳ Ἑλλυμίων (lege Ελυμίων vt inferius) πᾶσι δὲ πρὸς τὴν Ἀσσυρίαν Κοσσοῖοι tenent autem Susianæ maritima Elymæi, quæ verò ad Assyriam Κοσσοί. Huic sententiæ non parum inde accedit roboris quod vna ex Susianæ præcipuis vrbibus Sela vocatur, tanquam à Selâ conditore. Ammianus lib. 23. His tractibus Susiani iunguntur, apud quos non multa sunt oppida. Inter alia tamen eminet Susa, sæpe domicilium regum, & Arsiana (alij et Ariana, lego vt in Ptolemæo & Tariana) & Sela. In Ptolemæo scribitur Σέλη. Illam πινυαζύγοι ad Eulæum amnem describunt infra Susa, quibus ab vbertate liliorum nomen esse alibi docebimus.

CAPVT DECIMVM QVARTVM

Eber Peleg & reliqui Eberi filij vsque ad Abrahamum.

Ebræorum nomen non esse ab Abrahamo, nec à traiectu Euphratis, sed ab Ebere. Ebræi tamen vocantur non omnes Eberi posterij, sed qui Eberi linguam, id est Ebræam seruant incorrupti. Hos in remotas terras non fuisse dispersos. Arpaxad Arapachitidi in Assyriâ, Sela Sele in Susianâ nomen dedit. An à Phaleg vicus Phalga ad Euphratem? Phalga potius à situ, quia inter duas Seleucias medius: פלגא Phalga signif. medium, vt rectè Arrianus non μεταποσειδόν, vt Isidorus Charac. Sed legendum μεσποσειδόν. Hesychius, Suidas & Ptolemæus correcti. A Ragau Phalegi filio campus Ragau in lib. Iudith, id est Nisæus prope Ragau in viâ ex Perside & Babylone ad Caspias portas, ibi equi CLM, vel CLXM. Aliæ vrbes cognomines in Mediâ sedes Thare & Nachor. Charan id est Carthæ. Annis eiusdem nominis. Locus ex Quadrati Parthicis emendatus. Carthæ non sunt colonia Macedonum, Caræ vrbs circa Macedoniam. Sarug vrbs prope Carthas a Sarug filio Ragau dicta. Epiphaniij commentum, Phaleg & Ragau auos Abraham in Europam deuenisse. Ortum Phalegi tria insigniunt. Dispersionem gentium factam illo nascente non moriente. Phalegi filius Ioan.

EX Selâ natus est עבר Eber, cuius filius פלג Phaleg, nepos רעו Ren vel Ragau; pronepos שרוג Serug, abnepos נחור Nachor, adnepos תרה Thare, trinepos אברהם Abraham. De singulis frustra quærat quibus populis nomen fecerint, quia omnes Ebræi fuerunt. Ebræos voco posteros Eber non omnes, sed eos duntaxat qui primitiuæ linguæ, hoc est Ebrææ vsum constanter retinuerunt. Hi autem sunt maiores Abraham, qui Hebraicè loqui didicerat à patre, & is ab auo, & sic deinceps vsque ad Eberum Abraham tritaum, cui tam lingua quàm natio Ebræa nomen debet.

Scio scriptores exoticos Ebræorum nomen ab Abrahamo deduxisse,

A Ita enim apud Eusebium asserit Artapanus $\alpha\rho\lambda\epsilon\iota\delta\omicron\mu\iota\ \alpha\upsilon\tau\omicron\upsilon\varsigma\ \epsilon\beta\rho\alpha\iota\omicron\upsilon\varsigma\ \alpha\pi\omicron\delta\ \alpha\epsilon\beta\rho\alpha\iota\omicron\upsilon\varsigma\ \epsilon\sigma\tau\iota\ \epsilon\beta\rho\alpha\iota\omicron\upsilon\varsigma\ \alpha\pi\omicron\delta\ \alpha\beta\rho\alpha\mu\omicron\upsilon\varsigma$ (sic legendum non $\alpha\epsilon\beta\rho\alpha\iota\omicron\upsilon\varsigma$) *Ebraei*, sic *Iudaei* appellantur ab *Abramone*, id est *Abrahamo*. In quam sententiam videtur propendisse Augustinus, qui de ciuitate Dei lib. 16. cap. 3. postquam *Ebraeos* ex *Ebere* deduxit, aliam addit posse esse opinionem, ut ex *Abrahamo* tanquam *Abrahaei* dicti esse videantur. Proinde alibi de Christo sic habet, *Nepos fuit Abrahae, à quo gens cepit Ebraeorum*. Sed idem libro secundo *Retractionum* cap. 16. hunc locum retractauit: Atque id quidem merito. Iis enim qui literas *Hebraicas* in primo limine salutauerunt, notum est $\epsilon\beta\rho\alpha\iota\omicron\upsilon\varsigma$ *Ebraeos* & $\alpha\beta\rho\alpha\mu\omicron\upsilon\varsigma$ *Abrahamum* diuersissime scribi. Ut *Ebraeos* taceam *Abrahamo* fuisse antiquiores vel ex eò constare, quod ipse *Abrahamum* $\epsilon\beta\rho\alpha\iota\omicron\upsilon\varsigma$ *Ebraeus* vocatur Gen. 14. 13.

De consensu
Euang. l. i.
c. 14.


B Sunt & alij quibus *Ebraei* dicti videntur à particulâ $\epsilon\beta\rho$ *eber*, id est $\pi\epsilon\epsilon\gamma\rho$ *trans, ultra*, quasi $\pi\epsilon\epsilon\gamma\rho\mu\omicron\varsigma$, quia eorum Patriarcha *Abraham* *Trans-euphratensis* fuit. Ita senserunt è veteribus *Africanus*, *Origenes*, *Diodorus* *Tarsensis*, *Chrysofomus*, *Theodoretus*, è recentioribus *Scaliger* & alij. Tamen in *Scripturâ* certum est *Trans-euphratenses* non dici $\epsilon\beta\rho\alpha\iota\omicron\upsilon\varsigma$ sed $\alpha\beta\rho\alpha\mu\omicron\upsilon\varsigma$ *Abrahamum*.

V. Euseb.
Chron. p. 9.
& caten. in
Genes. 14.
& Chrys. in
Gen. Hom.
35. Et Theo-
dor. in Gen.
q. 60.

C Vide 2. Sam. 10. 16. Esdr. 4. 10. 11. &c. Præterea *Ebraei* nomen *Abrahamæ* fuisse peculiare, non commune cum posteris, quia solus fuit *Trans-euphratensis*. Denique *Ebraeorum* gens etiam vocatur *Eber* Num. 24. 24. & filij *Eber* Gen. 10. 21. ut ab *Ebere* tam deduci scias *Ebraeorum* nomen quam *Iudæorum* à *Iudâ*. Frustra obiicit *Theodoretus* *Ebraeos* dici in *Scripturâ* solos *Iudæos*, non omnes filios *Eber*, *Iectanæos* putâ, *Ismaëlitas*, *Idumæos*, *Amalecitas*, *Moabitas*, *Ammonitas*, *Madianitas*, &c. qui *Ebraei* nusquam vocantur, quamuis *Eberem* patrem agnoscant. Nam ratio est in promptu. Non vocabantur *Ebraei*, quia *Ebraicâ* linguâ neglectâ, populorum inter quos degebant sermonem æmulabantur. Sic *Laban* in *Mesopotamiâ* *Syro* sermoni assueuerat, *Ismaëlita* in *Arabia* *Arabico*, &c.

D Itaque maiorum *Abrahamæ* fuit hæc prærogatiua, quod *Ebraicum* sermonem seruauerunt incorruptum, cum reliqui omnes etiam in *Eberi* familiâ, aut illum prorsus mutauerint, aut infecerint saltem ceterarum linguarum quasi contagione quâdam. Cui priuilegio iunctum fuit alterum: quod cum alij plerique statim post confusionem linguarum, in remotissimas terras dissecti sint & dissipati, his etsi non vni loco tanquam glebæ addictis, tamen liberum fuit manere in pristinis sedibus: Nec necesse habuerunt aliò diuagari. Proinde non constat vllum ex *Abrahamæ* maioribus in longinqua diuertisse. Quin plerosque circa *Assyriam*, in cuius finibus arca substitit, habitasse, vel ex *Scripturâ* vel aliunde probari queat. Sic *Arphaxad* *Semi* filius *Arrapachitidi* dedit nomen, quæ pars est *Assyriæ*. Huius filius *Sela* *Sela* vrbi in *Susianâ*. Videri possit etiam *Phaleg*, vel è posteris aliquis in aui memoriam dedisse nomen vico *Phalgæ* ad *Euphratem* non procul à confluxu *Chaboræ*, ad quem *Carrhas* condidit *Charan* *Abrahamæ* frater. Tamen *Arriano* assentior, cui *Phalga* ex eò nomen habet, quod ibi medium est inter duas *Seleucias*, *Picriam* & *Babyloniam*.

m fuit
ces va-
beant,
doctri-
nissimis.
otorem
s. Nos
ioche-
s ab eò
atē
) π
i, quæ
robo-
à Selâ
ed quos
um re-
riana)
m am-
sse ali-
c. Ebraei
n serua-
in Assy-
alge po-
riamus
Prole-
ope Ra-
e vrbes
em no-
lonum,
Epipha-
gi tria
loctan.
en vel
s nra
uibus
poste-
oc est
qui
ue ad
ebet.
xiffe,



Stephanus : Φάλγα, κόμη μέση Σελευκείας ἢ Πισείας ἐν τῇ ἐν Μεσοποταμίᾳ : Ἄρ-
 ρίδρος ἐν ἰ Παρθικῶν : ἢ ὃ φάλγα γλώσση τῇ ἐπιχωρίᾳ ὃ μέσον δηλοῖ. Rectè :
 Nam & ἔστι phalga Syris medium sonat : Et Phalgam inter duas Seleu-
 cias præcisè mediam fuisse constabit spatia dimetienti à Chaboræ conflu-
 xu in Euphratem, vbi fuisse Phalgam scimus ex Isidoro Characeno qui sic
 habet in Stathmis Parthicis : Inde Φάλγη Phaliga (Phalga) vicus ad Eu-
 phratem qui Græcè dicitur Μεσοποεινόν. Et paulo post: Adiacet autem τῇ Φά-
 λγη Phaliga (Phalgæ) oppidum Nabagath quod alluit amnis Ἀβουρας Ἀ-
 buras (Ammiano Aboras, Ptolemæo Chaboras, Nubiensi ἄβουρας Alcha-
 bor) qui in Euphratem influit. At quorsum quæ vox Arriano medium son-
 nat, ab Isidoro μεσοποεινόν Autumnale redditur? nullus dubito quin Isido-
 rus scripserit μεσοποεινόν, id est medium iter. Hesychius: Μεσοποεινόν, μέστω
 ὁδῶν. Suidas: Μεσοποεινόν, μέστω ὁδῶν. Vtrobique legendum: Μεσοποεινόν, μέ-
 στω ὁδῶν, vel; Μεσοποεινόν, μέστω ὁδῶν. Ptolemæus mutato nomine & situ
 pro Phalga ad confluxum Chaboræ, Phargam ad Euphratem describit ostio
 Saocoræ propiorem.

Fuit & circa Assyriam campus Ragau, dictus à Ragau Phalegi filio. De
 eo sic liber Iudith iuxta Vulgatam cap. i. v. 6. Nabuchodonosor Rex Assyrio-
 rum, qui regnabat in Ninive ciuitate magna, pugnavit contra Arphaxad
 (regem Medorum vt constat ex versu i.) Obtinuit eum (id est vicit) in
 campo magno qui appellatur Ragau, circa Euphratem & Tigrim. Sed Græca
 paulo aliter: Καὶ ἐποίησε πόλεμον ἐν ταῖς ἡμέραις ἐκεῖναις ὁ βασιλεὺς Ναβουχοδονόσορ
 πρὸς βασιλέα Ἀρφαξάδ ἐν τῷ πεδίῳ τῷ μεγάλῳ, τὸ ὅτι ἐστὶ ἐν τοῖς ὁρίοις Ραγαῦ.
 Καὶ σωλώτησεν πρὸς αὐτὸν πάντες οἱ κατωκισθέντες τὸν Εὐφράτην ἐν τῇ Τίγρι. Summa
 est, bello inter Reges Assyriæ & Mediæ moto, ad campum Magnum in sit-
 nibus Ragau, conuenisse omnes montium vicinorum incolas & campe-
 stris regionis circa Euphratem & Tigrim. Itaque Nisæum campum signifi-
 cari puto quem in Mediæ & Armeniæ confiniis Strabo videtur describere,
 cum illac eos transire dicit οἱ δὲ τὸ Περσίδιον ἐξ Βαβυλωνίων εἰς Κασιίνας πύλας
 ὁδῶντες qui ex Perside & Babylone ad Cassias portas proficiscuntur. Herodo-
 tus etiam in Mediâ ponit: Ἐστὶ, inquit, πεδίοι μέγα ἢ Μινωικῆς τὸ ὄνομα ἐστὶ Νί-
 σαρον. Et Suidas idem habet voce Νίσαρον. Et verò magnum esse oportet cam-
 pum in quò alebantur equorum πεντηκόνδεκα μυριάδες centum quinquaginta
 millia, vt habet Arrianus in Alexandro lib. 7. vel etiam ἐκκαίδεκα μυριάδες
 centum sexaginta millia, iuxta Diodorum lib. 17. pag. 621. Rectè me
 coniecisse ex eò colligere est quod in eodem tractu à Strabone descri-
 buntur Raga vel Ragia, id est ἢ Ραγαῦ. Verba sunt: Εἰσὶ δὲ ἐν Ἑλληνίδες
 πόλεις κτισματὰ τῆς Μακεδονίας ἐν τῇ Μηδίᾳ, ὧν Λαοδικαία, ἐν Ἀπυρμαίᾳ, ἐν ἠ
 Ραγαῖς, ὡς ἢ Ράγια (vel Ράγα, vt Casaubonus) ὃ τῷ Νικαίῳ κτισματὶ, ὃ
 ἐκεῖν ἢ Ἐὐρωπὸν ὠνόματε, Πάρθοι δὲ Ἀρσακίδου, ἰσπαιότερον ἢ τῆς Κασιίαν πύ-
 λων πεντηκοντίοις (manuscripti ὁκτακοντίοις) πεντακοντίοις, Sunt ἔτι Græca urbes
 in Mediâ à Macedonibus condिता, in quibus Laodicea & Apamia, ἔτι
 apud Ragas, quæ eadem Ragia, à Νικαίῳ condिता (id est restaurata)
 quam ipse Europum vocavit, Parthi autem Arsatiam, quæ Cassiis portis
 Australior est quingentis (alij octingentis) circiter stadiis, id est cm pass.

Strab. l. 11.

Herod. l. 7.
cap. 4.

A
B
C
D
E

A Arrianus l. 3. Ragas à Caspiis portis vnus diei itinere distare scribit, nempe equitis expediti. *Alexander*, inquit, è *Perside* ἀφικνεῖται εἰς Ράγας ἐν δευτέρῃ ἡμέρᾳ, διέξει δὲ ὁ ὁρῶν ἄτῳ ἀπὸ τῆς Κασπίων πύλων ὁδὸν ἡμέρας μίας ἐλεύοντι ὡς Ἀλέξανδρος ἦγε *Vndecimā die Rhagas peruenit. Distat hic locus vnus diei itinere à Caspiis portis urgenti quò modò Alexander*, qui tum *Darium* insequatur tantā festinatione vt multi equi perierint. Pro Ράγα Casaubonus Ράγα legit ex Stephano: Ράγα πόλις ἐν Μηδίᾳ, & ἐκτισμένη ὑπὸ Σελυκῆ τοῦ Νικητοῦ. Ἐκλεῖται δὲ Ἐυραπὸς, μετωνομασθῆ δὲ Ἀρπείκη ἀπὸ Ἀρτάκου βασιλέως Περσῶν. Apparet de eadem agi. Ράγα in Stephano singulare est, aliis plurale, vnde Tobias passim, ἐν Ράγαις τῆς Μηδίας. In Ptolemaeo Rhagæa, Europus, & Arfacia sunt tres diuersæ vrbes, illa in Parthiâ, hæc in Mediâ, omnes in locis à Caspiis portis remotissimis. Proinde commune nihil habent cum Ragâ de quâ in præsens. In Isidoro Characeno Ράγα ἢ Χάραξ *Raga & Charax* sunt vicinæ vrbes, quarum illa est μεγίστη τῆς μὲν τῶν Μηδίων *Medicarum maxima*; hæc ὑπὸ δὲ ὄρος ὁ κλεῖται Κάσσιος, ἀπὸ δὲ Κάσσιος πύλων sub monte Caspio à quò *Cassiae portæ*.

Iam ex Scripturâ constat Tharam Abrahæ patrem habitasse in Chaldaeorum oppidò Vrâ, de cuius situ abundè dictum, atque inde migrauisse

Gen. 11. 28.

C Charan, urbem Mesopotamiæ, quam de filij Charan nomine sic dici voluit, qui paulo ante fati concesserat. Græci & Romani Scriptores Carrhas vocant, Crassi clade nobile oppidum, ad fluuium cognominem, siquidem Stephano credimus, Κάρραι, inquit, πόλις Μεσοποταμίας, ἀπὸ Κάρραι ποταμῆς Συρίας *Carrhae vrbs Mesopotamiæ à Carrhâ Syriæ fluuii*. Idem alibi ex Quadrati Parthicis: Βόνχνας, ἑστὸς τοῖς Κάρραιωσις ἀρκαίμενον, μέσσην Ἐυφράτην ἢ Κύρου ποταμῶν *Bonchnæ gens Carrhenis adiacens inter Euphratem & Cyrum fluuium*: Lege vt prius Κάρραι ποταμῶν *Carrham fluuium*: Forte est fluuiolus aliquis in Chaboram influens. Tam vrbi quam fluuii nomen à Charan fratre Abrahæ. Itaque Arabes hodieque چاران Charan vel Charran vocant. Vide Geographum Arabem sextâ parte Climatis quarti. Proinde merito suspectum quod Dionis lib. 37. Carrhæi leguntur esse Μακεδόνων ἀποικιστῶν *Macedonum coloni*. Caræ quidem in Polyæno lib. 4. vrbs est Macedonia vel Thracica nisi fallor, quam Philippus frustra obsedit. Sed huius colonos esse Carhæos Mesopotamiæ nemo scripsit quod quidem sciam, Eadem Nachor vocatur Gen. 24. 10. de nomine alterius fratris Abrahæ.

Ragau filium habuit Sarug, à quò nepotum aliquis סרוג Sarug vocauit urbem Carrhis vicinam quam Arabs Geographus Charan seu Carrhas euntibus à Ponte Manbeg occurrere à sinistris dicit, nec distare à Carrhis plusquam diei itinere. Pons Manbeg est super Euphratem bidui itinere infra Samofata. Puto esse Zeugma Ptolemæi & aliorum.

Clim. 4. p. 6

E Ex his cum constet plus satis Abrahæ maiores & cognationem omnem primo in Assyriâ & vicinis locis, deinde Carrhis habitasse, mirum vnde hauserit Epiphanius Phaleg & Ragau, illum atauum hunc abauum Abrahæ in Europam deuenisse, & cum Scythiis ac Thracibus, quorum condi-

tor est Thiras, in vnum corpus coaluisse. Hæc enim illius verba sunt, in epistola ad Acacium & Paulum: *Φαλέκ & Ραγὰυ, οἵτινες, ὅτι ὁ Ἐυρώπης κλίμα περιλάττες, ὁ δὲ Σκυθίας μέρος, ἐν τῆς αὐτῶν ἐπιπέδου περὶ τὴν Θήρας ἡλικίας, ἐν ἐπέκτα, ἔξ ἧπερ οἱ Θράκες γέγοναν Phaleg & Ragau, qui cum ad Europæ clima diuertissent Scythiam versus, cum ipsarum gentibus coaluerunt inde ab auro Thiras & deinceps, ex quo Thraces orti sunt. Quin Phaleg & Ragau Hebræi fuere & Hebrææ linguæ puritatem transmiserunt ad posteros: nec procul recesserunt ab iis terris in quibus patres conserauerant. Proinde in Mediæ & Armeniæ confiniis diu fuit illustre nomen Ragau vt probauimus, & eius nepotes Thare & Abraham Vra degebant, quæ nec ipsa ab Armeniâ multum erat distita, vt ex Ammiano constat. Inde itum Charras, & tandem in Chanaan.*

Pelegi ortum tria insigniunt. 1. Ætatis hominum insigne decrementum. Cum enim aui eius omnes vixerint supra quadringentos annos, nec ipse nec è posteris quisquam attigit annum ccxl. 2. Linguarum confusio de qua egimus. 3. Dispersio gentium in varias terrarum oras. Quod, cum Iosepho & Augustino, illo nascente contigisse credimus; Atque hinc factum vt à patre Peleg vel Phaleg, id est diuilio, nominaretur. Nam si gentium dispersionem ad Phalegi mortem cum Hebræis & Hieronymo reieceris, incidet in Nini tempora, & Tharæ patris Abrahami. Quò tempore est certo certius magnam partem τῆς οἰκουμένης dudum habitari cœpisse. Nec timendum ne centum annorum spatium quod intercessit inter diluuium & natum Peleg, sit breuius quam vt potuerint tam paucis annis tot gentium conditores è tribus Noæ filiis propagari. Nam si ponas singulis annis singulos generasse, & liberis sic nascentibus eandem tribuas fecunditatem ab anno ætatis vicesimo, assero sæculo illo potuisse ex illis tribus nasci hominum plura millia, quod demonstrare sit facillimum, si tanti esset.

Iam quod superest excutiendum, Eber præter Phalegum, ex quò descendit Abraham, alterum genuit filium miræ fecunditatis, Iectanem scilicet, cuius filios tredecim recenset Moses, totidem gentium conditores. Quarum nomina & situm cum accuratè designet sacer scriptor, mirum est huius loci interpretes, quoscumque videre contigit, toto cælo aberrasse, & in clarâ luce cæcutiuisse, quod in iis quæ sequentur spero me palam facturum; non animo carpendi quenquam (hoc absit à moribus nostris) sed vt elucescat veritas.

Ioseph. Antiq. l. 1. c. 7.
August. de ciuit. Dei. l. 16. c. 16.

CAPVT DECIMVM-QVINTVM.

Ioctan vel Iectan 107. Gen. 10. 25. 26.

In Iosepho Ioctan cum filiis tredecim habitasse legitur circa Cophenem Indiæ fluvium & vicinam Syriam. Eusebius legit *Seriam*, & Hieronymus *Ieriam*. Rescribendum *Ariam*, ubi Cophen vel Cophetes teste Plinio. At Iectanis & filiorum vestigia ibi nulla sunt. Nam Sabæ Dionysij ab aliis vocantur Sibæ. Et Ophir à Cophene plurimum distat. Cum veteres hic parum viderint, nec satis sibi contenti, non debuisse recentiores eos hic sequi mordicus. Iectanen in Arabiâ atomatiferâ sedisse probatur ex testimonio Arabum, à quibus vocatur *Cabtan* & *Iectan*. Inde *Catani* populi in Ptolemæo, & *Baisat Iactan* vrbs Arabia. Homeritas Amanitas ad Iectanem referunt. Theophanes & Anastasius & Euthymius Homeritas Arabiæ *πίζα* occupasse à mari Rubro ad mare Indicum. Eisdem Amanitas dici pro Iemanitis, quia *Ieman*, id est Australem Arabiæ partem obtinent.

Ioctan cum filiis tredecim legitur in iis locis fixisse sedes per quæ à Mesâ itur Sepharim montem Orientis Gen. 10. 30. id est, si Iosepho credimus, ἀπὸ Κωφῆνος ποταμῦ τῆς Ἰνδίας ἐς τὸ πρὸς αὐτὸς Συρίας πρὸς τὸν Cophene fluvio India & Syria quæ ad ipsum est loca quædam.

Atqui utrum Indiam cum nonnullis extendas vsque ad Cophenem annem, tamen ibi nulla Syria est. Loco *Συρίας* Eusebius habet *Συρίας* in locis Hebraicis voce *Ophir*: Ωφὶρ, inquit ἡ τῆς οὐδὲς ἀπὸ Κωφῆνος ποταμῦ, ἕως τῆς Ἰνδίας καὶ τῆς πρὸς αὐτὸς Συρίας καὶ Οὐκίτης Ἰωσηφῆτος ἱστορεῖ. Ita etiam in Σαβῶ φησὶ. At Hieronymus utrobique *Ieriam*, habet & *Ierim* & in traditionibus Hebraicis: *Possederunt à Cophene fluvio omnem regionem quæ vocatur feria*. Sed hæcenus nihil actum est, quia in India & vicinis locis tam frustra quæras *Seriam* aut *Ieriam* quam *Syriam*.

Itaque haud dubie Iosephi locus in mendo cubat. Et pro *Συρίας*, vel ut legerunt Eusebius & Hieronymus *Συρίας* aut *Ierias* rescribendum est *Arias*, ut hæc sit mens Iosephi, habitasse filios Iectan à Cophene fluvio Indiæ, ἐς τὸ πρὸς αὐτὸς *Arias* πρὸς τὸν *Aria* quæ ad ipsum est loca quædam. *Aria* nimirum Cophenem seu Cophetem annem attingit, *Aria* inquam late sumpta, prout præter *Arios* propriè dictos, *Gedrosos* etiam & *Arachoras*, & *Paropamisadas* complectitur. Plinius: *Adiiciunt quatuor Satrapias, Gedrosos, Arachoras, Arios, Paropamisadas, ultimo sine Cophete fluvio, quæ omnia Ariorum esse aliis placet.*

Sed hæc Iosephi sententia quo fundamento nitatur nemo facile dixerit: Cum is hoc nudè asserat, neque rem excutienti propius vlla ibi *Mesa* occurrat, aut locus vllus *Sephar* nomine, aut populus vel ipsi Iectan vel vni saltem filiorum eius cognominis. Scio quid hic docti afferant, saltem à Sabæ filio Iectan Sabas eò loco censerit à Dionysio Periegete, cuius verba sunt:

E Τὰς δὲ μέσσι ναῖσι Σάβου.
Horum autem fluminum medij habitant Sabæ, id est inter *Acesinem*, *Hydaspem* & *Cophetem*, de quibus proximè egerat. Sed ut taceam hos Sabas in Indiâ fuisse trans *Cophetem* non cis *Cophetem* in *Ariâ*, quam assignavit Iosephus filiis Iectan: In Dionysio pro *Σάβου* legendum *Σαβου* rectè

Strab. l. 15.
Diod. l. 17.
Arian. Ind.
Nonn. Dio-
nyf. lib. 26.
v. 218.
Steph. in
Σιβάρ.

monet Salmasius ὁ μέγας. Quippe in Indiâ Sabas nemo alius nominavit. A
Sed Sibarum meminere Strabo, Diodorus, Arrianus, Nonnus, Stepha-
nus. Et Strabo quidem eos collocat inter Indum & Hydaspem, quô locô
Sabas Dionysius. Itaque rectè omnino & ad mentem authoris, emenda-
uit Dionysij locum vir magnus quem diximus. Sed & emendandus Cur-
tius qui Sobeos appellat. Proinde nulli iam Sabæ, nec vlla posteriorum Ie-
ctan in Ariâ aut Indiâ vestigia iam supersunt.

Quid quod hoc loco Veteres nequaquam sibi constant, cum Ophir
vnum è filiis Iectan faciunt incolam insulæ Ophir ex quâ aurum affereba-
tur Solomoni. Ophir enim insula, ad quam appellebant classes Hiramî &
Solomonis, non potuit esse in Ariâ, nec ad Cophetem: cum Aria &
Cophetes sint ad Paropamisi radices, & ab Oceano distent immensum B
quantum.

Sed vt Lector semel & simul discat quam parum viderint in hoc nego-
tio veteres: En de filiis Iectan Eustathij Antiocheni verba Commentario
in Hexaemeron: Υἱοὶ δὲ ἐγένοντο ἐπὶ Ἰεκτῶν Ἀλμωδαῖοι, ἀπὸ δὲ Ἰνδοῦ. Σαμῆφ,
ἀπὸ δὲ Βάντσοι. Ἀγαμωθ, ἀπὸ δὲ Ἀραβες. Ιαγαῖχ, ἀπὸ δὲ Καρμυνοὶ. Οδιρρὰ ἀπὸ
δὲ Μάρδοι. Ιεζείλ, ἀπὸ δὲ Ἀρρίθοι. Δελιά, ἀπὸ δὲ Κεδροῦσιοι. Γέβδη, ἀπὸ δὲ Σώθη.
Ἀβιμεήλ, ἀπὸ δὲ Υἱοὶμοὶ. Σαβῶ, ἀπὸ δὲ Ἀραβες Εὐδαίμοις. Οὐφίρ, ἀπὸ δὲ Ἀρμέν
ιοι. Εὐλάτ ἀπὸ δὲ Γυμκοσφοίται. Quibus in plerisque consonant Eusebius, &
author Chronicij Alexandrini. Ita magna pars populorum Asiæ, Indi ni- C
mirum, Bactri, Arabes, Carmani, Mardi, Gedrosij, Scythæ, Armeni, &c.
deducuntur ex filiis Iectan. Et in gentes diuersissimas, & regiones ab in-
uicem remotissimas distrahitur vnius viri familia, quam coniunctim ha-
bitasse docent Mosis Gen. 10. 30. Et fuit habitatio eorum à Mesâ quâ venit
Sepharmontem Orientis. Vt taceam ita recedi à sententiâ Iosephi & Hie-
ronymi qui Iectanis omnes filios volunt habitasse circa Cophenem.

Itaque cum hæc in parte sententia veterum nullâ probatione firmetur,
& secum ipsa pugnet: non possum satis mirari cur recentiores interpretes
hic eorum vestigiis hæreant ita mordicus, vt cum ad huius loci explicatio-
nem ventum est, vix aliud quicquam afferant quam gentes à Iectanis po- D
steris propagatas Indiæ loca infedissem à nostra cognitione tam remota vt
nihil certi de iis sciri possit.

V. Gabr.
Sion. de O-
rient. c. 1.

Imo vt rem certam assero Iectanem & Iectanis posteros neque Aria-
nam infedissem, neque Indiam, sed Arabiæ Fœlicis intima, quod euin-
cunt hæ rationes. Primò, nisi aliud obster, vnicuique genti natales suos
referenti credi par est. Europæi pro conditore suo celebrant Iaphetum seu
Iaperum, Africani Ham seu Hammonem, Ægyptij Mesrem, Syri Aram,
Phœnices χανὰ seu Chanaanem, &c. Ita pridem apud Arabes inualuit hæc
opinio Iectanæ siue Ιεκτῶν Cahtanem (is enim est apud illos binomius) esse E
Arabum parentem, & repertorem linguæ Arabicæ. Ita statuunt scriptores
& Mohammedes Ben Iacob Sirazita apud authorem Alcamus. Atque hic
quidem Iectanem siue Cahtanem designat filium Eber, filium Sale, filium
Sem, filium Noe, vt scias eum ipsum Iectanem innui de quo Moses. Et

A pro Iektane קטנה *Cabtan* habetur in Arabicâ paraphrasi Parisiis nuper editâ.

Præterea ut à Cahtane Κατμήται *Catanitæ* populi Arabiae Fœlicis leguntur in Ptolemæo, ita Iectanis nomen hodieque incorruptum superest in vrbe territorij Mechenfis בַּיִסַּתְיֶקְטָן *Baisath-jektan*, parvâ quidem, sed populosâ, ædiumque structurâ, camporumque & fontium amœnitate nobili. Ita describitur ab Arabe Geographo secundi climatis parte quinta: Meridiem versus à Meccâ septem abest stationibus & vnâ statione à mari Rubro.

B Quid quod ne quisquam hîc hæsitet, ignorans quæ pars Arabum in gente tam latè diffusâ ex Iectane traxerit genus; Scriptores idonei non desunt qui gentes ex illo oriundas nominatim designant. Primus esto Theophanes, Chronographus non incelebris circa initia noni sæculi, qui de Iectanis hæc habet: $\text{Εἰσὶ δὲ ἐνδοτέρῳ αὐτῶν, μὴ ὄντες τῆ φυλῆς αὐτῆς, ἀλλὰ τῶν Ἰεκτῶν, οἱ λεγόμενοι Ἀμαρίται, οὗτοι ἔστιν Ὀμηρίται}$. In præcedentibus agitur de Ismaëlitis & Madianitis, atque eâ parte Arabiae in quâ natus est Mahometh. Et sequitur continuo post alios esse Arabes in interiore Arabiae ex tribu Iectan qui dicuntur Amanitæ aut Homeritæ. Eadem plane legere est in Chronico Anastasij qui Theophanem sequitur $\text{καὶ πόδα: Sunt autem}$

Bibl. Pat. Græcolat. to. 2. p. 283.

C (inquit) $\text{ἐκ τῶν ἐπισημωμένων ἐστὶν Ὀμηρίται: Sunt autem}$ *his interiores, qui non sunt de tribu ipsorum, sed ex Iectan, videlicet hi qui vocantur Amanitæ, id est Homeritæ. Quibus consona sunt hæc Euthymij in Maomethicis suis: Εἰσὶ δὲ ἐνδοτέρῳ τούτων, ἕκ ἐκ τῆ φυλῆς αὐτῆς, ἀλλὰ ἐκ τῶ Ἰεκτῶν, οἱ λεγόμενοι Ὀμηρίται, οὗτοι ἔστιν Ἀμαρίται.*

Ibid.

Ibid. p. 307.

Steph. in Ὀμηρίται.

D Iam qui sint Homeritæ & Amanitæ non est obscurum. Homeritæ à Marciano accensentur Æthiopibus, quia sunt illis proximi, Rubro mari solum interiecto, quâ parte est angustissimum. Quô faciunt hæc Procopij Casariensis de bello Persico lib. 1. $\text{Ὀμηρίτων δὲ αἰπρὸν μάλιστα ἐν τῇ ἀρτιπέτρῃ ἢ πείρῃ Ἀἰθίοπες οἰκῶσιν, οἱ Ἀυξουμίται καλεοῦνται}$, *è regione autem Homeritarum in opposito continente Æthiopes habitant qui vocantur Auxumitæ. Concinit alter Procopius, Gazensis scilicet in 1. Reg. Ονομάζουσι δὲ αὐτοὺς Ὀμηρίτας, καὶ αἰπρὸν δὲ εἰσὶ τῶν Ἀυξουμίτων, μέση δὲ τούτων κακεῖνων ἡ θάλασσα, Eos vocant Homeritas. Sunt autem è regione Auxumitarum, mediumque inter hos ἐστὶν ἡ θάλασσα. Tertium addo Ptolemæum qui Homeritarum vrbes ad Oceanum longo tractu describit initio facto propemodum ab ipsis Arabici sinûs faucibus. Sed cum à Sabæis Homeritas distinguant Plinius, Ptolemæus, Arrianus, alij: Tamen eos confundit & pro iisdem habet Procopius Gazensis quem diximus, & ante illum Philostorgius, qui libro secundo Sabæos asserit $\text{Σάβα μὲν πάλαι, ὁπότε τῆ Σάβα μνησθέντος, νῦν δὲ Ὀμηρίτας καλεῖται}$. *Saba quidem olim à metropoli Sabâ, nunc vero Homeritas vocari. Vnde est quod idem lib. tertio Constantium legationem misisse scribit $\text{αὐτὸς τοὺς πάλαι μὲν Σαβαίους, νῦν δὲ Ὀμηρίτας καλουμένους ad eos qui olim quidem Sabæi, nunc vero Homeritæ vocantur. Ita etiam vetus author apud Surium, quem Baronius citat ad annum 522. Ditone tenebat Arabiam Fœlicem, quæ olim quidem Saba, nunc autem vocatur Homeritis, Dunaan Hebræus. Neque verò est absimile quod contendit vir doctissimus, cui$**

A

B

C

D

E

Stephan. in
Χατραπε-
τίης.

Clim. 2.
part. 6.

debemus Philostorgium, in Vranio legendum pro Σαββαοὶ καὶ Ομηρίται, ^A
 prout à Stephano citatur, Σάββαοι οἱ καὶ Ομηρίται Sabbæ, id est Sabæi, qui
 καὶ Ομηρίται. In quâ ipsâ sententiâ hodieque esse Arabas videtur posse
 colligi ex eò quod Nubiensis Geographus urbem Mareb habitatam fuisse
 tradit ab Arabibus חמיריתא Humairitis, seu Homeritis, quos addit super-
 biâ superasse cæteras gentes. Quippe Mareb eadem quæ veterum Ma-
 riaba vel Meriaba Sabæorum metropolis, ut habetur in Strabone lib. 16.
 Et verum nomen erat Mareb, vnde est quod Plinius lib. 6. cap. 28. dominos
 omnium interpretatur, vel dominium si mauis; quia Arabicè ديم is est domi-
 nus & مملكة dominium. Homeritæ scilicet, cum essent Arabum numerosissi-
 mi Plinio teste vbi supra, in regiones conterminas tantâ copiâ diffusi sunt, ^B
 ut vicinarum gentium prisicum nomen aboleuerint.

Iidem Amanitæ vocantur pro Iemanitis, quia Arabia pars intima ad
 meridiem ימן Ieman vocatur. Nempe ut Hebræis ita & Arabibus ימן Ia-
 min vel jemin primò dexterum, deinde meridiem sonat, quia versus ad
 Orientem, vbi volunt esse mundi anteriora, ad dexteram partem est me-
 ridies. Amanitas pro Iemanitis dixerunt mediæ ætatis scriptores quos ci-
 tauimus, quomodo Athribum pro Iathreb vel Iathrippâ, quod fuit pris-
 cum nomen vrbis Medinae Pseudoprophete natalibus famosa.

Vno verbo, cum ad Iectanis genus hi scriptores referunt Homeritas & ^C
 Amanitas, eos intelligunt populos qui Arabia Fœlicis πέλας occupant
 Oceanum versus, ab Arabico sinu vsque ad Persicum. Huc mirè facit lo-
 cus Marciani Heracleotæ de Rubro mari: ἐν τούτῳ τῷ ὀμίῳ μέγιστος καὶ βασιλεύς ἐστὶν ὁ ἴδιος
 Ομηρίτης ἐπὶ τῶν ποταμῶν καὶ τῶν ἀγέλων ἐπαρχῶν ἡμῶν, μέχρι τῆς ἀρχῆς τοῦ Ἰνδικοῦ
 διήκοντος πελάγους, in illa parte maris est gens Homeritarum quæ Arabum ter-
 ra imperat vsque ad initia Indici maris. Vnde est quod in Philostorgio &
 Nonnoso apud Photium Romani Imperatores Constantius & Iustinia-
 nus legatos ad Homeritas mittere non dedignantur. Et apud Surium & Me-
 taphrastem Homeritarum Rex Dunaan in eò exercitu quò Negræ urbem
 obsedit, conscripsisse legitur hominum centum & viginti millia. Hæc in
 genere de Iectanè; nunc de filiis agendum qui à prophetâ recensentur. ^D

CAPVT DECIMVM-SEXTVM.

Almodad אלמדא

Saleph שלפ Gen. 10. 26.

Ab Almodad Almodæi, qui Græcis Allumæota. Almodad Chaldæo interpreti Geometra, & Saleph שלפ Gen. 10. 26. A quò Salapeni Ptolem. in tabulis perpetam Alapeni.

TRedecim filiorum Iectan Almodad natu maximus, videtur dedisse ^E
 nomen Almodæis populis qui Græcis Allumæota. Hos in Ptolemæi
 tabulis reperies pæne in medio Arabiae Fœlicis, prope fontes fluuij Lar,
 qui in mare Persicum exit. In Græco textu Ptolemæi legitur Ἀλλυμωῶται.
 In paraphrasi Chaldaica Ionathanis describitur Almodad tanquam inuen-
 tor

norum, in quò vt doceat ex Geneseos cap. decimo posse colligi quis cuiusque linguæ sit author, inter cætera hæc habet: *ὡς ἰουὰν μ̄ τῶν Ἑλληνῶν ἔχει &c. Μισρῆμ τῶν τῶν Ἀγρωτῶν, Ἰδ̄ς (lege χῖς) τῶν τῶν Ἀξυμῶν, Ἀρμῶτ (lege Ἀσαρμῶτ) τῶν τῶν Ἀφῶν vt Iauan Græcam linguam usurpauit &c. ita Mesrem Egyptiorum, Chis Axumitarum, Asarmot Arabum.* Itaque ex mente Epiphaniij Iectanis filius *Asarmot* vel *Hatsarmanuth* inuentor fuit sermonis Arabici. Tamen Arabes alius ascendunt vno gradu, & sermonis sui originem ad Iectanem vsque referunt, vt ex Arabum scriptis probat vir doctissimus & mihi amicissimus Gabriel Sionita in aureo libello de Orientalium vrbibus, religione & moribus. Et verò dialectus Hadhramautica hodie maximè contemnitur, & vt barbara reiiicitur. Hinc in Giggeio *חצרה* (*Hadhrama*) in sermone errauit. Extremas vocales malè vocibus apposuit. *סאער מוזר* (*Sairon muhaddrimon*) poëta vocibus barbaris vtens. *אלחזרמי* (*alhadhramiatho*) barbaries lingua, &c.

Hadhramauth vel *Chatramitis*, regio est Arabum myrrhifera & thurifera, apud Ptolemæum à Climace monte pertingens vsque ad Sachalitas. Metropolis Sabota Plinio, Sabbatha Arriano, Saubatha Ptolemæo, *שבא* Sebam Arabi Geographo, vbs fuit mediterranea, bene munita, vasta, populosa, sexaginta templa muris includens, sita in monte celso ex cuius fastigio in subiectos campos patebat prospectus longe lateque.

Sabotis colebatur Deus Sabis cui thuris decimæ soluebantur. Plinius: *Thus collectum Sabotam camelis conuehitur &c. Ibi decimas Deo quæ vocant Sabin, mensurâ non pondere sacerdotes capiunt.* Docti Sabam intelligunt Sabæorum conditorem, quia Plinio Atramitæ sunt Sabæorum pagus. Falluntur: Sabis est Sol. Id clarum erit cum Plinio conferenti Theophrastum qui sic habet: *συνάγεται πανταχόθεν ἡ σμύρα, ἐν ἡ ἁγιασθὲς εἰς δ̄ ἰεὸν ἐν δ̄ τῶν ἡλίου, congeruntur vndiquaque myrrha & thus in templum Solis.* Itaque videtur Plinius id ex Græco scriptore habere, in quo librariorum errore qui β & μ sæpe permutant, *Σάβις* fuerit pro *Σάμυς*, id est *סמס* vel *סמס* Sol. Quamuis etiam Arabibus B & M sint literæ promiscuæ. Hinc locus vbi thus colligitur in Arabe Geographo vocatur *מרבט* *Merbat* & *ברבט* *Berbat*. Saracenorum metropolis *מכה* *Meccha* & *בכה* *Beccha*. Smaragdus *זמרגד* *zamaragd* & *זברגד* *zabargad*. Tale in Chald. paraphrasi *מתנ* *Matnâ* & *בתנ* *Batnan* pro *Basan* seu *Batanæa*, *אמנא* *Amana* Damasci fluius pro *אבנא* *Abana*. Reg. 5. 12. *Γομολίτιν* Stephano pro Idumæis qui aliis *Gobolita*. *Merodac* & *Berodac*. Sic amphibæna Hefychio *ἀμφίβηνα* *amphismena*; & promuscis idem est quod *proboscis*.

Notat Arabs Geographus clim. 1. part. 6. in terrâ *Hadhramauth* urbem esse regioni cognominem, ab *אדן* Aden quinque stationibus Orientem versus distitam, vnde affertur *אלוזר אלחזרמי* *Aloe Hadramitica*, cuius in Oriente multus vsus est, quamuis bonitate cedat *אלסקר* *Socotrina*, id est insulæ *Socotræ* seu iuxta veteres *Dioscoridis*. Cætera pete ex Geographis.

Vt *Abimelec* Palestinæ, *Pharao* Regum Ægypti, *Cæsar* Imperatorum proprium fuit nomen, ita *אלחזרמי* *Atthobo* Regum *Azarmauth* & *Hamir*,

Clim. 1.
part. 6.

Plin. 1. 12.
cap. 14.

Hist. Plant.
lib. 9. cap. 4.

A id est Chatramitidis & Homeritidis. Ita habetur apud Giggeium. Attho-
bo est affectator & discipulus: Quia pseudopropheta vestigiis insultere se
profiterur.

Notandum nomen **חַטְרָמִית** Hatsar-maueth vel Hadbramauth aliquid
habere infame. Id enim Hebræis *atrium mortis* & Arabibus *regionem mor-*
tis sonat. Vnde liber nominum qui Hieronymo tribuitur: *Asarmoth*,
atrium mortis. Cuius nominis causam si roges, ecce tibi eam in promptu.

Inter Arabiae regiones thuriferas nominat Theophrastus *Ἀραβίῳ*, vel ut
legendum contendit Cl. Salmasius *Ἀραβίῳ*, id est **חַטְרָמִית** Ita enim Pli-
nius lib. 12. cap. 14. *Thura prater Arabiam nullis, ac ne Arabia quidem uni-*

In Solin. p.
490.

B *uersa. In medio eius fere sunt Atramita pagus Sabæorum, capite regi Sa-*
bota in monte excelsa, à quo octo mansionibus distat regio eorum thurifera. Et
apud Ptolemæum *Chatrammitis* quod idem est ab Oriente contigui sunt
Sachalita, vbi *Sachalites* sinus, quem sic describit Arrianus in periplo:

lib. 9. c. 7.

A *Ἄλλοτε ἐκδὲ ἡμετέρας βασιλείας ἐλάτος ἐπὶ πολὺν παρεκτείτων, ὁ λεγόμενος Σαχαλί-*
της, ἐν ᾧ ἔστι λίθων ὄρος: ὁρὴν δὲ ἐν δὴσάλῳ, ἀεὶ πυκνὰ ἔχουσι ἐν ὄρεσιν ἄσπε-
ρον, καὶ τὸ δένδρον φερόμενον τὸ λίθον, ἄλλοτε ἔστιν ἡμετέρας βασιλείας ἐλάτος ἐπὶ πολὺν
παρεκτείτων, ὁ λεγόμενος Σαχαλίτης, ἐν ᾧ ἔστι λίθων ὄρος: ὁρὴν δὲ ἐν δὴσάλῳ,

C *ἄλλοτε ἔστιν ἡμετέρας βασιλείας ἐλάτος ἐπὶ πολὺν παρεκτείτων, ὁ λεγόμενος Σαχαλί-*
της, ἐν ᾧ ἔστι λίθων ὄρος: ὁρὴν δὲ ἐν δὴσάλῳ, ἀεὶ πυκνὰ ἔχουσι ἐν ὄρεσιν ἄσπε-
ρον, καὶ τὸ δένδρον φερόμενον τὸ λίθον, ἄλλοτε ἔστιν ἡμετέρας βασιλείας ἐλάτος ἐπὶ πολὺν
παρεκτείτων, ὁ λεγόμενος Σαχαλίτης, ἐν ᾧ ἔστι λίθων ὄρος: ὁρὴν δὲ ἐν δὴσάλῳ,

D *ἄλλοτε ἔστιν ἡμετέρας βασιλείας ἐλάτος ἐπὶ πολὺν παρεκτείτων, ὁ λεγόμενος Σαχαλί-*
της, ἐν ᾧ ἔστι λίθων ὄρος: ὁρὴν δὲ ἐν δὴσάλῳ, ἀεὶ πυκνὰ ἔχουσι ἐν ὄρεσιν ἄσπε-
ρον, καὶ τὸ δένδρον φερόμενον τὸ λίθον, ἄλλοτε ἔστιν ἡμετέρας βασιλείας ἐλάτος ἐπὶ πολὺν
παρεκτείτων, ὁ λεγόμενος Σαχαλίτης, ἐν ᾧ ἔστι λίθων ὄρος: ὁρὴν δὲ ἐν δὴσάλῳ,

E *ἄλλοτε ἔστιν ἡμετέρας βασιλείας ἐλάτος ἐπὶ πολὺν παρεκτείτων, ὁ λεγόμενος Σαχαλί-*
της, ἐν ᾧ ἔστι λίθων ὄρος: ὁρὴν δὲ ἐν δὴσάλῳ, ἀεὶ πυκνὰ ἔχουσι ἐν ὄρεσιν ἄσπε-
ρον, καὶ τὸ δένδρον φερόμενον τὸ λίθον, ἄλλοτε ἔστιν ἡμετέρας βασιλείας ἐλάτος ἐπὶ πολὺν
παρεκτείτων, ὁ λεγόμενος Σαχαλίτης, ἐν ᾧ ἔστι λίθων ὄρος: ὁρὴν δὲ ἐν δὴσάλῳ,

F *ἄλλοτε ἔστιν ἡμετέρας βασιλείας ἐλάτος ἐπὶ πολὺν παρεκτείτων, ὁ λεγόμενος Σαχαλί-*
της, ἐν ᾧ ἔστι λίθων ὄρος: ὁρὴν δὲ ἐν δὴσάλῳ, ἀεὶ πυκνὰ ἔχουσι ἐν ὄρεσιν ἄσπε-
ρον, καὶ τὸ δένδρον φερόμενον τὸ λίθον, ἄλλοτε ἔστιν ἡμετέρας βασιλείας ἐλάτος ἐπὶ πολὺν
παρεκτείτων, ὁ λεγόμενος Σαχαλίτης, ἐν ᾧ ἔστι λίθων ὄρος: ὁρὴν δὲ ἐν δὴσάλῳ,

G *ἄλλοτε ἔστιν ἡμετέρας βασιλείας ἐλάτος ἐπὶ πολὺν παρεκτείτων, ὁ λεγόμενος Σαχαλί-*
της, ἐν ᾧ ἔστι λίθων ὄρος: ὁρὴν δὲ ἐν δὴσάλῳ, ἀεὶ πυκνὰ ἔχουσι ἐν ὄρεσιν ἄσπε-
ρον, καὶ τὸ δένδρον φερόμενον τὸ λίθον, ἄλλοτε ἔστιν ἡμετέρας βασιλείας ἐλάτος ἐπὶ πολὺν
παρεκτείτων, ὁ λεγόμενος Σαχαλίτης, ἐν ᾧ ἔστι λίθων ὄρος: ὁρὴν δὲ ἐν δὴσάλῳ,

H *ἄλλοτε ἔστιν ἡμετέρας βασιλείας ἐλάτος ἐπὶ πολὺν παρεκτείτων, ὁ λεγόμενος Σαχαλί-*
της, ἐν ᾧ ἔστι λίθων ὄρος: ὁρὴν δὲ ἐν δὴσάλῳ, ἀεὶ πυκνὰ ἔχουσι ἐν ὄρεσιν ἄσπε-
ρον, καὶ τὸ δένδρον φερόμενον τὸ λίθον, ἄλλοτε ἔστιν ἡμετέρας βασιλείας ἐλάτος ἐπὶ πολὺν
παρεκτείτων, ὁ λεγόμενος Σαχαλίτης, ἐν ᾧ ἔστι λίθων ὄρος: ὁρὴν δὲ ἐν δὴσάλῳ,

I *ἄλλοτε ἔστιν ἡμετέρας βασιλείας ἐλάτος ἐπὶ πολὺν παρεκτείτων, ὁ λεγόμενος Σαχαλί-*
της, ἐν ᾧ ἔστι λίθων ὄρος: ὁρὴν δὲ ἐν δὴσάλῳ, ἀεὶ πυκνὰ ἔχουσι ἐν ὄρεσιν ἄσπε-
ρον, καὶ τὸ δένδρον φερόμενον τὸ λίθον, ἄλλοτε ἔστιν ἡμετέρας βασιλείας ἐλάτος ἐπὶ πολὺν
παρεκτείτων, ὁ λεγόμενος Σαχαλίτης, ἐν ᾧ ἔστι λίθων ὄρος: ὁρὴν δὲ ἐν δὴσάλῳ,

ἀπέστιλε Πτολεμαῖον Alexandri vero caput amputatum Arabum dynasta Zabe-
lus misit ad Ptolemaeum. Sed nihil mirum pro Zabelo vel Zabilo Rabilum
scribi, cum apud Arabes Z & R vno solum puncto differant. Itaque ha-
rum literarum frequens est Ἰζαγεμμάτισμος. Hinc in Arabe Geographo
passim legas Churestan pro Chuzestan. Et in Pandectario Marthēi Syluaticii
Reia, spelta, Galenus. Reia id est ζῆα. Item: Rabaleb, muscas. Vera scrip-
tura esset ἡαηη Zahaleph. Pari ratione Rabilus ex Zabilo factus. Et ambi-
gua scriptura alium errorem peperit; Nempe Alexandrum illum non
ab Arabum dynastā siue rege, sed à latronibus captum & cæsum, quia
Arabice ῥαβὶ rabil est latro. Trogus lib. 37. de eodem Alexandro: Cum in
fugam esset versus, magna vi tempestatis oppressus ac desertus, à latronibus ca-
pitur, perductusque ad Gryphum interficitur. Iam è diuerticulo in viam.

Est & alia ratio nominis ἡαηη. Præter thus myrrha etiam & aloë &
casia & cinnamomum nascebatur in Chatramitis, vt suo loco dicetur.
Porro in odoriferis illis locis frequentissimi sunt serpentes, quorum mor-
sus sunt lethiferi. Agatharchides cap 50. vbi de Sabæis & Arabiâ Foelici:
Περὶ τῶν δρυμῶν τῶν ἐν αὐτῶν γένος ὅστις ὄφεις ἰδιώτερον πάντων, οἰονεὶ φθονὸς ὄφεις
τῶν ἀδελφῶν ὀπιπυγμοσι τὸ πύγος, ἔξ Ἰζαγεμμάτισμος τὰ ἄνω ὅ ἰσχυροὶ ἐν salti-
bus rerum odoratarum serpentis est genus omnium insolentissimum, quasi
fortuna inuidens tam largi terre commodis bono malum attexat. Addit esse
serpentem colore puniceo, longitudine spithamæ, δῆγμα ὃ ἀνάσσει, ἀν τὸ
ἀνάσσει ἀνώτερον ἀμφοτέρω & morsum esse insanabilem, si supra illa sauciauit.
Apparet describi acontiam qui in viatores insiliens lethale vulnus infligit.
Itaque vbi habetur in sequentibus: τῶν πλεονῶν ὃ δίδωσι παλλόμενοι εἰς ὄφεις,
plagam autem infert vibratus in altum, pro παλλόμενοι legi malim ἀλλόμενοι.
Quomodo habetur in Diodoro lib. 3. pag. 126. δῆγμα τε δὲ ποικίλων ποικίλων
ἀνίσταται, δακνὴν δὲ ὀπιπυγμῶντες, ἔξ ἀλλόμενοι παρὸς ὄφεις ἀμφοτέρω τῶν χρωμάτων. Et in
Strabone lib. 16. pag. 778. Ὅφεις δὲ ποιημαῖοι, φοινικὶ τῶν χρωμάτων, παρὰλλό-
μενοι ἔξ μέλει ῥαβῶν, ὃ δῆγμα ἔχοντες ἀνίσταται. His serpentibus à saltu no-
men Arabicum in Auicennâ ἡαηη & Hebraicum ἡαηη Ef. 34. 15. Quam
saiâ vocem ab interpretibus hæcenus non intellectâ explicauī pluribus in
libro de animalibus. Pro iaculis seu acontiis serpentes subalatos iis in lo-
cis describit Herodotus Musâ tertiâ: τὰ δὲ, inquit, δένδρα τῶν τε ῥαβῶν
ἡαηη, ὅφεις ὀπιπυγμοί τε μεγάλα, ποιῶν τε εἶδον, φυλάσσει, πλε-
θρὶ πολλοὶ δὲ δένδρον ἐχούσιν Thuriferas enim illas arbores observant serpentes
subalati, exiguâ staturâ, versicolori specie, magno numero circa singulas ar-
bores. Etiam Plinius obiter meminit lib. 12. cap. 17. vbi styracem Arabes
vtere tradit ad serpentes fugandos in odoriferis syluis frequentissimas. Itaque
cum vel æris ratione, qui est ἡαηη & ἡαηη, vel propter serpentum
copiam, quorum morsus sunt lethiferi, loca illa sint parum tuta, & multis
periculis obnoxia, non dubito quin nomen ἡαηη Hadhramauth, id est
regio mortis, sit factum ex argumento. Atque id expressè habetur in libro
cuiusdam Arabis de proprietatibus rerum quem Aristoteli tribuunt: Ha-
dramot locum esse vbi ventus, id est ær pestilens, multos homines in-
terficit.

A Quod dixi Adramitas apud Ptolemæum & alios perperam distingui à Chatrammitis, patebit cum Ptolemæo conferenti Geographum Arabem in quo populi *Hadbramauth* soli occupant quicquid terrarum vtrisque assignatur à Ptolemæo. Nempe vt idem fluuius Chaboras & Aboras, eadem regio Chosroene & Osroene, Chattenia item & Attene prope Gerbhæos, iidem populi Chalybes & Alybes apud Strabonem, ita iidem populi Chatramitæ & Atramitæ vel Adramitæ, eadem regio Chatramotis & Atramotis, prout Hebræa & Arabica aspiratio adscribitur vel negligitur. Ita pridem coniecerat Salmasius ὁ παρὸν in Solinum pag. 490. Ego vt rem certam assero iis quos dixi simul collatis. Atque id probare esset obuium, si tanti esset. Sed ad alia properamus. Tantum libet pauca addere de loco vnde thus aduehebatur, quia in eius designatione parum sibi constant veteres.

CAPVT DECIMUM-OCTAVVM.

De loco Arabia vnde thus aduehebatur.

C Thus à candore dici Hebr. לבונה *lebona*, vnde Græcè λεβων. Arabice زبدون *chonder* ex Gr. χόνδρος. Latine thus quasi τῶς, id est *ευμιαμα*. Thus neque ex Indiâ afferri, neque ex Aethiopia, neque ex Panchaiâ, neque ex monte Libano, sed à Sabæis, sacros & profanos scriptores ita testari. Quatuor Arabia loca aromatifera in Theophrasto, loca thurifera Eratosthenem sinu Arabico, Ptolemæum Pessico adiuuere, Thus ibi nasci vbi myrrha, nempe in Chatramotis & vicinis locis, Cana thurifera emporium; Regio thurifera ad sinum Sabalitem, & Syagrum promontorium, vnde thus Syagrum, *Moscha* portus, Regio Abasinorum prope Chatramotis apud Geographos Arabes, *Merbat* & *Sejer* vnde thus aduehitur vbi sint. An *Merbat* & *Afer* sint veterum *Mephat* & *Aseng*. Mare Indicum ibi esse minè tranquillam probatur ex Auicennâ. An huc pertineat Philostorgij locus, Εὐβοῦν ἐπὶ τῶν ἐξ ἠμετέρων κινουμένων. Legendum *αυβοῦν* acutè obseruauit ampliss. D. Sarrau. Quod confirmatur ex Nicephoro. In eodem loco alia quædam explicantur. *Clysma* vel *Glystia* Aegypti vrbs ad mare Rubrum. De eâ loca in concilio Chalcedonico & Luciano & Antonino explicata & emendata. *Clystia* Atabibus *Calzem*. Ibi alueus è Nilo in mare Rubrum, *Clystia* veterum *Asinoc*. Forte *Καίσινα* vetius. Ab eâ primo sinus Heroum, deinde totum mare Rubrum denominatum. *Sejer* vel *Sagar* thuris locus. Forte mutato puncto Arabice legendum *Sachar*. Ibi *Sachaltes* sinus. *Churtan* & *Murtan*, aliis *Curia* & *Muria*. Atramitæ pagus Sabæotum. In iisdem locis, *myrrha*, *aloe*, *osson* & *cerpaton*. *Osson* est *חצן*, *cerpaton* *קרפה* id est xylocinnamomum. Imperij Sæmiramidis Australis terminus.

THUS Hebraicè לבונה *lebona* dicitur à candore. Plinius: *Autumno legitur ex aetino partu; hoc purissimum, candidum. Et paulo post: Creditur ex nouellæ arboris candidius, sed ex veteris odoratus.* Quod habet ex Theophrasto. Dioscorides de Arabico thure & ex eo Aetius: *πρωτόν δὲ ἄρπλον λεβωνίου ἐστὶν ἄσπερον, ἔχει δὲ τὸν ἴσον ἅλματος, λεβωνίου.* Primatum tenet masculum quod stagoniam vocant naturâ suâ rotundum: Tale autem indiuiduū est *λευκὸν album*. Auicenna in titulo de electione thuris: *Optimū in speciebus eius est *λευκὸν ἄσπερον* masculum, album, rotundum &c.* Serapio: *Melius est masculum, quod est rotundum, album, &c non facile frangibile &c.* Hinc Stadius lib. i. Thebaidos

Plin. lib. 12. cap. 14.
Theophr. l. 9. cap. 4.
Diosc. l. 1.
Aet. tetrab. 1. Serm. 2. c. 196.
Auic. lib. 2. cap. 772
Serap. aggreg. c. 178.

Thura &c.

Ex Hebræo לבונה *lebona* factum Syrum לבונה *lebontha*, Arabicum زبدون

loban, Græcum λίβανος & λιβανώτης, & barbarorum *Olibanum*. Nam quod λίβανον dici volunt ἢ λίβανος ἢ λίβανος ἢ λίβανος ἢ λίβανος, aut à Libano monte, meræ nugæ sunt.

Arabicè in Auicennâ & aliis thus alio nomine *ثور* *thor* vocatur, voce deductâ ex Græcâ χόνδρος, id est granum (sup. thuris) Lucianus in Chronosolone: λιβανωτῶν χόνδρος πεμπούτωι *thuris grana mittunt*. Arrianus in periplo: καὶ χόνδρον τις ἀρη & *granum* (thuris) *siquis sustulerit*. Aëtius lib. 9. cap. 37. λίβανος χόνδρος καμυῖος *thuris granum fabæ magnitudine*. Dioscorides capite de Ammoniaco: λιβανωτῶν τοῖς χόνδρος *grana thuris referens*. Et in capite de thure: χόνδρον ἀναφθέντι ἀπὸ λύχνης *granô* (thuris) *lucernâ accensô*. Inde ἢ γρονδρος λίβανος eidem *thus grumofum* vt Marcellus, non *cartilagineum* vt Hermolaus reddit perperam.

In Solin.
pag. 100.

De nomine Latino sic doctissimè Salmasius vt solet: Θύς Græcè idem quod Θυμίαμα. Inde Latinum *thus*, vt πύον *pyon*: γλοιός vel γλυός *glyus*. Veteres Græci θυῖν non pro sacrificare, sed ἀπὸ θυμῶν ponebant. Æolicum φύω, vnde Latinum *fuo* & *fio*, & compositum *suffio* & *suffimen*. Αθύω θυμός, Æolice θυμός, vnde *fumus* Latinum, & fumigare, vt à Græco θυμῶν. Hesychius: θυμός, πνοή, ἀήρ. Sic θυός & θυμίαμα idem. Sed κατ' ἐξοχὴν Græci thus dixerunt: θυμίαμα. Vranus in Arabicis apud Stephanum: ἢ χύμα ἢ Ἄβασσων σμύρνην φέρει, ἐξ ὅσων, ἐξ θυμῶν. Vbi θυμίαμα pro thure posuit. Recentioris Latinitatis auctores *incensum* appellauere, hoc est θυμίαμα. Glossæ θυμίαμα *incensum*. Inde vox nostra quâ thus hodie appellamus. Hæc ille, vir eximius, quæ non piguit exscribere.

Garc. l. 1.
Aromat.
Indic. c. 6.

Thuris ex Indiâ allati meminere Dioscorides, Auicenna & Serapio. Et Philostratus Apollonij sui lib. 3. cap. 1. locum accurate designat, nempe Caucasii partem quæ respicit mare Rubrum, circa fontes Hyphasis fluminis quò vsque Alexander est progressus. Tamen in Indiâ thus prouenire Garcias & alij disertè negant. Sic regiones thuriferas in Æthiopiâ describit Strabo lib. 16. circa Pytholai promontorium, & Isidem, & Nilum, quarum alibi nulla mentio. Itaque hoc valde suspectum. Nihil plus fidei Diodoro Siculo cum scribit Panchaiam insulam φέρει λιβανωτῶν ὅσων ἵκανόν πλῆθος, ὥστε ἀρκεῖν καὶ ὅλῳ τῷ οἰκουμένῳ πρὸς τοῖς ἑσθ' ἡμῶν πρὸς thus *produce-re tantâ copiâ, vt ad Deorum cultum sufficiat per totum orbem*. Panchaia enim illa insula purum putum est Euhemeri figmentum, vt pridem obseruauit Plutarchus in tractatu de Iside. Ridiculi sunt imprimis qui propter nominis allusionem λίβανον in monte Libano aut inter Libanum & Antilibanum nasci volunt, vt Seruius & Isidorus, & Græculi quos citat Cl. Salmasius in Solinum pag. 1056.

Nihil de thuris natalibus potest afferri certius quam quod in Scripturâ traditur, è Sabæorum solo scilicet exportari. Sic Esaïæ cap. 60. vers. 6. *Illi omnes ex Sabæa venient, aurum & thus afferent*. Et Ierem 6. 20. *Quorsum mihi thus de Saba veniet, & calamus suaue olens de terra longinqua?* Itaque sacris scriptoribus hac in parte profani fere omnes adstipulantur. Theophrastus de monte thurifero Histor. Plant. lib. 9. cap. 4. *Τὸ δὲ ὅρος ἀπὸ μεμελειδαι τοῖς Σαβαίοις: τὸ τοῖς ἰσθμῶν κείνῳ, Totum hunc montem diuisum esse*

A Sabæis, hos enim esse loci dominos. Item: ἔφασι δὲ οὐδὲν ὅτι σάβαιον παρὰ τὸν ἥλιον ἢ
σάβρα καὶ ἡ λιβαρῶς εἰς τὸ ἰερόν τε ἡλίου, τὰ τὸ δ' εἶναι τῆς Σαβαίων, dixerunt au-
diuisse se myrrham & thus collectum undiquaque ad templum Solis conuehi,
atque illud esse Sabæorum. Agatharchides cap. 30. vbi de Sabæis agit: ὅτι
δὲ μεσογεία δρυμοὶ συνεχεῖς εἰς χυσι καὶ μεγάλαι δένδρα δὲ ἡλίβατα σάβρα καὶ λιβα-
ρῶς, &c. καὶ τῆς ἄλλων ἀπέειπεν τῆς ἑστέων; In mediterraneis autem frequentes
& magna sylua sese exporrigunt. Quippe exsurgunt præcelsæ arbores myr-
rhæ & thuris, &c. atque id genus aliorum. Quæ eadem in Strabone &
Diodoro legas. Inde Plinius: Sabæi Arabum propter thura clarissimi. Et
rursus: cibosque Sabæi coquunt thuris ligno, alij myrrhæ: Et Virgilius,

Strab. l. 16.
pag. 778.
Diod. l. 3. p.
127. Plin. 6.
28. Et 12. 17.
Virg. Æn. 4

B -----centumque Sabæo
Thure valent aræ.

Item, ----- molles sua thura Sabæi.

Georg. 1.
Georg. 2.

Item, ----- Solis est thurea virga Sabæis.

Et Valerius Flaccus, --- thuriferos, felicia regna, Sabæos.

Val. Argon.
lib. 6.

C In re tam manifesta plura congerere sit superfluum.

Sed operæ præteritum erit quærere ex quo loco Sabæorum thus sit adue-
ctum. Quod Theophrastus ita definit: Γίνεται δὲ ὁ λίβαρος, καὶ ἡ σάβρα, καὶ ἡ
κασία, καὶ ἐπιδιδόμενον ἐν τῇ τῆς Ἀράβων χώρα νήσῳ (Cl. Salmasius emendat
χέρρονισσῳ rectè omnino) εἰς τε Σάβα καὶ Ἀδράμυτα, καὶ Κιτίβανα, καὶ Μάλι, gi-
gnitur ergo thus, & myrrha, & casia, & cinnamomum in Arabum penin-
sulâ circa Saba & Adramyta, & Citibana, & Mali. Quibus ver-
bis cum Theophrastus quatuor locis quatuor aromatum genera prouenire
scripserit, non satis liquet vtrum omnia in omnibus, an singula voluerit
singulis locis gigni. Itaque aliunde lux quærenda.

Iuxta Eratosthenem apud Strabonem φέρει λιβαρῶν τε καὶ ἡ Καταβανία, σμυρ-
νῶν τε καὶ Χατραμοτίτις; thus quidem gignit Catabania, myrrham autem Chatra-
motitis. Catabania Theophrasto Citibæna, & Chatramotitis Adramyta. In
eâdem cum Eratosthene sententiâ in speciem est Ptolemæus, apud
quem sub Cattabenis est ἡ λιβαροφόρος, regio thurifera. Et κατὰ τὸν Χατραμο-
τιτίαν, ἡ ἐν τῇ σμυρνοφόρος apud Chatrammititas, id est in Chatramotide,
exterior regio myrrhifera. Tamen in eò valde differunt Eratosthenes & Pto-
lemæus, quod ille Καταβανίαν Catabanes seu Ptolemæi Cattabenos, vbi re-
gio thurifera, ponit κατὰ τὰ στενὰ καὶ τὴν ἀπὸ τῆς Ἀραβίας εἰς Ἰνδὸν ad Arabici
sinûs angustias & transitum. Eisdem autem Ptolemæus ad Omanitarum
Orientem exporrigit μέχρι τῆς Ἀραβίων ὄρων, usque ad montes Asabon vel
Asabo, qui sunt ad fretum sinûs Persici. Itaque ex mente Ptolemæi thus
prope fretum sinûs Persici, parte maximè Orientali, at ex mente Erato-
sthenis prope Arabici sinûs fretum gignitur in Occidentali angulo eius-
dem Arabiæ.

E Alij melius thus nasci volunt in eâ parte Arabiæ in quâ myrrha gignitur,
in Chatramotiti scilicet & finitimis regionibus. Plinius: Myrrham in iis-

Plin. lib. 12.
cap. 17.

quod A
nte;
vo
hro
pe
b.9
ori-
s. Et
msd.
agi- B
dem
ete-
pύω,
Eo-
efy-
thus
Ca-
cen- C
e Ju-
vir
Et
npe
mi-
nire
cri-
um,
idei D
rλη-
uce-
nim
auit
mi-
um
s in
urâ
fili B
cor-
ua?
tur.
πδρ
esse

dem Syluis permixtam (thuri) arborem nasci tradiderunt aliqui. Ex eò nu-
 merò est Arrianus in Periplò. Is enim Canam urbem (quæ apud Ptole-
 mæum Adramitarum est emporium) appellat emporium *χώρας λιθωφόρου*
φώρου regionis thuriferae, & quicquid in eâ thuris gignitur inde ferri tradit
 Sabbatham urbem mediterraneam: Nec multo post meminit thuris inter
ἄλλα φέρτατα merces locorum proprias. Quibus hæc Plinij ferè consona lib.
 12. cap. 13. In medio eius (Arabia) ferè sunt Atramitæ (Adramitæ Ptole-
 mæo) pagus Sabæorum capite regni Sabota (Arriano Sabbatha) in monte
 excelso, à quò octo mansionibus distat regio eorum thurifera. Saba appellatur,
 quod significare Græci mysterium dicunt. Spectat ortus Solis æstivi, undique
 rupibus inuia, & à dextrâ maris scopulis inaccessa. Saba quidem appellat
 ex sententiâ veterum. Tamen ex situ apparet eundem locum describi
 quem ab Arriano supra. Quin & idem alibi Canan thuriferæ nominat: *Ve-*
niuntque, inquit, *circiter tricesimâ die Ocelim Arabiae aut Canam thurife-*
rae regionis. Eòdem pertinent quæ sequuntur apud Arrianum: *μὲν δὲ Κανὴ τῆς*
γῆς ἐπὶ τῷ λεῖον ὑποχωρήσας, ἀλλὰ ἐνδεσθὲν βαρύτερος χάλκος ἐπὶ πολὺ παρεκτείνων ὁ
λεγόμενος Σαχαλίτης, ἢ χώρα λιθωφόρου Canam, magno spatio mari retro-
 cedente, alius profundissimus sequitur sinus longo tractu extensus, qui Sacha-
 lites dicitur, & regio thurifera. Sequitur thureæ arboris descriptio, & mor-
 borum quibus obnoxij sunt qui ea loca frequentant. Atque vt scias Sacha-
 litis sinûs eam partem designari quæ Adramitas attingit, addit in Syagro
 promontorio, quod à Sachalitis illos diuidit, esse *φρούριον τῆς χώρας ἢ λιμῆνα,*
ἢ ἀποθήκην τῶν συναρμύμενων λιθάνων regionis illius castrum, & portum, & col-
 lecti thuris apothecam. Proinde in Dioscoride vna species est thuris *ἀτμος ἢ*
σάβας καλεούμενος, quod atomum aut Syagrum vocant, nempe quod è pro-
 montorio Syagro aduehitur. Addit Arrianus aliquanto post: *καὶ μετ' αὐτῆς,*
ὄσμος ἀποδεδηγμένος τῶν Σαχαλίτου λιθάνων πρὸς ἐμβολίῳ Μόχα λιμῶν λεγόμενος, εἰς
τὸ ἀπὸ Κανὴ σωήθως ἀλλοῖα πέμπεται τινα, Et post ipsos (id est Syagrum pro-
 montorium & sinum Omanum huic proximum) sequitur portus insignis ad
 thus Sachaliticum conuehendum, qui Moscha portus dicitur, in quem à Canâ
 solent nauigia quædam mitti. At in Ptolemæo Μόχα λιμῶν portus Adrami-
 tarum est, post quem sequitur Syagrus. Ex his apparet Arabiae loca omnia
 thurifera ex Arriani sententiâ, quò nemo veterum hæc persequitur accu-
 ratius, aut in Adramitis fuisse, aut in Sachalitis proximis.

Plin. lib. 6. cap. 13.

v. Procl. 1.6. cap. 7.

Neque aliud sibi volunt Vranij verba in Stephano: *ἡ χώρα τῆς Ἀβασσι-*
κῶν συνόρων φέρει, ἢ ὄσμος, ἢ θυμίαμα, regio Abasenorum myrrham fert, & Of-
 son, & thus. Neque enim intelligit Africae Abasenos vel Abissinos, sed
 Arabiae, à quibus oriundi sunt Africani. Hi porro Abaseni Adramitis, vel,
 quod idem est, Chatramotis erant proximi. Idem Vranius: *Μετὰ τοῖς Σα-*
βασίους Χατράμοις ἢ Ἀβασίους Post Sabæos sunt Chatramotæ & Abaseni.

Vt res firmetur eò magis, consule Geographum Arabem. Thus gigni
 reperies in Arabiae duobus locis, nempe in montibus *مربات* Merbat, & in
 terrâ *سجر* Seger vel Sagar. De illis ita habetur sexta parte primi climatis:
بأرض مدينته مربات تخرج شجر الثور و منها يثمنون و منها يثمنون و منها يثمنون
Montes urbis Merbat producent arborem thuris: Ex eâ autem distrahitur in om-
nes

A

B

C

D

E

A nes partes Orientis & Occidentis. Ita etiam Auicenna lib. 2. cap. de חנדר chonder, id est de thure, vt diximus: $\text{כונ בבלאד יסמי אלמרבאט וקח אלכלד וקפא}$ $\text{כונ בבלאד יסמי אלמרבאט וקח אלכלד וקפא}$ est in regione quæ vocatur Merbat, mari vicinâ. Merbat Geographus Arabs distare dicit ab חסה Hasec, altero oppido maritimo versus ortum, quatuor stationibus itinere terrestri, vel maritimo duobus cursibus. Vtrique porro opponi insulam aloës Socotram, id est insulam Dioscoridis, cuius parti Orientali opponuntur in Ptolemæo *Ascita*, Occidentali *Μαφαθ κόμη* A' δεφμίτων. Itaque nisi ex Plinio, & Marciano, & Stephano didicissem Ascitas dici ασίτας , quia in vtribus nauigant, Ascitas ab *Asic* crederem traxisse nomen, & *Μαφθα* corruptum esse ex Merbat.

Plin. lib. 6.
cap. 29.
Marc. in
Perip.
Steph. in
Ασίται.

B Obiter notandum ab Auicennâ mare Rubrum vel Indicum in iis locis describi mirè tranquillum. Arabica verba quæ omiserunt interpretes sic habent: *Thus* prouenit in regione Merbat nomine, mari vicinâ, ad quam qui nauigant mercatores in viâ non agitantur, nec aduersis ventis obluantur, nec timent ne frangatur nauis, aut obsistentium ventorum flatibus aliò propellatur, sed placidè ad locum illum appellunt, quem Merbat vocari diximus, unde thus euehitur multis nanibus, quo negotiantur mercatores. Apertum scilicet mare multo est placidius quàm in Arabici sinûs vel Persici angustiis.

C Putaueram hûc pertinere quod in Philostorgiò legitur lib. 3. cap. 6. $\text{ἢ μὲν τοι Ἐρυθρὰ ἔπι πλείστον μὴ κινουμένη εἰς δύο ἕνας ἀπομερίζεται ἰσότητι}$. Ibi enim vt in Auicenna habetur mare Rubrum rarè agitari. Sed monuit me amplissimus, doctissimus, humanissimus, cuique plurimum debeo, D. Claudius Sarrauius, in supremâ curiâ Parisiensi Senator dignissimus, ibi pro $\text{ἔπι πλείστον μὴ κινουμένη}$ legendum $\text{ἔπι πλείστον μηκυνόμενη}$, id est $\text{ἔπι πλείστον μήκους ἐκτετατομένη}$, vt explicat Nicæphorus Callistus qui Philostorgium sequitur καὶ τὸ πόντος . Ibi nimirum de Oceano non agitur, sed de sinu Arabico, quem mare Rubrum plerique vocant. Porro sinum illum $\text{ἔπι πλείστον μὴ κινεῖται}$ raro agitari esset oppido falsum, cum illud mare sit valde inquietum. Itaque nihil certius quàm quòd coniectat vir amplissimus, scripsisse Philostorgium, $\text{ἢ μὲν τοι Ἐρυθρὰ ἔπι πλείστον μηκυνόμενη}$ mare Rubrum multum productum.

lib. 9. c. 18.

D Atque id firmant quæ sequuntur, quæ cogor explicare, quia doctissimus interpres non intellexit: $\text{εἰς δύο πινὰς ἀπομερίζεται ἰσότητι, καὶ ὁ μὲν αὐτὸς ἐπὶ Ἀγυπῶν χωρεῖ κλίσμα (lege Κλύσμα) καὶ ὁ πάλαι, ὃ ἐπὶ ἡμῶν φέρονται}$. in duos quosdam sinus diuiditur, quorum vnus quidem ad Ægypti urbem Clysmata tendit, vbi desinit, inde denominationem sumens. Κλύσμα lego cum Nicæphoro vbi supra. Ea est Ægypti vrbs in intimo sinu Arabico, cuius meminere Ptolemæus lib. 4. cap. 5. Epiphanius in hæresi Manichæorum: Et Ægyptij Episcopi in epistolâ ad Leonem Augustum Concilij Chalcedonensis parte tertîâ; Cui epistolæ inter alios subscribit *Poemen* Episcopus

E *Clysmatis*. Ita legendum, non *Elismatis*, vt habet editiones: Sed nec *Elenusina*, quæ coniectura est Ortelij. De eodem Clysmate locum insignem reperiri in Luciani Pseudomanti, cuius mentem non assequuntur qui Latinas versiones procurarunt: $\text{Ἀναπλώσας ὁ νεδρὶ σκῆθι εἰς Ἀγυπῶν ἀχειτῆ κλύσματος πλοῖα ἀμαρμένον, ἐπίδη ἐν αὐτῷ εἰς Ἰδία πλώσσει cum adolefcens aduerso}$

* Alij ad *inundationem.* *anne in Ægyptum navigasset, prouectus * ad Clyfma vsq. nauigio, persuasus etiam est ut in Indiam vsque nauigaret.* Est & huius oppidi nomen in itineraio Antonini corruptum, vbi pro *Clyfma* legitur *Lifmo*. Arabes reiectâ vocali quæ est in fine scribunt *ⲙⲓⲣ Calzem* vel *Colzum*. Hanc urbem multa insigniunt. Portus non incelebris; Nauium fabricandarum ratio peculiaris, quam describit pluribus Geographus Nubiensis quintâ parte climatis tertij: Alueus denique è Nilo ductus ibi in mare Rubrum exiens. Quem à Sefostri olim inchoatum, à Dario continuatum, & à Ptolemæis perfectum, deinde diu neglectum restituit Amrus mandato Omaris, vt legitur hist. Saracen. lib. 1. cap. 3. & ponte iunxit Abdulazizus, ibidem cap. 12. Vnde colligo Clyfma eandem esse urbem cum Arfinoe seu Cleopatride veterum, & falli Ptolemæum, qui tanquam diuersas vrbes describit diuersis locis. Alueum enim è Nilo ductum ad Arfinoen, vel quod idem est Cleopatridem, in mare exiisse testatur Strabo. Indidem suspicio non leuis *Κλίσμα* vel *Κλεισμα* potius scribendum quàm *Κλύσμα*. Vt fiat *κλειδον* à claudendo. Nam in illo alueo Ptolemæi, vt docet idem Strabo, *κλειδον ἐποίησαν ἔπειτα, ὥστε ὅτε βύλιον ἐκπλεῖν ἀκωλύτως εἰς πλῆθὺν ἔξω θάλασσαν, & εἰσπλεῖν πάλιν, clausum Euripum fecerunt, vt quotiescunque liberet sine obstaculo possent in exterius mare nauigare, & postimino regressi.* Porro sinum intimum Rubri maris versus Ægyptum, quem ab Heroum vrbe Heroopoliticum nominat Plinius lib. 5. cap. 11. suo auctore testatur Philostorgius à Clyfmate denominatum. Vnde factum vt Arabes non solum sinum illum, sed & totum mare Rubrum eiusdem oppidi nomine hodieque appellent *ⲙⲓⲣⲏⲛ* *ⲛⲁⲓ* *mare Kalzem*. Exemplis id probare sit superfluum, cum ita vocetur passim, non in historiis modo & Geographorum libris, sed & in Arabicis sacri textûs versionibus; Pentateuchi putâ & psal-morum & N. Testamenti, quod facile potest quiuis per se statim deprehendere. Itaque hæc missa facio, veritus ne lectori tædiosa sit tam longa digressio.

Arabi Geographo thuris alter locus vocatur *ⲛⲱⲃⲏⲛ* *ⲛⲁⲓ* *regio Sagar* vel *Sagar*. Sed punctum exemerim lubens, quò *gim* Arabum differt à literâ *cha*, vt legatur *Sachar* pro *Sagar*. Ita maximè accederet ad verus nomen *Sachal*, vnde *Sachalites* finus & *Sachalite* populi. Id enim esse regionem *Sagar* vel *Sachar* multa euincunt. Primo vt versus ortum Ptolemæus Chatrammitas extendit *μέχρι τῆς Σαχαλιτῆς* vsque ad *Sachalitas*, sic apud Nubiensem terræ *Hadramaut* ab Oriente contermina est terra *Sagar*. Secundo idem insulas *ⲙⲱⲣⲏⲛ* *Churtan* & *ⲙⲱⲣⲏⲛ* *Murtan*, vel vt mutatis punctis lego *Curian* & *Murian*, ponit in sinu *ⲛⲱⲃⲏⲛ* *herboso*, quem profundissimum esse dicit, è regione terræ *Sagar*. Profundus porro ille sinus non potest alius esse quam *Sachalites*. Denique vt apud Arrianum regio *Sachalitis* est thurifera, sic apud Nubiensem legitur de terrâ *Sagar* *ⲛⲱⲃⲏⲛ* *ⲛⲁⲓ* *in eâ thus gignitur*: Itaque iam nulli non patet verum esse quod dixi in *Chatramotiti* gigni thus, & in vicinis *Sachalitis*.

Nondum tamen res est confecta. Quippe cum tam ex Scripturâ, adeoque illò ipso locò Mosis in quò versamur, quam ex profanis scriptoribus

* Alij ad inundationem.

Strab. lib. 17. p. 804.

Strab. Ca. faub. 1. 16. p. 780. & vbi supra.

Clim. 7. part. 6.

Ptol. 1. 6. cap. 7. Nub. clim. 2. part. 6.

Idem Clim. 1. part. 6.

A constet שַׁבְאִים *Sabaos* & חַטְרַמוֹתִים *Chatramotas* seu *Adramitas* diuersos esse populos, quomodo id verum erit, quod non prophetæ soli sed & vetustiores quotquot sunt Agatharchides, Theophrastus, Strabo, Diodorus, alij tanto consensu scribunt thus in Sabæis colligi? Responsio est in promptu, Sabæorum nomen sumptum latius ad vicinos populos extendi. Hinc Plinius lib. 12. cap. 14. *In mediò eius [Arabix] sunt Atramite pagus Sabæorum, capite regni Sabota.* Et paulo post: *Attingunt & Minai pagus alius, Sabæorum scilicet.* De his plura qui volet videat lectiones Plinianas Cl. Salmasij, quem ingentè fateor in multis mihi præluxisse.

Iam probandum præter thus alia etiam aromata ibidem prouenisse.

B Et de myrrhâ quidem res clara ex veterum relatione. Strabo lib. 6. *Σμύριαν ὃ φέρει ἢ Χατράμοτις myrrham autem fert Chatramotitis.* Ptolemæus lib. 6. cap. 7. *ὡς δὲ μὲν τῆς Χατράμοτις ἢ ἐν τῆς σμύροφός ἐστι, Apud Chatramotitas quidem est regio exterior myrrhisera.* Sic opponit interiori quæ sub Manitis erat, vt idem paulo ante scribit: *ὡς δὲ τῆς Μανίτις ἢ ἐν τῆς σμύροφός ἐστι.* Eodem facit quod Plinius inter myrrhæ genera meminit Atramiticæ lib. 12. cap. 16. Addenda ex Theophrasto casia & cinnamomum *ἐν τῆς Σάβα & Ἀδράμωτι*: Et ex Arriano aloë quam gigni docet circa Canam emporium. *Ἐξάγειται δὲ, inquit, ἐκ αὐτῆς ἐν τῆς Ἰνδίας μὲν φορτία λίθων & ἀλῶν Exportantur autem ex eâ merces loci propriæ thus & aloë.* Proinde Geographus Arabs sexta parte primi climatis aloës meminit terræ Hadramauth & terræ Sagar.

C Sed & in Abasenis qui sunt prope Chatramotitas, nominat Vranius ignota quædam aromata *offon* scilicet, & *cerpathon*: *ἢ ῥέσθ, inquit ἡ Ἀβασηνῶν σμύριλι φέρει & ὄσον, & θυμίαμα, & κέρπαθον regio Abasenorū myrrham gignit, & offon, & thus, & cerpathon.* Forte *offon* est *ωσν*, vel *ωσθ*, aroma quod in certi vnguenti confectione cū musco & ben, id est balanô myreplicâ, misceri aiunt Arabum lexicographi. Et *κέρπαθον* est *κέρπαθ* *κέρπαθ* *ξυλοκιννάμωμον*. Ita appellat Auicenna lib. 2. voce à Græcis mutuata, qui *κέρρα* vocant fistucas cinnamomi. Herodotus lib. 3. *τὰ δὲ κέρρα*

D *φρα τὰ πάντα ἀ ἡμεῖς ἀπὸ Φοινίκων μνησθέντες καλέομεν κιννάμωμον fistucas illas quas nos à Phœnicibus edocti cinnamomū appellamus.* Obiter nota hæc loca diu ante Mosem ideo fuisse nota, quia Mose multo antiquior Semiramis imperij sui limites eò vsque promouerat, vt quidem ipsa testatur his verbis in columnâ quâdam in illius honorem erectâ, si Polyæno credimus lib. 8. *Stratag.* *Ἐγὼ Νίνῃ βασιλεύουσα, πρὸς ἑὸν μὲν ὡς ποταμὸν Ἰνδὸν ἔχουσα, πρὸς δὲ μέσον ἡλίου πλὴν φέρουσαν λίθων & σμύριαν Regni in urbe Nino constituti terminum ad Orientem habui fluium *Frnamanem* (Plinius Iomanem.)*
Ad meridiem autem eam terram quæ thus & myrrham generat.

Iarach נר Gen. 10. 26.

Inde Ierachæi quasi Lunares dicti, Arabib, olim Αλιλαῖοι Alilæi & Casandres, al. Gasandes & Cassanitæ. Vbi sint ex Agatharchide, Strabone, Diodoro, Ptolemæo. Alilæis nomen à deâ Alilat in Herodoto, Alilat, hodie Arab. *hîlal* plur. *ahalil*, noua Luna ab Arabibus culta. Oratio ad Lunam ex Euthymio. Luna eadem quæ Venus. *Cybar* vel *Chabar* Luna. Anathematismus in Lunæ cultores, Lunula Ismaelitarum Iud. 8. 21. Lunæ corniculatæ effigies in templorum fastigiis, Alilæi, Ierachæi, filij Hilal id est Lunæ in Nub. Geogr. iidem. Γεσάρ in-fula in Ptolemæo pro Γεσάρων vel Γεσάρων, *Ierachæorum*. Quomodo barbara nomina Græci emolliant, Cassanitis vicini *Dofareni* Ptol. (malè *Doreni* in tabulis) vnde myrrha *Dufaritis*, ab Aratum Deo *Dufare*, de quo Tertullianus & Stephanus. *Dufaris* Suidæ perpetam Θωάρις quasi Deus Mars. *Dufares* Nabatæis Bacchus in Hesychio. A volutatione non dicitur ut Pamelius se collegisse putat ex Es. 19. Sed ἀπὸ τῆς ἰσραήλ ἢ *Dufara* idoli nomine apud Arabes, quod variè explicatur. Alterum Bacchi nomen *Vrotal* quid significet. Bacchus Arabum lapis quadratus informis. Probat ex Clemente, Arnobio, Maximo, Suidâ. Sic hodie in Mecchæ אלכעבא *Alcaba* vel *Chalaha* colitur lapis niger ridiculâ de causâ. Cur vocetur *Brachian*. Suspiciantur esse Venerem siue Lunam.

Iarach est terra נר *Ierachim*, id est *Ierachæorum*, qui sunt Agatharchidis & Diodori Αλιλαῖοι Alilæi, populi ad mare Rubrum, Marciani & Ptolemæi Cassanitis vicini, aut etiam iis permixti. Horum reliquæ hodieque circa Meccham אלכעבא filij *Hilal* (quasi dicas filios Lunæ, quod ipsum significat Hebræum נר) memorantur à Nubiensi Geographo clim. 2. part. 5. Res eget explicatione.

Vetustissimus scriptor Agatharchides cap. 49. eos Arabiæ populos recensens qui Rubro mari adiacent, inter Debebas & Carbos, quos sequuntur Sabæi, ponit Αλιλαῖοι Alilæos & Κασανδρεῖς Casandres populos σπειροειδῆς, quorum regio non frugibus solum, sed & auro fertilissima est, quod per glebulas colligunt, modo oliuarum officulis, modo mespylis & nucibus basilicis crassitudine pares. Eadem in Strabone & Diodoro legas; nisi quod Diodorus pro Casandribus habet Gasandes: Et Strabo vtriusque gentis nomina ἀπὸ τῆς ἀδελφῆς, ἢ ἀπὸ τῆς ἀπὸ τῆς ἀδελφῆς αὐτῶν, id est ut incelebria & dissona profus omittit. Alij Geographi de Alilæis altum silent, & loco Casandrium vel Gasandrium substituunt Cassanitas. Stephanus ex Marciano: Κασανίτις, ἢ ἐν τῇ Ἰσραήλ τῆς Ἐρυθρῆς θαλάσσης. Sic Ptolemæus in orâ maris Rubri, inter Cinædocolpitas & Elifaros qui Sabæis contigui sunt, meminit Κασανίτις ἢ Ἰσραήλ regionis Cassanitarum, quorum oppida maritima recenset *Badei regiam*, *Amber*, *Mamalam* & *Adedum*. Itaque Cassanitæ, Gasandes, Casandres idem populus, quibus permixti Alilæi hoc cognomen consecuti sunt propter cultum Deæ *Alila* vel *Alilat* de quâ Herodotus lib. 3. Διόνυσον ὃ θεὸν μῆνον καὶ τῶν Οὐρανίων ἡγεῖται (ἢ), &c. ὁνομαζοῦσι ὃ τῆς Διόνυσου Οὐρανίας (ita lege non Οὐρανίας, nam T. accessit ex sequenti voce) τῶν ὃ Οὐρανίων Αλιλατ Bacchum & Vraniam (Arabes) solos Deos esse arbitrantur, Bacchum autem appellant *Vrotal*, & Vraniam *Alilat*. Multis probat Scaliger Vraniam siue Alilat esse Lunam, quæ in nouiluniis hodieque vocatur אל הליל & in plurali אהלים *ahalil*, & ab omni

Strab. l. 16.
pag. 277.
Diod. lib. 3.
pag. 125.

A æuo apud Arabes fuit in tanto honore, vt vix, ac ne vix quidem eius cultum excusserint Mahometismum professuri. Indicio sit oratio ab illis ad Lunam dirigi solita. Huius hæc extat formula in Euthymij Moamethicis, & in Constantino Porphyrog. de administratione imperij c. 15. ἀλλὰ ἀλλὰ οὐκ ἀλλὰ ἀλλὰ. *Cubar* כבב proprie magnus est, idem quod כבב, vnde *κάλει* *εἰ* *Dijpotes*: sed illi Lunam ita vocant, quamquam alij Venerem interpretantur. Euthymius ibidem: ὁ δὲ κούρ μὲν ἀλλή, ἢ ἔστι Σελήνη ἢ Ἀφροδίτη. Item: ἢ ἡ μεγάλη (ἔστι ἢ Σελήνη καὶ Ἀφροδίτη) Θεός. Lunam & Venerem pro eadem habet, quomodo verus poëta Philochorus in Atthide apud Macro- bium Saturnal lib. 3. cap. 7. Ita Phœnicum Astartem siue Vraniam Philo- b **B** Byblius, Cicero, & alij Venerem interpretantur, & Herodianus Lunam. Inde explicare licet formulam anathematismi quò vtuntur apud Nicetam qui è Moamedis perfidiâ ad Christi fidem conuertuntur: Ἀναθεματίζω τοὺς δὲ πατρὶνῶν ἀποστόλων ἀστρον, ἢ γυνὴν ἢ ἑωσφόρον καὶ τὴν Ἀφροδίτην ἡ δὲ πῦρ Ἀφροδῶν γλώσσαν χαβαρὸν ὀνομάζει ἰστέρι μεγάλην. Eodem pertinere volunt quod ij Ismaëlita qui à Gedeone cæsi sunt כבב id est *μηνίσκος Lunulas* in ornamentis habebant Iud. 8.21. Vt taceam quod hodieque Mahumeta- ni, quibus quicquam fingere vel pingere religio est, templorum tamen fastigijs Lunæ corniculatæ imaginem apponunt, ac si eorum animis hæ- c **C** reret adhuc aliquid veteris superstitionis. De hoc argumento plura qui volet, consulat aureum Seldeni libellum de Diis Syris, & Fullerii miscel- lanea lib. 1. cap. 13. Mihi sufficit paucis docuisse Arabum Deam Alilat vel Alilam fuisse Lunam, atque inde petendam originem nominis Alilæorum, qui forte illius cultui cæteris erant addictiores, aut superstitionem auxe- rant institutis nouis ritibus, ita vt haberentur idololatrici agminis chora- gi velut & primipili.

Porro quâ ratione Alilæi ab Arabibus, eadem ab Hebræis כבב *fer- rachæi* id est Σελήνηται dicti sunt, aut si mauis כבב *filij Iareach* vt Arabicè hodieque כבב *filij Hilal*, id est Lunæ.

D Hi paulum mutatis sedibus ad Orientem Mecchæ habitant, cum olim Austrum occuparent. Geographus Nubiensis parte quintâ secundi clima- tis כבב *in partibus Mecchæ quæ Ori- entem respiciunt potissimi sunt filij Hilal.*

Quod probauimus hætenus Mosis כבב *ferachæos* seu *Ierachos* cum Ptolemæi Cassanitis mixtim habitasse non parum ex eò firmatur quod in eodem Ptolemeo littori Cassanitarum obiecta est *Ἱερακῶν νῆσος Hieracon insula*, ab accipitribus dicta, cum dicenda fuisset *Ἱερακῶν* vel *Ἱεραχῶν Ie- rachæorum*. Phœnices qui hoc mare plurimum frequentabant iam inde à Solomonis æuo, ita vocarunt hanc insulam, quia adiacebat *Alilæis* quos suâ linguâ כבב *ferachos* vel *ferachæos* appellabant. Sed ex *Ἱεραχῶν* Pto- **E** lemæus facit *Ἱεραχῶν*. Nempe vt Iosephus rectè obseruat, Græcis Scripto- ribus id in more est vt peregrinâ & barbara nomina quantum licet ad Græ- cam formam emolliant. Sic illis *Ar Moabitarum* est *Ἀραβία*, *Botfra* Βούρ- σα, *Akis* Ἀγκυρῶν, *Astarte* Ἀστάρτη, *torrens Kison* Χείμαρρος ἢ Κίσιον, *torrens Cedron* Χείμαρρος ἢ Κέδρων, & talia ὡσεὶ κῆνις.

Antiq. lib. 1. c. 6. & 7.

Insuper id obseruandum quod Cassanitis ad Orientem proximi sunt ^A
 Δωσαπλωσι. In Ptolemæi Græco textu ita legitur, non Doreni, vt in tabulis
 & Latinâ versione. Hinc Myrrha Dufaritis Plin. lib. 12. cap. 16. Porro vt
 ab Alilæ Deæ cultu Alilæi, ita Dofareni dicti à cultu Dei Dofaris vel Du-
 faris. Quippe etiam Deus Dufares in Arabia cultus est. Tertullianus Apo-
 log. cap. 24. Vnicuique etiam prouinciæ & ciuitati suus Deus est, vt Syriæ
 Astarte, vt Arabiæ Dufares, vt Norici Belenus, vt Africa Cælestis,
 &c. Stephanus Byzantius: Δωσαπλή σὺν περὶς καὶ κερυφῆ ὕψι πῦρ ἐστὶν Ἀ' ἐβ' ἰα'ς, Ἐ-
 ρη) ὁ δὲ σὺν τῷ Δωσαπλῆ, Θεὸς ὁ δὲ τῷ Δωσαπλῆ Ἐβ' ἰα'ς καὶ Δωσαπλωσις ἡμῶν Δωσα-
 re locus editus in Arabia, sic à Dufare nuncipatus, is autem vt Deus co-
 litur ab Arabibus & Dacharenis, id est Nabatæis, vt ipse alibi interpre-
 tatur. Pro Δωσαπλῆ in Suidâ scribitur Ὁμῆρης, quasi sit Θεὸς Ἀ' ρης Deus
 Mars, quem dicit in Arabia Petræâ maximè coli. Ridiculè: neque enim ex
 Græco sermone petendæ sunt Arabicarum vocum origines. Nihilo melius
 Pamelius ad Tertullianum: Si quid diuinare liceat, Liber ita ab eis est co-
 gnominatus. Nam דשרש Dufares Hebraicè & Chaldaicè, &c. Is. 19. signi-
 ficat eum qui volutatur vt ebrius. Ita Pamelius ex Munstero, viro alioqui
 Hebraicè doctissimo, qui tamen hîc grauitèr lapsus est. Dufares enim
 monstrum est vocis omnibus linguis prorsus ignotum. Sed video fontem
 erroris. Es. 19. 14. pro Hebraicis verbis כהתעור כחור בקיאו vt oberrat ebrius in
 vomitu suo, Chaldæus interpres habet כהתעור כחור בקיאו דשריא דשריא דשריא vt oberrat
 ebrius & pronoluitur (vel conculcatur) in vomitu suo. Itaque vt דשריא dufares
 etiam Hebræis est calcare, ita דשרש dufares est conculcari. Sed Munsterus
 legit דשרש dufares deceptus similitudine literarum Res & Daleth. Interim
 id verissimum est quod coniectat Pamelius Dufarem esse Bacchum. Ita
 enim Hesychius ex Isidoro: Δωσαπλῆ δὲ Διόνυσος Ναβαταίων Bacchum appellant
 Dufaren Nabataei. Dufares igitur idem est qui Herodoti V rotal. Vtrum-
 que fuit olim Bacchi nomen apud Arabes.

Et Dufares quidem Arabicè scribebatur דו אלשרי Du-ssara. Saltem in
 Arabum Lexicis apud Giggeium radice דו אלשרי reperio Du-ssara dici
 quoddam idolum, sed ratio nominis non explicatur. Neque verò ea est
 obuia, cum in Arabicâ linguâ nihil quicquam occurat quod possit hîc
 pertinere. Sed explicanda vox דו אלשרי ex vicinis linguis, Syriâ scilicet & He-
 breâ. Vtrâque nempe דו אלשרי vel שרה est soluere & dissoluere. Atque inde He-
 bræis משרה ענבי Num. 6. 3. est resolutio seu expressio uvarum; Et תשרי Thif-
 ri mensis September in quo fit vindemia. Et Syris שריא liber, שריא solutio, שריא
 conuiuium, שריא epulari. Itaque Arabicâ phrasi, quamuis voce semi-Syriâ
 דו אלשרי Du-ssara dicitur Bacchus, tanquam Dominus solutionis, id est
 Δωσαπλῆ, Δωσαπλῆς; Et Dominus libertatis, id est Liber pater, & Domi-
 nus expressionis uvarum, id est Δωσαπλῆ, & conuiuij Dominus, id est Δωσαπλῆ-
 της, Δωσαπλῆς, Δωσαπλῆς, Ἐπὶ τῷ Δωσαπλῆ, quibus illum epithetis poetæ passim
 insigniunt.

Plus est difficultatis in altero Bacchi nomine apud Herodotum ὁ ἐρωτάς
 V rotal, quod desiit esse in vsu. Tamen alludunt ערטל artal obesus, & ערטל
 artavvil iuuenis decorus, & ערטל artil nudus, hoc Syrum, illa Arabica-

A
B
C
D
E

A Neque male Baccho conueniunt quem obesum pingunt, & nudum, quia
Quid non ebrietas designat? operta recludit.

Et florentis formæ iuuenem.

--- tibi enim inconsumpta inuenta est
Tu puer æternus, tu formosissimus alto
Conspiceris calo.

Horat. ep.
lib. 1.
Quid. 4.
Metam.

Sed hæc descriptio Baccho Arabum parum videbitur conuenire: Cuius
statua nihil erat quam lapis quadratus, cætera planè informis. Clemens
in Protreptico: πάλα μὲν ἐν εἰ Σιώνι τ' ἀννάκλω, οἱ Ἀραβες τ' λίθον, οἱ Πέρσαι τ'
ποταμὸν αἰσεύοντες. Quæ sic interpretatur Arnobius libro sexto: *videtis tem-*
poribus priscis Persas fluuios coluisse, memorabilia ut indicant scripta, *informem*
Arabes lapidem, acinacem Scythiæ rationes. Maximus Tyrius Serm. 38.

B Ἀραβιοὶ σέβουσι μὲν, ὅτινα δὲ θεὸν εἶδον: δὲ δὲ ἀγαλμα ὃ εἶδον λίθος ἢ πετράδιον
Arabes Deum quidem colunt, qualem tamen minime noui: *statua au-*
tem quam vidi erat quadratus lapis. Suidas in Ἐπιγράμματα: δὲ δὲ ἀγαλμα λί-
θος ἔστι μέγας πετράδιον, ἀτύπωτος, ὕψος ποδῶν δύο, πλάτος δύο, ἀνακείδεται δὲ
ἐπὶ βάσεως χρυσαλέου *Statua autem est lapis niger, quadratus, infor-*
mis, altus pedes quatuor latus duos; innititur autem aureæ basi. Sic ho-

C dieque Mecchæ in *Alcahaba* *, lapidem nigrum colunt Arabes, & ob re-
uerentiam osculantur. Roderici Toletani verba sunt Historiæ Arabum c. 2.

Et quidem hoc prætenu colitur in Nicetæ Saracenice: *ὡς ἐπέωρεν ὡ-*
στὴ τῆ Ἀβραάμ ὁ μιλῆσαν ἢ τῆ Ἀγαρή, ἢ ὡς αὐτὴ τὴν ἱερωμένην αἰσεύοντος, ὅτε τῆ
Ἰσαὰκ ἐμελλε θυτὴν quasi Abraham super eò cum Agare coiuertit, aut ei came-
lum alligauerit, cum immolaturus erat Isaacum. Quod ipsum Damasceno

* Alcahaba
& deinceps
ἡ αἰσὴ ἡ
Arabice
ἡ ἱερωμένη
est Mecchæ
templum ἢ
quadratâ
formâ sic
δύσασμα.

Saraceni respondent ad hanc illius quæstionem in libro de Hæresibus: *πῶς*
ἐν ὑμῖν λίθος αἰσεύεται καὶ τῆ Καβαθὰν ὑμῶν, καὶ φιλεῖτε τὸν λίθον ἀπαζόμενοι.

Quomodo igitur vos lapidi affricamini, qui est in *Chabathâ* * *vestra*, *est*
illum salutantes osculamini? Non erat tamen cur vir doctus suspicaretur

* vid. sup.
ἡ ἱερωμένη

hunc esse lapidem illum qui olim pro Baccho cultus est. Nam Bacchi lapis
erat informis & ἀτύπωτος, id est sine figurâ, ut ex Suidâ didicimus: Hic

D non itidem; φέρει γὰρ μέγας καὶ πῶς τῆ ἀνελεῶς κατὰ σκοπὸν ἐκ γλυφίδος ἀτυ-
τύπωτον κεφαλῆς, nam *hodieque refert, si quis inspelet accuratius, figuram ca-*
pitis scalpro expressam. Ita est in Euthymio, qui suspicatur esse Venerem
sive Lunam de quâ iam actum. Ibidem lapis ille vocatur *Βεγχαθὴν*, id est

Eadem ha-
bet Dama-
scenus vbi
supra.

ἡ βεγκαθὴν borcathon, quâ voce significatur apud Giggeium *lapis discolor.*

E

CAPVT VIGESIMVM.

Hadoram. חדרם

Adramitæ iidem qui Chatramitæ filij חדרמות. At ex Hadoramo Drimati Plinij ad fretum sinus Persici. Vbi Chatramis ponitur à nounullis, & thurifera regio, quasi Drimatis iidem sint qui Chatramitæ. Auienus & Dionysius emendati, Myrrha Dianitis, Promontorium Choro-

Plin. l. 6. c. 28. Steph. in A' Cap. 28. & A' Cap. 7. Ptol. l. 6. c. 7.

Chatramotitas vel Chatramotas & Atramitas distinguunt, tanquam diuersos populos Plinius & Vranius apud Stephanum. Et vtrosque seorsim describit Ptolemæus, ita vt πῆ μισόγλα Chatrammitis assignet, & Adramitis πλὴν Ἰσραήλ. His rationibus adductus, putavi olim Chatramotas & Adramitas distinctas fuisse gentes, & hos חדרם Hadoram, vt illos חדרמות Hadhramaut patrem habuisse. Sed re perpensa accuratiùs (cum Adramitas videam eisdem esse cum Chatramotis, & pro diuersis frustra haberi) videtur potius Hadoram fixisse sedes in extremo Arabiæ angulo versus Orientem, vbi Plinij Drimati prope Macas, quos habitasse notum est ad fretum sinus Persici. Mizzi, inquit, maiores & minores, Drimati, Macæ. Horum promontorium contra Carmaniam. Distat LM. pass. Fal-

Plin. l. 6. cap. 28.

----- οἱς ὄντι γαῖα
Χατεράμις ἐνναὶ κατεράμια Περσίδος αἰης.
Quæ Auienus ita reddidit

----- ἔνδε
Chatramis est tellus, Camæ vicina fluente
Persidis accedit.

Pro Camæ voce nihili, legendum Macæ vel Maci, promontorio Macarum quod appellatur Maces Ammiani lib. 23. Ita Macarum meminit hoc loco Priscianus, cuius verba sunt:

Chatramis atque Macæ contra sunt Persidis æquor.

Et forte in Dionysio legerant Χατεράμις ἐν Μακί vel ἐν Μακίης. Saltem id verissimum quod vir magnus obseruauit, Græcè non posse dici γαῖα Χατεράμις ἐνναὶ tellus Chatramis inhabitat. Neque enim habitat regio sed habitatur. Et mirum esset de Mace vel de Macis meminisse vtrumque interpretem præter mentem Dionysij. Ab his igitur credita est Chatramis Persidi & Macis imminere, vbi Drimatorum sedes; ac si iidem fuerint cum Chatramotis vel Adramitis.

Indidem eorum natus error qui thuris natalibus assignarunt hæc ipsa loca,

A loca. Quos sequutus Ptolemæus prope fretum Persici maris posuit *τῶν λιβαφορέων*. Sic Arrianus in Indicis è promontorio Macetâ seu Macarum cinnamomum atque alia huius generis aromata in Assyriam exportari tradit. Τῆς Ἀραβίας, inquit, ἐλέγον τῶν ἀρίστην πῶτον ἀφ' ἧς, καλεῖται ὁ Μακατα, ἐστὶν πικρὰ μωρῶτε καὶ ἄλλα ὑπερβαρῆ ἐς Ἀσσυρίαν ἀγινέειται. Vt appareat Drimatis prope Macas hos illud tribuisse quod Adramitarum vel Chamotarum erat proprium. Non tamen negauerim in iis locis eam creuisse myrrhæ speciem quam Dianitim nominat Plinius lib. 12. cap. 16. nempe *περὶ μαρτίων Ἀρτέμιδος* circa Dianæ oraculum quod à Ptolemæo describitur in Sachalitarum littore prope *λιβαφορέων*.

B Obiter notâ extremum illud Arabiæ promontorium vbi regio *λιβαφορέων*, vocari *Κορόδαμον* Corodamum, voce, vt videtur, deflexâ ex *Hadoramo* traiectione literarum DEt R. *Corodamum* vel *Codoramum* pro *Hadoramo*, vt in Paulo Veneto lib. 1. cap. 23. *Cομοχα* pro *χομοη* *Hormux*. Persis enim & Carmanis qui in viciniâ habitant solemne est vt literam η *He* fortius efferant, quasi esset χ vel k. Sic Brachmanum nomen Persicum *ἡραχμαν* scribitur per *He* simplex. Vt & η dec id est *decem*, & ηω *shac* quod regem sonat. Vnde *Σακία* *Sacea* festum, cuius apud Athenæum meminit Ctesias in Persicis. Quò per singulas domos domini seruum ἐνδεδουχῆτα ἐκλῶ ὁμοίως τῇ βασιλικῇ veste indutum regis simili, familiæ præficiabant, & regis loco esse iubebant. Dio Chryostomus oratione quartâ de regno, *Saccarium festum* nominat, & eo festo scribit solere vnum è vinculis mortis addictis in sella regis collocari, & ornari veste regis, fierique ei potestatem delicate & molliter viuendi, regisque pellicibus per eos dies vtendi, neque illum quemquam impedire quominus quicquid voluerit faciat. Verba sunt: *ὅσα ἐννεόητος τῶν τῶν Σακίων ἐορτῶν ἢ Πέρσων ἄγασιν, λαβόντες τῶν δεσμῶτων ἕνα τῶν ἐπὶ θανάτῳ, κατίζουσι εἰς τὸ θεῖον τῶ βασιλέως, καὶ τῶν ἐδῶτα διδῶσιν αὐτῷ τῶν αὐτῶ καὶ βυφῶν καὶ τῶν παλλακῶν χρηστέων τῶν ἡμέρας ἐκείνας τῶ βασιλέως, καὶ ὑδεῖσθ' ἐν κολύβ' ποιεῖν ὡς βύλεται.* Itaque propter ludicram illam regum imaginem, *Sacea*, vel *Saceorum*, id est Regum festum vocabant à Persico

C *ηω shac*, quod regem significare diximus. Indidem nomen Shaccorum ludo, quem voce compositâ Persæ *ηωω shatrang* nominant, id est regis ludum, Hispani *axadrez*, & Græci recentiores *ζαβίμον*. Et vulgare illud *ηωω shac mat* Persicâ linguâ sonat regē esse mortuū. Hinc historia Saracenicæ lib. 2. cap. 7. pag. 129. narratur Chalipham Alaminum, huic ludo ita deditum, vt propterea res suas negligeret, cum illi nuntiatum esset cum Cutero ludenti, regni metropolim Bagdad arctissimâ obsidione premi, respondisse, *sine me*, iam enim apparuit mihi *ηωω ηωω ἡωω* contra Cuterum *Shach mat*. Mirum id non vidisse doctissimum interpretem, in his literis ad miraculum vsque doctum, qui tamen hæc verba nullo sensu reddidit, *Sine me*, iam enim mihi apparuit contra Cuterum taurus sylvestris moriturus. Fateor quidem Arabicè *ηωω* etiam pro tauro sumi. Sed cum de Shaccorū ludo hic agatur, nemo non videt illud *ηωω ηωω shac mat* ita reddendum. Teixeira in Historiâ Regum Persiæ lib. 1. cap. 33. pag. 190. *En lugar de mate dizen Xamate, que en la misma lengua quiere decir, el Rey*

Theocriti Schol. idyll. 6. Achmes in onirocrit. c. 241.

D

E

es muerto. Id est, pro nostro vernaculo mate Persæ dicunt Xamate, quod Persica lingua significat Regem esse mortuum: Ibidem docet Teixeira sub regno Kéfere Anuxiron (nostri Cosroen appellant, Persæ & Arabes נוסריון Nusirrauan) Indos hunc ludum à se excogitatum communicasse cum Persis, vt in ludicrà velitatione varij euentus illos admonerent bellorum fortuna quam esset anceps. Quod ideo obseruo, ne quis miretur ludi nomen esse Persicum. Sed de his fortasse plus fatis.

CAPVT VIGESIMVM-PRIMVM.

Vzal ነጋል

Sanaa metropolis regni Aljeman, Iudæis Vzal teste Abraham Zacuth. Aljeman Arabia pars Australis. Urbis Sanaa descriptio ex Arabe Geographo, Vartomano & Ciggeio. Situs ex Nubiensi. Vzal Arab. Anzal, Græcè Ἀζαζ, unde myrrha Anzaritis in Gebanitis. Horum portus vrbs Ocila, metropolis Thomna, Tanna & Thumna. Inter vtramque Anzal siue Sanaa. Ibi aromata, Gebanite, aliis Catabanes vel Catabeni, non sunt ad fauces Persici sinus, vt putauit Ptolæmus, sed ad fauces sinus Arabici. Vtroque nomine gentis auaritiam suggillari. Gebanitas dici quasi telonarios propter immensas exactiones. Et Catabanes id est scribas seu notarios ob exactam scribarum in suis notandis mercibus diligentiam. Vtrumque ex Plinio probatur. Locus Ezech. 27. 19. subobscure explicatur. Iauanaï ex Vzal. Inde Casia & calamus. Variæ interpretationes conferantur.

Vzal vbi sit locorum adhuc quærerem, absque Abraham Zachut esset, Salmanticensi Iudæo, ex cuius libro *Fuchasin* aliud agens Drusus hæc verba citat in Matth. 12. 42. *Aljeman vocatur regnum Saba. Quin hodieque Iudæi qui illic sunt vocant ነጋል (Sanaa) metropolim regni ነጋል Vzal.* Aljeman est Arabia: Felicis dextra pars siue Australis. Id enim significatur ipso nomine: Quippe tam apud Arabes, quam apud Hebræos & Syros, dextra mundi est ad Austrum, & læua pars ad Aquilonem. Sanaa porro, quam Iudæorum Chronologus nominat metropolim regni Aljeman, ornatur hoc elogio ab Arabe Geographo sextâ parte primi climatis. *Vrbs ነጋል Sanaa est opibus referta, & aedificiis frequens: Neque in totâ terrâ Ieman vrbs vlla est istâ tempore vetustior, nec latior finibus, nec incolis numerosior. Est autem initio primi climatis, calis tamen temperie & soli fecunditate insignis; Caloris enim & frigoris perpetuo lætatur temperamento. Fortasse ob aquarum copiam & sitûs altitudinem. Eadem enim sic describitur à Ludouico Vartomano nauigationum lib. 2. cap. 10. Ad urbem quandam Sana nomine perueni. Ea in editissimo monte sita est, arteque ac naturâ munitior. Hanc Sultanus (Aden) cum numerosissimo exercitu utpote octuaginta millium hominum octonis mensibus oppugnauit, sed nunquam expugnare quinit, &c. Mœnia constant ex humo congestâ altitudine cubitorum decem, lata verò brachia viginti, id est orgyias vel vlnas totidem. Et paulo post: Regio est complurium serax fructuum, nec multum ab aruis nostris (Italiae circa Romam) differt, si copiam rerum omnium spectaueris, & cum primis fontibus est irrigua. Et rursus: Fert ager eius vrbis nonnulla aromata, ea que leguntur non longe ab vrbe. Ambitu circiter quatuor millia aedium continentur: ades eorum elegantia ac pulchritudine nostris non concedunt. Adeo vrbs patescit vt*

Vide plura
ex eod. in
fine lib. 4.

Plin. l. 11.
cap. 14.

Capita, thus quidem gignit Catabania. Plinius solum thus scribit euehi per Gebanitas. Euehi, inquit, non potest nisi per Gebanitas. Itaque & eorum regi penditur vectigal. Sed id ipsum imposuit veteribus, qui crediderunt thus in iis locis nasci per quæ efferebatur. Non capio cur Καταβανίου ἐστὶν ἐξ ἑνὸς Ἀραβικῆς faucibus deportauerit Ptolemæus μέχρ' εἰς τὸ Ἀραβῶν ὄρων usque ad montes Asabo, qui sunt ad fauces sinûs Persici, contra mentem veterum qui Catabenos docent ad mare Rubrum pertinuisse. Nam præter Eratosthenem de Catabenis, vel ut malè legunt Clitabenis, scribit Dionysius Periegetes.

----- Ἐρυθραίων ἡλίβων γένεσι θαλάσσιον.

Et Priscianus.

----- maris prope Rubri littora viuunt.

Nomina Catabanorum & Gebanitarum quod attinet, cum *גבא* gaba vel *גבה* geba tributum exigere, & *קטבת* catab vel *קטב* catab scribere significet, vnde & *קטבת קטבת* scriba; Ito Syros mercatores gentis auaritiam his epithetis verius quam nominibus fuggillasse, quod videretur modum excedere in aromatum quæ efferebantur descriptione & vectigalium exactiōe. Id colligere est ex his Plinij lib. 12. cap. 14. *Euehi (thus) non potest nisi per Gebanitas. Itaque & horum regi penditur vectigal; Sunt & quæ sacerdotibus dantur portiones, scribisque regum certæ. Sed & præter hos & custodes satellitesque, & hostiarij, & ministri populantur. Jam quæcunque iter est, aliubi pro aquâ, aliubi pro pabulo, aut pro mansionibus variisque portoriis pendunt, &c.* Et cap. 15. vbi de myrrhâ: *Regi Gebanitarum quartas eius partes pendunt. Atramitæ in quorum solo thus & myrrha nascebantur, multo agebant humanius; nam myrrhæ nomine nihil exigebant, quia etiam alibi nascitur: & thuris solum decimas, idque sub obtentu pietatis, nempe ut esset quod Deo suo offerrent, & vnde hospites sustentarent. Plinius lib. 12. cap. 14. Ibi, id est Sabotæ Atramitarum metropoli, decimas Deo quem vocant Sabin, mensurâ non pondere sacerdotes capiunt. Nec ante mercari licet. Inde impensæ publicæ tolerantur. Nam & benignè certo itinerum numero Deus hospites pascit.* Et cap. sequenti: *non dant ex myrrhâ portiones Deo, quoniam & apud alios nascitur.* Hæc Plinius de Atramitarum vrbanitate, cui statim opponit Gebanitarum rapacitatem, vtrôque locô quem diximus. Ut pateat Gebanitas seu telonarios appellari non immeritò, & quod eodem redit, Catabanes *קטבת* id est scribas seu notarios, propter exactam scribarum in subnotandis mercibus diligentiam, qui & ipsi ius suum pro inani insumptâ operâ rigidè exigebant. Plinius vbi supra: *Sunt & quæ sacerdotibus dantur portiones, scribisque regum certæ.*

Ezechielis 27. 19. locus est subobscurus, qui si licuisset per Masorethas, potuisset ita reddi: *Et Dan, & Iauan מנדן ex Vzal (sup. veniens) in mundinis tuis negotiati sunt. Quasi velit Ezechiel ad Tyriorum nundinas confluxisse omnes populos, seu vicinos, putâ Danitas, seu remotissimos quosque, ut Iauanæos ex Vzal; Nam præter Iauanæos Græciæ vel Ionæ, qui censentur in filiis Iapheth, alij sunt Iauanæi ex Iauan vrbe Feman, id est intimæ Arabiæ. Gigueius: *מנן (Iauan) oppidum Feman.* Itaque hi Iaua-*

A nari recte dicuntur venisse ex Vzal, quæ metropolis fuit terræ Ieman, si credimus Salmanticensi. Et id à Prophetâ potuit addi *Αλαχρικώς* Ἰουδα *Ἰουδα* Iuanæus ex Vzal, ne putaretur agi de Iuanæis qui vulgo, id est Græcis vel Ionibus.

Huic interpretationi fauet plurimum quod sequitur apud Prophetam: Et Danita & Iuanæus ex Vzal nundinis tuis negotiati sunt: ferrum nitidum, casia & calamus odoratus in commercio tuo fuit: nempe Danitis ferrum, Iuanæis casia & calamū inportantibus. Quod non potest intelligi de Iuanæis Græciæ vel Ionix, vbi nulla sunt aromata. Sed casia & calamus sunt Arabicæ merces. Agatharchides de Sabæis: *ἄλλο μὲν ἐν ἀντιῶ πέφυκε τὴν θάλασσαν ὅτε βάλταμον ποτὸν, ἐν ἧστ' αὖτ' αὖτ' ἀπὸ τοῦ ἁλίου* nascitur balsamum & casia. Et paulo post: *δένδρα δὲ ἠλίκατα σπύρης τε & c. ἐν κρήμασιν, ἐν δὲ ἄλλων ἀνθ' αὖτ' ὅστων* celsa exsurgunt arbuscula myrrha & c. & calami, & id genus aliorum. Quod ipsum tradunt Diodorus & Strabo & Arrianus in Alexandro lib. 7. Proinde Arabia Fœlix à Dionysio describitur odore fragrans,

-----*ἐὸ δὲ μυρ κρήμασιν*

Ἡ κρήσις.

B Vbi Priscianus,

Et casia, nec non & canna dulcis odore.

C Et Festus,

-----*calami coma pullulat almi;*

Gignit humus casiam.

Scio non deesse qui negent calamum aromaticum alibi nasci quam in Indiâ; Quod vel si concessero, neque enim hanc litem facio meam, tamen in Arabum mercibus poterit computari, quia ex Indiâ per Arabes in Syriam conuehebatur.

Nec ut noua reiici debet interpretatio quam diximus; Illius enim Aquila author est, valde accuratus interpres. Hieronymus in hunc locum: *Aquila verò pro Meozel posuit de Vzal. De quibus credendum est regionibus ferrum & stacten & calamū ad Tyri mundinas deportata.* Neque multum recedunt seniores qui pro Ἰουδα Meuzal habent *Ἰ. Α' σὶ λ' ex Asel;* siue Vzal intellexerint, aut oppidū Asel nomine in insulâ Nili Medoe, cuius mentio apud Pliniū lib. 6. cap. 30. Theodorion denique & Hieronymus Meozel inuariatum retinuerunt, tanquam si sit proprium nomen.

Altera tamen interpretatio, quæ Ἰουδα appellatiue sumit, tanquam participium *piel* à verbo *ἵνα abire, proficisci*, adstipulatores habet, præter Chaldaum interpretem, & doctores Masorethas, & Hebræos recentiores, etiam è Græcis Symmachum, de quo sic Hieronymus: *Meozel quoque Symmachus transtulit deferens, ut sit sensus: Dan & Græcia detulerunt in nundinas tuas ferrum fabricatū & c.* Proinde prudentis erit alterutram ita amplecti ut ne alteram exhibilet. Tantum in Symmacho non potest ferri quod Græcos Tyrum aduexisse vult casiam & calamum odoratum. Cum Ezechielis æuo Græci à Phœnicibus has sibi merces comparauerint, non Phœnices à Græcis. Melius igitur recentiores, qui Kimchiū sequuti, hæc

verba sic fere reddunt: *Et Dan & Ianaan vagus in nundinis tuis negotiati sunt: Ferrum nitidum, casia & calamus in commercio tuo fuere.* In quâ versione hoc incommodum est, quod contra morem Scripturæ duo hermitichia non cohærent. Sed præstat ea diuellere quam *ἀσκήλατα* simul iungere.

CAPVT VIGESIMVM·SECVNDVM.

Dikla *דקלא*

Dikla Syris palma vel palmetum. Nobile palmetum in Arabia Fœlicis aditu multi describunt. (Ptolemæus obiter correctus) Huius palmeti incolæ Scenitæ vel Saraceni. Alij Phœnicones. In Minæis palmæ fréquentes. Probatum ex Aelio Gallo & Geographo Nub. multa ibi esse loca palmifera. Inde nomen habet *Dikla*, Minæi primi thuris fecere commercium. Ibid. myrrha præstantissima. *Aminæa* myrrha, non eadem quæ *Minæa*. Minæa etiam è vicinis locis. Scæte *Abirminæa* voce composita dicitur. Arabib. *أبير* *abir*, vt Hebræis *אביר* *ober*, myrrha præstantis epithetum Cant. 5. Idem *myrrha gabireæ*, litera *y* expressa per *g*. Vocis significatio. Myrrha locus medius inter Minæos & Manitæ. Minæorum metropolis *Carna* Eratostheni, hodie *Carno* *Imanazili*, id est cornu habitationum, siue habitatio in cornu vel angulo biuij. Eiusdem phrasis multa exempla. Cur ita appelletur: Minæorum nomen à Minoe absurde petri. *Maon*, id est habitatio: plurale *Meonim* vel *Meunim*. Varia loca huius nominis. Pro *Meunim* Græci interpretes *Minæos* habent. De his aliquot Scripturæ loca. Græca lætio Hebræicæ præfertur 2. Chron. 20. 1. *Meunim* idem Hebræis quod Arabib. *almanazilo*, *Karno* *Imanazili* Phœnicibus cornu Meunim seu Minæorum.

C Haldæis & Syris *דקלא* *Dikla* palmam aut palmetum sonat. Hoc sciunt quotquot Syriacè sunt mediocriter docti. A Syris igitur *Dikla* dicta est pars Arabiæ Fœlicis quæ palmis est maximè frequens. Plerique intelligi putabunt palmetum illud nobile in Arabiæ Fœlicis aditu ad mare Rubrum, quod ex Artemidoro Diodorus ita describit: *Ἐξῆς δὲ τῷ μυχῷ τῆς ἐπὶ τῷ ὠκεανῷ ἐπιπέδου ἡμὲν οὐκ ἔστιν ἔρχομαι ἀναφορῆτος, ἀλλὰ τὸ βίχρον εἶδος τῶν δὲ αὐτῶν. ὅς ἐστι δὲ ὁνομαζέμενον φοινικῶν ἐχει δὲ πλῆθος τῶν τῶν φύτῶν πολὺ καρπὸν καὶ ἀφ' ὧν ἡμῶν, καὶ ἀφ' ὧν ἀπόλασσι καὶ ἀφ' ὧν ἀφ' ὧν ἀφ' ὧν. Proximè post Arabicum sinum intimum locus est maritimus quem incolæ propter usum maximè colunt: Phœnicon autem appellatur à palmarum ubertate quæ tam ad oblectationem quam ad cibum plurimum præstant. Strabo etiam ibi testatur τῶν βίχρων εἶδος τῶν φοινικῶν ἐστὶν ἡμετέρας τὴν miram esse palmarum fertilitatem. Et Procopius asserit eo loco nihil prouenire præter palmas: εἶνα δὲ τῶν ἀφ' ὧν ἄλλο ἰδὲν ὅτι μὴ φοινίκας μόνον φύον. Eiusdem Phœniconis in Agatharchide mentio cap. 46. & apud Ptolemæum lib. 6. cap. 7. vbi pro φοινικῶν κάμη, quod interpretes pessimè reddunt Phœnicum oppidum, legendum φοινικῶν, κάμη Phœnicon, vicus, vt monet rectè omnino Salmasius ὁ πᾶν.*

Sed huius Phœniconis incolæ Chusi posterii fuerunt, non Iectanis. Græci Scenitas appellant & Saracenos. Eratosthenes apud Strabonem vbi de palmiferâ regione in aditu Arabiæ Fœlicis: *Σκλιῶν δ' ἔχουσιν αὐτῶν Ἀραβες καμηλοστοὶ. Eam habitant Scenitæ Arabes camelorum pastores.* Procopius vbi supra: *αὐτῶν δὲ τῶν ἰστον ὠδὸς μὲν ὄρεα τὸ Παρσιένης ἀφ' ἧντι Σαρακηνοὶ ἔχουσιν, οἱ ἐν δὲ φοινικῶν ἐκ παραπ' ἰδρω. Hoc porro littus, quamprimum Palestine fines transgressus fueris, Saraceni obtinent qui ab antiquo in Phœnicone degunt.* Nonnosus apud Photium: *τῶν Σαρακηνῶν οἱ πλείστοι, ὅτε ἐν τῷ*

1. 16. p. 113.

11b. 16. p. 776.

Perfic. l. 1.

1. 15. p. 767.

A φοινικῶν, & οἱ τῶν φοινικῶν, & τῶν ὀνομαζομένων Ταυριῶν ὀρῶν ἐπέκεινα Sarace-
 norum plerique tam qui in Phœnicone, quam qui ultra Phœniconem &
 Taurenos quos vocant montes degunt. Itaque in hoc Phœnicone habitabant
 Scenitæ seu Saraceni, quos cum Chusæis eosdem fuisse suo loco proba-
 bimus.

B Fuere & alij Phœnicones, vt in insulâ Chiô apud Eustathium, in Ægy-
 ptô apud Antoninum, in Æthiopiæ Blemmyis apud Olympiodorum. At
 hic Arabicum quærimus, & quidem in Arabiæ parte Australi, vbi sedes
 filiorum Iectân. Atque is commodum sese offert in Minæis, quorum agri
 palmarum prouentu fuere maximè feraces. Ita statuit Ælius Gallus eques
 Romanus Augusto æqualis, qui partem Arabiæ non minimam peragrauit
 octo mensibus. *Cætera*, inquit Plinius, *explorata retulit, Nomades lacte*
& ferinâ carne vesci: Reliquos vinum vt Indos palmis exprimere, oleum
esse sesamæ: Numerosissimos esse Homeritas: Minæis fertiles agros palmetis
arbutisque.

Strab. l. 16.
 Plin. l. 6. c.
 28.

C Rem sic se habere comperiet quisquis Minæorum situm à Ptolemæo
 edoctus, leget in Geographo Arabe descriptionem itineris Mecchâ Sa-
 naam siue Vzalem; de quâ egimus capite præcedenti. Constat totum illud
 iter viginti stationibus, in quibus à quartâ ad decimam tertiam occurrunt
 hæc loca palmis frequentia, *Caze, Rouaitha, Tabala, Baisat-Iactan,*
Niab, Cassa, Gioras & Negran. Tum scilicet iter est per Minæorum
 agros: quibus semel emensis in reliquò itinere rara est aut nulla palmarum
 mentio. Sed nec in reliquâ Arabiâ quanta quâta est, tanta obseruatur vspiâ
 palmarum fertilitas. Itaque vt in Iudæa à palmis nomen habuit *Asa-*
sonthamar, & Iericho appellatur *vrbs palmarum* Chaldaicè *קרית תאנה*
kartha dediclaja. Deut. 34. 3. quia agros habuit palmiferos: Sic in Arabiâ
 Fœlici *קרית דיקלא* *Dikla*, id est palma seu palmetum, dicebatur Minæorum re-
 gio; quæ palmarum vbertate omnium erat feracissima.

Cl. 2. part. 5

D Minæos plurimum nobilitauit thuris ex Atramitis aduecti frequens cum
 Syris commercium. Plinius lib. 12. cap. 14. *Attingunt* (Sabæos) *pagus alius*
per quos euehitur (thus) uno tramite angusto. Hi primi commercium thuris
fecere, maximeque exercent, à quibus & Minæum dictum est. Nempe ex
 quatuor populis Arabiæ aromatiferæ, hi primi se offerebant ex Syriâ ve-
 nientibus. Nec aromatum mercatores vltcrius penetrabant, tædio viæ
 longioris. Quin etiam ipsi Minæi thus & alia aromata ex locis remotiori-
 bus in Arabiam Petræam & Palestinam vsque vehabant. Agatharchides
 cap. 44. *τῶν Πέρσων κελουμένω καὶ τῶν Παλαστίνων εἰς τὴν Γερραίων καὶ Μινάων, καὶ πόρι-*
τες οἱ πλησίον ἔχοντες τὰς οἰκίας Ἀραβες ὄντες λιθιδωδόν, ὡς λέγεται, καὶ τὰ φορτία τὰ
ἐξ ἐξωθεν ἀνήκοντα διὰ τὸ χεῖρος τὸ ἀνω κατέχουσιν. Atque id ipsum refert Stra-
 bo ex Artemidoro lib. 16. pag. 776.

E Sed & in ipsâ Minæâ felix fuit myrrhæ prouentus, quæ soli Troglodyti-
 cæ (de quâ deinceps in Obal) bonitate cedebat. Plinius lib. 12. cap. 16.
Genera myrrhæ complura. Troglodytica syluestrium prima; sequens Minæa.
Quin hæc duo myrrhæ genera Galenus non exæquat modo, sed & pro-
miscuè sumit. Id saltem præ se ferunt hæc illius verba de antidotis l. 1. c. 14.

iati A
 quâ
 he-
 mul

esci- B
 ceni-
 bi esse
 myr-
 locis,
 yrrhæ
 catio.
 theni,
 biuij.
 de per-
 Men-
 raicæ
 nazli

ciunt
 dicta
 telli-
 Ru-
 Ἔπος
 Ὑψη-
 ὕψη-
 Ara-
 ximè
 oble-
 r τῶ
 t Pro-
 ὁ ἄλλο
 men-
 quod
 κάμω

Græ-
 vbi de
 ἔχεται
 opius
 ἐξ ἑν-
 imum
 Pha-
 ἐν ᾧ

Εἰ δὲ ναὶ δεῖ ὑπερῆδον ὄντι. Εἰς τὰς ἀντιδότους τῶν Τρωγλοδύτων λεγομένην σμύρναν. ἔνιοι δ' αὖτ' ὀνομάζουσι Μινάμιν ἄπο χωρίου, καὶ ὁ γενναῖός φασὶ τῶν καλλιτέρων. *Sciendum est ad antidota commodam esse myrrham quæ Troglodytis dicitur. Illam autem Minæam nonnulli appellant à loco in quò gigni afferunt præstantissimam.* Itaque multum differunt myrrha Minæa & Aminnæa, quam atro carbone sic notat Dioscorides in capite de myrrhâ lib. 1. καὶ ἡ Ἀμιννέα ὁ γνησιώτατος ἀποδοκιμασθῆναι ἰσχυρίζεται. *improbatur etiam quæ vocatur Aminnæa. Nec minus sunt ἀποδοκιμασθῆναι qui Minæam hîc legi volunt pro Aminnæa.*

Notâ myrrham Minæam dici etiam è vicinis locis. Plinius vbi supra: *Sequens Minæa, in quâ & Atramitica est, & Ausaritis Gebanitarum regno.* Potuit igitur Minæa dici etiam circa Musam portum Elifarorum, qui à Minæis propius abest quam Atramitarum myrrhifera. Proinde docti videant an non hûc pertineat quod στακτή siue myrrhæ pars liquidior circa Musam, vocabatur Abirminæa. Arrianus in periplo: Ἐξ ἁγῆς ὁ δὲ ἀπὸ τῆς Ἰσθμίου μῆ, σμύρνα ἐκλεκτή, καὶ στακτή Ἀβερμινάα. *E Musa autem exportantur aromata ibi nata, myrrha electa, & staacte abirminæa.* Scio pro ἀβερμινάα à multis rescribi σμύρνα: sed non debet mutari quicquam, libris reclamantibus, si ἀβερμινάα potest ferri. Quidni porro ἀβερμινάα dicatur esse composita vox ex ἀβείρ & μινάα. Ἀβείρ עובר est Hebræum עובר ober. Ita enim mutant Arabes, quod nemo nescit. Hebræum autem עובר ober est myrrhæ præstantis epithetum. Cant. 5. 5. *manus meæ stillarunt myrrham, & digiti mei עובר עובר myrrham ober.* Et versu 13. *Labia eius lilia stillantia עובר עובר myrrham ober.* Chaldæus interpres reddit כהרא כהרא myrrham electam. Ita etiam Aquila σμύρναν ὀσμώδη. LXX. σμύρναν πλήρη myrrham plenam. Symmachus σμύρναν ὀσμώδη. Vulgatus v. 5. *myrrham probatissimam.* Et v. 13. *myrrham primam.* Proprie עובר עובר mor ober est myrrha transiens: Quidam eò sensu dici putant quò Gen. 23. 16. dicitur עבר עבר pecunia transiens, id est proba moneta & inter mercatores recepta. Gall. *argent qui a cours.* Solomonī myrrha transiens est myrrha cuius עובר עובר ומחפש לכל ער spiritus (id est odor) transit & diffunditur in omnes partes, id est myrrha maximè fragrans. Vt ut sit constat Arabibus עובר abir id esse quod Hebræis עובר ober. Sic in Giggeio עובר עובר Dirham abir est moneta recepta, ut Hebraicè עובר עובר ceph ober. Pari ratione עובר abir Arabicè dici debuit myrrhæ species quæ Hebraicè עובר ober. Notâ porro literam ע Ajin initio vocis עובר abir vel posse planè negligi, vel etiam exprimi per G. Sic enim eadem vox עובר modò Ζία οὖν scribitur, modò Sozor & Segor; ut עובר Pheor & Phegor, עובר Ebal & Gebal: עובר אפיונגבר & גפיונגבר; עובר אזה & גזה; Stephanus: Γάζα, πόλις Φοινίκης, καὶ ἡ Παλαιστίνη καὶ ἡ Ἀραβία, ἐκλήθη καὶ Ἀζα. Sic עובר myrrhæ epitheton potest scribi abir vel gabir. Ex priore fit in Arriano Abirminæa στακτή, ex posteriore σμύρνα γαβίρα myrrha gabirea in Dioscoride, quæ præstantissima est myrrhæ species: ἡ δὲ καὶ γαβίρα, inquit, λιπαρώτατη, ἐν βίβλοις καὶ λιπαρόσι ὅποις γνησιώτατη, ἢ ὅτι πολλὰ ἀίνει τῶν τῶν τῶν. *Quædam autem in myrrhæ genere gabirea vocatur, pinguis, latis & pinguibus locis nascens, quæque adeo copiosam reddit staecten.* Γαβίρα id est עובר abir vel gabir. Cuius vocis significationē malim ex Arabicâ linguâ petere

A petere, quâ verbum ענר inter cætera est flere, & ענר de oculo *lachrymosus*, & ענר apud anatomicos angulus oculi lachrymalis (vt ita dicam.) Ergo myrrha ענר est myrrha lachrymans, seu lachrymosa, id est quæ pinguißima est & stactes plurimum sudat. Quæ ipsissima est myrrhæ gabireæ descriptio apud Dioscoridem. Atque hic lachrymarum & lachrymandi vocabulum est maximè proprium, cum in myrrhæ definitione à medicis adhibeatur. Dioscorides: Σμύρρα δάκρυον ἔχει δένδρον ἠμωμένον ἐν Ἀραβίᾳ. *Myrrha lachryma est arboris in Arabiâ nascentis.*

B Minæ myrrhæ locus apud Ptolemæum medius est inter Minæos & Manitas, quorum regio *Mali* nominatur in Theophrasto, vt pluribus docebimus capite de Abimal. Sed hi Manitæ videntur pars fuisse Minæorum, quos Ptolemæus appellat μέγα ἔθνος *magnam gentem*. Et Eratosthenes recensens πέντε μέγιστα τέταρα ἔθνη quatuor maximas gentes in Arabiâ odoriferâ, Minæis dat primum locum. Itaque Minæorum nomen etiam vicinos populos complecti verissimile est, & sic patuisse eorum fines usque ad loca vicina Mecchæ: quæ Ptolemæo est Μαχόμενα *Macoraba*.

C Id ipsum aliâ ratione sic colligitur: Eratostheni apud Strabonem Minæorum πόλις ἡ μέγιστη Κάρνα *urbs maxima est Carna*. In Plinio *Carnon* appellatur, *Carna* in Ptolemæo, qui describit valde alieno loco, nempe ad *Macorabæ*, id est Mecchæ septentrionem, cum potius ad meridiem vergat. Hæc urbs extat hodieque, & vetus nomen seruat: Nec supra duas stationes à Mecchâ distat, id est milliaria circiter quadraginta vel quinquaginta. A meridie nonnihil versus ortum declinat. Ea *Carna* Mercatoris, & Geographi Arabis קרן אלמנאזיל *Karno-lmanazili*, quam vno in loco dicit esse קרן אלמנאזיל *urbem magnam* & in alio קארעה אלטרין *Castrum populosum in biuio*. Ibi enim concurrunt duæ viæ, quarum vnâ Taiphum iturè Mecchâ Orientem versus, alterâ Sanaam ad meridiem, vnde est ratio nominis: Ad verbum enim *Carno-lmanazili* significat *cornu habitationum*, id est habitationem in cornu vel angulo biuii. Nam in Oriente cornu pro angulo passim sumitur. Sic in Syro interprete Act. 4. 11.

D קרן אלמנאזיל *caput cornu*, id est κεφαλή γωνίας *caput anguli*. Et in Chaldæâ paraphrasi Pf. 69. 13. קרן אלמנאזיל *sedentes in portâ, in loco cornuum*, id est in triuio vel quadriuio. Periphrasis est hominum otiosorum, qui vulgo ab Hebræis dicuntur קרנין *sedentes in cornibus*, id est in viarum compitis. Quod de situ Carnæ dixi constat ex his Geographi Nubiensis. *Ad Orientem Mecchæ sexagesimo milliari est Taiph, quod iturus ab urbe Mecchæ (primâ statione) proficiscitur ad oppidum Badid-almortaphe &c. Deinde ad castrum Carnalmanazil &c. vnde (tertiâ statione) perueniet ad urbem Taiph. Et rursus aliquanto post: Iter à Mecchâ Sanaam: Mecchæ primum ibis Serain-almortaphe &c. deinde Carn-almnazil urbem magnam.*

B Vides lector tam Taiphum quam Sanaam è Mecchâ profecturis viam esse per *Karn-almnazil*, vnde aliis ad Ortum aliis ad meridiem est iter. Inde ratio certa nominis.

Obiter hic docendum Minæi vnde dicantur. Veteres à Minoe Cretæ tam verè deduxere, quam vicinos Minæis Rhammæos à Rhadamantho.

Clim. 2.
part. 5.

Clim. 2.
part. 5.

Q

Steph. in
1. c. Idem
in Minos.

Plinius lib. 6. cap. 28. *Minai à Rege Cretæ Minos ut existimant originem trahentes.* Et paulo post: *Rhammei, & horum origo Rhadamanthus putatur frater Minois.* Tale est quod Palæstinæ Gazam ab eodem Minos scilicet Minoam dictam voluere: *ἐκλήθη δὲ ἐν Μινῶα, ὅτι Μινῶς αὐτῷ τοῖς ἀδελφοῖς Ἀϊακῶν & Ραδάμανθῶν ἰὼν ἐξ αὐτῶν πάντων ἐκάλει.* Sed & Minoa vocata est, quia eō profectus Minos cum fratribus Aeaco & Rhadamantho, inde illi fecit nomen. Ita legitur apud Stephanum. Qui idem alius Minos in Arabiâ meminit à quâ Minoitæ populi: *ὅσι, inquit, ἐν Ἀραβίας (Μινῶα) ἴσ' ἐπὶ πόλιν Μινῶν δὲ τὸ Μίνος ἐστ' ἡ Ἀραβία Minoa cuius ciues à Minos Minoitæ dicuntur.* Sed non dubito quin Minos & Minoitarum nomine Minzam & Minzos intelligat: mythologos sequutus, quos inanis nominum allusio eō adegit insanix, vt à Cretensi regulo, qui postquam in insulâ suâ consenuisset, in Siciliâ fato functus esse dicitur, Arabiæ intimæ populos deducerent.

Nos, his naniis valere iussis, ita rem aggredimur. Apud Hebræos *מאון*, cuius plurale *מאונים* *meonim* vel *menim* habitaculum sonat. Vox est vel pueris nota. Sed & *Maon* loci nomen est, atque vt videtur non vnius. Nam & in tribu Iuda mentio fit oppidi *Maon* Ios. 15. 55. Et deserti *Maon* prope Iefçimon & Carmelum 1. Sam. 23. 24. & 25. 2. Et in Moabitis fuit *Bethmaon* vel *domus Maon*, cui minatur Ieremias cap. 48. vers. 23. Et Iud. 10. 12. *Maon* est gentis nomen cuius plurale *מאונים* *Meonim* occurrit 1. Chron. 42. & 2. Chron. 26. 7. Græci interpretes *τοῖς Μινῶν* *Minos* vtrobique reddunt. Falluntur Hebræi qui Ammonitas putant per anagrammatismum significari. Nam Iud. 10. 11. 12. *מאון* *Ammon* & *מאון* *Maon* sunt diuersi populi. Res patet legenti locum qui sic habet. *Nonne populi ex Ægypto, & Amorrhæis, & filiis מאון* *Ammon*, & *Philistæis, & Sidoniis, & Amalec, מאון* *Maon* oppresserunt vos. Diuersi etiam *מאונים* & *מאונים* in his verbis de Rege Oziâ 2. Chron. 26. 6. 7. *Adiunxit enim Deus contra Philistæos & Arabas habitantes in Guibaal מאונים* & *Meonios* (vel vt Græci *Minos*) *Et dederunt מאונים* *Ammonitæ manus* *Oziæ.* Nec probo recentiores qui 1. Chron. 4. 41. hæc Hebræa *וַיִּכּוּ אֶת הַמִּשְׁכָּנֹת וְאֶת הַמִּשְׁכָּנֹת* sic reddunt, *Et percusserunt tentoria eorum, & habitacula quæ ibi inuenta sunt.* Nam si eō loco *מאונים* essent habitacula, dixisset facer scriptor *וַיִּכּוּ אֶת הַמִּשְׁכָּנֹת וְאֶת הַמִּשְׁכָּנֹת* *tentoria eorum & habitacula eorum* eadem verborum serie, non *habitacula quæ ibi reperta sunt*, quasi possint abesse. Itaque ibi *מאונים* est omnino populi nomen, & Græci rectius: *ἐπέταξαν τοῖς οἴκοις αὐτῶν* & *τοῖς Μινῶν* & *ὡς οὐρα* *ἐξαι*, *percusserunt domus eorum, & Minos quos ibi inuenerunt.* Quin Græcam lectionem audeo Hebræicæ præferre in loco qui habetur 2. Chron. 20. 1. vbi Græci sic legunt *ἦλθον* *οἱ υἱοὶ Μωάβ*, & *οἱ υἱοὶ Ἀμμων*, & *μετ' αὐτῶν* *ἐκ τῶν Μινῶν* *Venerunt filij Moab, & filij Ammon, & cum ipsis ex Minois:* Hebræi autem: *Venerunt filij Moab* *מאונים* *מאונים* *וְהָיוּ עִמָּם* *filij Ammon, & cum iis ex Ammonitis:* Nullo sensu, vt quidem puto, quia Ammonitæ iidem sunt qui filij Ammon. Itaque frustra se torquent interpretes in his explicandis, *filij Ammon, & cum iis ex Ammonitis.* Sed si pro *מאונים*

- A Mem & Ajin transpositis, legatur ממוני, prout legisse Græcos ex illorum versione constat, tolletur omnis scrupulus. Pari anagrammatismo sed impari successu lectum ab iisdem in Iobo סופר המנות *Sopbar Meunathites* Iob. 2. 11. & 11. 1. & 20. 1. & 42. 9. 16. pro סופר המנות *Sopbar Neamathites*. Inde in illorum versione Σοφάρ ὁ Μινναῖος *Sopbar Minæus*, & Σοφάρ Μιννάων βασιλεύς *Sopbar Minæorum Rex*.
- Dices hæc ad Minæos Arabiæ Fœlicis haud quaquam pertinere, qui in tantâ locorum intercapedine non possunt iidem esse populi. Alij enim in Arabiæ parte aromatiferâ, alij in desertâ habitant, non procul ab Ammonitis & Moabitis, vt patet ex collatis Scripturæ locis. Præterea cum Minæos Arabiæ Fœlicis ad Semi stirpem referamus, Minæi Arabiæ Desertæ erant è stirpe Chami, vt habetur 1. Paral. 4. 41. 42. Ex quô ipsô obiter collige hos Minæos perperam ab Hebræis confundi cum Ammonitis Loti filiis Gen. 19. 38. Interim tam illos quam hos Minæos, Phœnicæ vt quidem puto ממוני *Meunim* appellarunt, hæc ratione moti. Minæorum vrbs Metropolis, quæque Phœnicum commerciis erat maximè obuia, quia propior, Arabicè vocatur hodieque קרן-אלמנאול *Carno-lmanazili*, cornu habitaculorum. Quod à Phœnicibus redditum קרנא דממוני *Karno dememnin*, quia vt Arabibus מנאול, ita Phœnicibus ממוני habitacula dicebantur. Sed id à nonnullis ita acceptum ac si ממוני *Meunim* esset gens illi cognominis quæ in Arabiâ Desertâ. Vnde mos inualuit vt Carnæ vrbs incolæ & reliqui eiusdem gentis à Phœnicibus ממוני dicerentur, & à Græcis Μιννοί, æque ac illi alteri.

CAPVT VIGESIMVM-TERTIVM.

Obal עובל

Obal, Arab. *Aubal* vel *Abal*, migravit in Arabiam Troglodyticam, & nomén fecit finii Abaliti vel Analiti, vbi Aualites emporium. Vnde exportatur ebur, testudo & myrrha omnium præstantissima, quæ veteribus Troglodytica dicitur, in Serapione corruptè *Tarhalud* & *Tanchi*. Malè à Plinio vocari *sordidam atque barbaram*, cum à natali solo à Græcis dicatur *Barbara*. Vrbs *Barbara* vel *Barbora* in Aualite finu, Zingiber ex Barbariâ. Macer ex Barbarâ, id est Troglodyticâ. Ex iisdem locis moerorum, casia, thus peraticum, cinnamomum. Cur Mosylon dicatur. Hæc aromata hodie defecisse. Aualitæ populi quorum pars Nubæ. Ibi Pygmæi veterum, qui Hesychio Nôbæ. Inde Homero Pygmæi ad Oceanum, Aristoteli ad Nili scaturiginem (id est Astaboræ qui creditur esse Nili ramus.) Et Troglodytis accensentur. Ibi reperit Nonnosus breuissimos homines. Alij Nubæi à veris Nili fontibus ad Aegyptum usque extensi. Equitum millia centum in illorum copiis. Inter Arabiam & Troglodytin fretum angustissimum. Cur vocetur *Almandab*, hodie *Eel-elmandel*. Ab oppositis littoribus internosci homines. Non tamen credibile quod scribit Metaphrastes, catenâ fuisse interclusum fretum illud. Abafenos ex Arabiâ in Africam migrasse. Inde Abafeni Homeritæ. Syri appellantur Arabes. Obal, Eual vnde Eualeni, & Gebala, & Gebana quid differant.

Obal Arabicè esset *Aubal*, sic enim stella Hebr. כוכב *cocab*, Arab. כוכב *caucab*; Liliū Hebr. שושן *sofan*, Arab. سوسن *saufan*, pipio Hebr. גוזל *gozal*, Arab. غول *gauzal*. Vel Arabes O in A mutant. Sic sigillum Hebr. est חותם *chotam*, Arab. حاتم *chatam*. Et in participiis actiuus primæ coniugationis, Hebr. עובר *obed* seruiens Arab. est عابر *abid*, & ober *ober* transiens עابر *abir*, vt nuper dicebamus. Itaque עובל *Obal* Arabibus vel fuit עובל *Aubal*, vel עובל *Abal*. Videtur is ex Arabiâ Fœlici freto trāsmissio ad fauces

Arabici sinûs migrasse in Arabiam Troglodyticam, & nomen fecisse emporio & sinui Abaliti vel Aualiti: Nam utroque modo scribunt veteres. Prius sequitur Plinius lib. 6. cap. 29. *Ultra*, inquit, *sinus Abalites, insula Diodori &c.* Posterius Stephanus, cuius verba sunt: *Αὐδαίτης κόλπος ἐν δεξιῇ μέρῃ τῆς Ἐρυθρᾶς θαλάσσης Aualites sinus in dextris partibus Rubri maris.* Ita etiam Ptolemæus lib. 4. cap. 7. *Μετὰ τὰς εἰς τὴν Ἐρυθρὰν θαλάσσην Δίρη πόλιν ἐν ἄκρῃ: Ἔστι ἐν τῷ Αὐαλίτῃ κόλπῳ Αὐαλίτης ἐμπόριον Post freti angustias in mari Rubro Dera (al. Diræ) urbs in promontorio; deinde in Aualite sinu Aualites emporium.* In Arriano Abaliten legas, ἐπ' ἀνατολῶν, inquit, ὁ Ἀραβικὸς κόλπος ἀφ' ἡμετέρας, καὶ κτ' ἢ Ἀὐδαίτης μέγιστα εἰσὶν, *Ad ortum Arabicus sinus procurrit, & prope Abalitem sinum maxime in angustum contrahitur.* Sed & paulo post *Aualiten*, cum addit in eò sinu Τάπαιρα dici barbara quædam emporia & portus quorum primus est ὁ λεγόμενος Αὐδαίτης, καὶ ὃν καὶ εὐνότατος ἐστὶν ἀπὸ τῆς Ἀραβικῆς εἰς τὸ πέλαγος ἀγὰπλος qui vocatur *Aualites*, ad quem angustissimus est ex Arabia in ulteriorem regionem (id est Troglodyticam) traiectus.

*Aualiten emporium idem Arrianus ita describit: μικρὸν ἐμπόριον ἐστὶν ὁ Αὐαλείτης, σχεδὸν καὶ σκίαφως εἰς τὸ ἄνω περὶ στερημένων. Περχερὰ δὲ εἰς αὐτὸν ὀδὴ λίθια σύμμικτος, καὶ Διοσπολιτικῆς ὀμφακί, καὶ ἰμάτια βαρβαρικῆ σύμμικτα γενναυμμένα, καὶ σίτες, καὶ ὄϊνοι, καὶ κισσόντερος ὀλίγος. Φέρεται δὲ ἐκ αὐτοῦ ποτε καὶ τῶν βαρβάρων ὄππ' σχεδὸν ἀφ' ἀφροδίτων εἰς τὸν ἀντικρυς Κήλις (lege Οὐκίλις) καὶ Μύζα ἀρώματα, καὶ ἐλέφαντος ὀλίγος, καὶ χελώνη, καὶ σπύργα ἐλαχίστη, ἀφ' ἀλλοῦ ἐστὶν ἄλλης Paruum emporium est *Aualites*, in quod ratibus & scaphis navigatur, nempe ex Arabiae opposito continente. In illud autem importantur lapis vitreus varius, & acerborum fructum ex Diospoli nonnihil, & vestes barbaræ promiscuæ interpolatæ, & frumentum, & vinum, & parum stanni. Inde vicissim exportantur, Barbaris etiam ad oppositos Arabiae portus Ocelim & Musam per rates aduehentibus, aromata & parum eboris, & testudo, & myrrha paucissima quidem, sed omnium præstantissima. Sic è Malao & Mundo & Mosyllo emporiis in eodem sinu myrrha deferebatur, ut habet idem Arrianus. Atque hæc est myrrha Troglodytica apud Veteres tantopere celebrata. Dioscorides lib. 1. cap. de myrrhâ: Πρωτίως δὲ ἡ Τρογλοδυτικὴ καλεῖται, ἀπὸ τῆς ἡρώσεως αὐτῆς ἕως, ὑπόχλωρος καὶ δηκτικὴ ὄσσε, ἀφ' ἧς Primas fert quæ Troglodytica vocatur, à regione in qua nascitur, subviridis, mordens ac splendens. Aetius tetrab. 1. serm. 2. cap. 196. Myrrha primaria est Troglodytica subviridis, pellucida, odorata, acris &c. Hinc corrige Serapionem qui myrrham optimam scribit nominari Tarhalud & Tanchi è terris unde defertur. Tarhalud & Tanchi Arabicè erat τανχι τανχι pro quo legendū τανχι τανχι Troglodytica punctis solum mutatis, ut constabit has voces Arabicis characteribus scribenti. De eadem ita Plinius lib. 12. cap. 15. Conuehitur & ex syluis laudata, petuntque eam etiam ad Troglodytas Sabæi transitu maris. Et cap. 16. Troglodytica syluestrium prima. Et rursus: probatur Troglodytica pinguedine, & quod aspectu aridior est, sordidaque atque barbara, sed acrior cæteris. Vbi mirum sordidam atque barbaram dici quæ Dioscoridi est ἀφροδίτη, Aetio pellucida, Serapioni clari*

A coloris. Plinium id fefellit quod Barbara vocabatur myrrha Troglodytica. Is enim id ita accepit ac si barbara diceretur ratione squaloris & sordium adnatarum. Cum à natali solo illi esset Barbaræ nomen. In Marciano quidem & Ptolemæo diuersæ sunt regiones Barbaria & Troglodytica: Quarum illa Barbarico, hæc Arabico & Adulico & Aualiti sinui præterita est. Sed alij Barbaris accensent etiam Arabici maris accolas. Sic Arrianus in Periplo locat Barbaros & Barbariam circa Berenicem, & Orinem, & Ptolemaida Theron, & Aualiten, &c. quæ loca sunt Troglodyticæ. Et Stephanus Barbariam scribit esse *ἡ ἀραβία καὶ λιβανὸν* vbi Troglodytica. Arabs


B Geographus itidem clim. 1. part. 6. terram *Βαβυλωνία* iacere dicit secus mare *Ἰαμεν*, id est Arabicum. Et in Aualite sinu urbem Barbaram vel Barboram cum insulâ cognomine describunt multi recentiores. In his Ludouicus Vartomanus & Odoardus Barbofa. Hinc igitur Barbara dicta est myrrha Troglodytica. Quò exemplo Zingiber *ἡ βαρβαρία* exportari scripsit Galenus: id est è Troglodyticâ. Ita enim Dioscorides: *Ζιγγίβερος ἡ βαρβαρία φυτόν ἐστιν ἐν τῇ Τρωγλοδυτικῇ ἀραβίᾳ πλεῖστον* Zingiber planta est sui generis, quod plurimum in Arabiâ Troglodyticâ nascitur. Rursus in Dioscoride: *Μάκρον φλοιὸς ἐστὶν κριζόμενον ἐκ τῆς βαρβαρίας* macer est cortex aduectus è Barbarâ, sup. terrâ, id est è Barbariâ; At in Arriano ex Malao Troglodyticæ in Aualite sinu: *ἐκφέρει δὲ* inquit, *ἀπὸ τῆς Ἰσθμῆς τοῦ Ἰνδοῦ καὶ σμύρνας, καὶ λίβανου ὁ περσικὸς ὀλίγος, καὶ κασία σιληστέρα, καὶ δύανα, καὶ κίρκιμον, καὶ μάκρον* ex illis locis affertur myrrha, & parum thuris peraticum, & cassia durior, & duaca, & cancamum, & macir. Itaque falluntur interpretes Dioscoridis qui nomine τῆς βαρβαρίας Indiam intelligunt.

C Obiter nota quot aromatum genera ex illis locis Veteres exportauerint: Sic ab emporio Mundi, duobus inde cursibus, præter merces commemoratas, insuper euehebatur *θυμίαμα ὃ λεγόμενον μοκρότου* thymiama mocroti appellatum. Ex emporio Mosyllo, pari à Mundo distantiâ, κασίας χρῆμα πλεῖστον, καὶ ἄλλα ἐνόστιμα, καὶ ἀρώματα, &c. καὶ μοκρότου, καὶ λίβανου ὁ περσικὸς, &c. καὶ σμύρνα σαρδίων, cassia magna vis, et alia odorifera, et aromata, et testudines pauca, et mocroti thymiama, et thus peraticum, myrrhæ etiam aliquantum. Adde cinnamomum ex Plinio: *Portus*, inquit, *Mosyllicus* lib. 6. c. 29. quo cinnamomum deuehitur. Vnde est quod vocatur Mosylum vel Musulum. Simeon Sethi de ciborum facultatibus vbi de cinnamomo: *ἀείνον δὲ λεγόμενον Μύσουλον, ἧτις δὲ ἀπὸ Μυσούλου πόλεως optimum quod Musulum vocant, seu quod à Musulo urbe aduectum; Musulo id est Mosylo. Id videtur vero propius quam quod scribit Dioscorides, Mosylon vocari ἀπὸ τῆς πόλεως ἐμπερίου πρὸς τὴν μυσουλίαν καλεσμένην κασίαν, quia cassiam cui Mosyliti cognomen est aliquò modo refert. Vtut sit, pleraque hæc aromata in illis locis tam defecisse quam in Cyreναicâ sulphium, velut fatiscente naturâ, testantur Lusitani mercatores, qui has regiones quotidie lustrant.*

D

E In eodem Aualite sinu præter Aualitem emporium fuere & Aualitæ populi, quorum pars Nubæ: Ptolemæus l. 4. cap. 8. *ἐν ἧ ὅτε ἀραβία, καὶ οὐ ἀραβία, ἀλλὰ τὸ ἐκ τῆς ἀραβίας καὶ λιβανὸν ἐκ τῆς ἀραβίας ἐκ τῆς ἀραβίας ἐκ τῆς ἀραβίας* (Troglodyticâ) sunt et Adulitæ et Aualitæ ad cognomines sinus: Et paulo post: *ἔτι τε Μολίβου, καὶ Μεγα-*

n-
es.
su-
en
bri
g-
oft
ide
na-
y,
in
á-
p-
us
re-
y ó
w
de-
ap-
d-
f
za-
ur
f
a-
ia
bo-
aa.
re-
nd
éud
ikh
af-
96.
yc.
yr-
rat
ta-
ita
am
ri-
st,
ari
ari



Ἐξ ἧν καὶ Νύβας δυσμικῶταί τῃ Ἀύστῃ deinde Moliba, & Megabradi et Nubæ qui Aualitarum sunt maximè Orientales. Hos Nubæ Troglodyticos ad Aualitem sinum esse Pygmæos veterum multa probant. 1. Pygmæi alio nomine dicuntur Nubæ vel Nobæ. Hesychius Νύβας Πυγμαῖοι. 2. Pygmæos ponit Homerus ad Oceanum vbi hi Nubæ, cum de gruibus dicit.

Κλαῖσ' ἢ παύσ' ἔτι πάλιν ἐπ' ὠκεάνιο ῥόσῳ,
Ἄνδρασι Πυγμαῖοισι φόρον καὶ κῆρα φέρουσιν.
Oceanique petunt, rauco clangore strepentes,
Littora, Pygmæis eadem mortemque ferentes.

3. Philosophus hist. anim. lib. 8. cap. 12. eosdem habitare tradit circa paludes ex quibus Nilus oritur. Verba sunt: Μεταβάλλουσι δὲ (αἱ γέγραυι) ἐκ τῆς Σκυθικῶν εἰς τὴν ἑλληνικὴν ἁΐαν τὴν Ἀγυῶν, ὅθεν ὁ Νεῖλος ῥεῖ, ἔστι δὲ ὁ ἕπος ὁ ἕτος, καὶ οἱ ἰστικοί. Τρωγλοδυτῶν δ' εἰσὶ τὸ βίον Neque enim est fabula (quod de Pygmæis traditur) sed re verâ, ut asserunt, hominum et equorum genus pusillum est. Vitam autem quod attinet sunt Troglodytæ. 5. Res ex Nonno confirmatur, cui, cum circa hæc loca nauigaret ex Homeritis iturus ad Auximatas, ἐπὶ τῷ ἐσχατῷ τῆς νήσου κατὰ τὴν ἑλλήσιν ἑλὼν δὲ τὴν σικελίαν, ἦν καὶ ἀκῶσαι, ἐπέτυχε γὰρ ποσειδῶν καὶ ἰδέσθαι ἄνθρωπον, βαρῆτατον δὲ μέγεθος, καὶ μέλασι τῶν χερῶν. Ἐπὶ δὲ τῶν δεδασυμένῳις ἀπὸ τῶν τῶ σῶματι. εἰποντο δὲ τῶν ἀνδρῶν καὶ γυναικῶν ὡσεὶ ἀλγίστων, καὶ πικρὰ ἐπιβαρῆτατα.

vid. & Plin. l. 6. c. 30.

Transseunt enim (grues) è Scythicis campis ad paludes quæ sunt supra Ægyptum, unde profluit Nilus: Est autem locus ille circa quem Pygmæi degunt. Nili nomine Astaboram intellige, quem plerique veteres Nili ramum esse crediderunt. Mela lib. 1. cap. 9. vbi de Nilo: In Æthiopiâ diffunditur, alterâque ex parte Astaboras, alterâ Astapus dicitur. Et Plinius lib. 5. cap. 9. Astaboras læuo alueo dicitur, hoc est ramus aquæ venientis è tenebris. Et Solinus cap. 32. Dextero alueo Astusapes, læuo Astabores nominatur. Inde factum vt Nilus oriri crederetur è locis circa Mofylen, & sinum Aualitem, vnde oritur Astaboras. Æthicus: Fluumque Nilum qui de littore incipientis maris rubri videtur emergere, in loco qui dicitur Mossylon emporium. Porro circa eadem loca Nubas statuit Ptolemæus. 4. Proinde Pygmæos Philosophus Troglodytis accenset, è quorum numero esse Nubas & Aualitas iam docuimus: ὅτι γὰρ ὅστι, inquit, τῶν μύθος, ἀλλ' ἔστι καὶ τῶν ἀληθειῶν, ἡμῶν μικρὸν μὲν, ὡσπερ λέγει καὶ ἀπὸ καὶ οἱ ἰστικοί. Τρωγλοδυτῶν δ' εἰσὶ τὸ βίον Neque enim est fabula (quod de Pygmæis traditur) sed re verâ, ut asserunt, hominum et equorum genus pusillum est. Vitam autem quod attinet sunt Troglodytæ. 5. Res ex Nonno confirmatur, cui, cum circa hæc loca nauigaret ex Homeritis iturus ad Auximatas, ἐπὶ τῷ ἐσχατῷ τῆς νήσου κατὰ τὴν ἑλλήσιν ἑλὼν δὲ τὴν σικελίαν, ἦν καὶ ἀκῶσαι, ἐπέτυχε γὰρ ποσειδῶν καὶ ἰδέσθαι ἄνθρωπον, βαρῆτατον δὲ μέγεθος, καὶ μέλασι τῶν χερῶν. Ἐπὶ δὲ τῶν δεδασυμένῳις ἀπὸ τῶν τῶ σῶματι. εἰποντο δὲ τῶν ἀνδρῶν καὶ γυναικῶν ὡσεὶ ἀλγίστων, καὶ πικρὰ ἐπιβαρῆτατα. ad extremum insularum delato tale quid accidit vel ipso auditu mirandum. Incidit enim in quosdam formâ quidem & figurâ humanâ, sed staturâ breuissimos, & colore nigros, & toto corpore pilosos. Sequebantur autem viros prope æquales fæminæ, et pueri adhuc breuiiores. Ita habetur apud Photium. Credibile est hos pumiliones colonos fuisse Nubarum, qui ex continente transferant in vicinam insulam. Quos tamen absit vt putemus staturâ fuisse cubitali, provt poetæ fingunt; qui omnia in maius augent. Tantum staturam his statuimus solitâ fuisse breuiorem. Caue ne cum his Nubis confundas alios Nubas vel Nubæos quorum regio prope ab ipsis Nili fontibus vsque ad Ægyptum patet duorum mensium iter, vt tradit Geographus.

A Arabs in eâ gente natus, parte quintâ climatis primi. Eiusdem gentis meminere Plinius, Ptolemæus, Stephanus, Suidas, & Georgius Elmacinus, hist. Sarac. lib. 1. cap. 17. vbi *נחמה מלך נוביה* Cyriacus Rex Nubia, cum Christianos sciisset in Ægypto diuexari, narratur eô cum centum millibus equitum contendisse, tamen Patriarchæ precibus exoratum rediisse *ἀμαρτυν*. Nubæos idem addit Iacobitarum sectæ adhærere; vnde liquet hos Nubæos eosdem esse cum Abasenis seu Abyssinis.

Ne porro quis miretur nos vnum è Iectanis filiis ex Arabiâ Fœlice in Troglodyticam, id est ex Asiâ in Africam ablegasse; scire operæpretium est quam angusto freto hæ terræ inter se diuidantur, circa sinum Abalitem, qui ab ipso freto incipit. Illi assignat Plinius passus quater mille quingentos, vbi de Berenice Epidires lib. 6. cap. 29. *Est sita, inquit, in ceruice longe procurrente, ubi fauces Rubri maris iuxta passus ab Arabiâ distans.*

B Alij spatium hoc extendunt ad sexaginta stadia, id est milliarum septem & semi. Strabo τὸ δὲ Δελφὺν στεῖν, οὐδὲν εἰς ταύτους ἐξήκοντα *Angustia Diræ proxima ad sexaginta stadia contrahuntur.* Arrianus: ἤδη συναρχόμενος τὸ Ἀεθιοπῆς ἢ περὶ τὸ πέλμα τὸ Ἀναλίτων βαρβαρικῆς γῆρας, ἀπλὴν ὄσιν δὲ μάλιστα, ὁ σὺν τὸν ἀποδείων δὲ πέλμας, ὃ τὸ μεταξὺ πέντε ἐξήκοντα σταδίων

L. 19. p. 769.
In Periplus.
Pag. 8.

C *μεσοβαλεῖ ἵππος ἢ Διοδώρου* Coeunte iam in vnum continente Arabicâ & regione Barbaricâ ulteriore quæ est ad Aualitem sinum, fretum est non longum, quod pelagus contrahit & in angustum cogit, cuius freti transitum, qui sexaginstadiorum est, medium intercipit insula Diodori. Almandab *אלמנדב* vocant Arabes, id est funestam, & freti ostium *באב אלמנדב* Bab-almandab, ostium funestum, propter breuia & syrtes in mari latentes. A recentioribus scribitur *Beb-elmandel*; Rhamusius eam insulam à continente distare scribit tribus millibus passuum: Andreas Corsalius ab Arabiâ duabus leucis, totidemque ab Æthiopiâ. At fretum ipsum Vartomanus testis *ἀπὸ τῆς* pate-

Geogr.
Nub. clim. 1
part. 5. & 6.

re negat plus iiii pass. Vbi, inquit, ad ostium pelagi peruentum est, inter septa siue claustra quæpiam esse videbamur, ostio non plus ternis millibus passuum patente. Et Geographus Arabs mare in eô loco ita coarctari asserit vt ex terræ oppositâ parte *נאנא אלרגל יו* socium suum quis in alterâ percipiat.

Nauig. 1. 2.
cap. 3.

D Non tamè citra hyperbolen de hoc freto sic scribit Metaphrastes apud Suerium in actis Arethæ martyris: Itaque considerans (Rex Homeritarum Dunaan) angustissimum esse fretum quod est inter Æthiopes & Homeritas, neque superare latitudinem duorum stadiorum, &c. cum grauem ferream construxisset catenam, & quæ posset ferre vim ventorum et vndarum, et eam utrimque à terrâ alligasset, &c. Vt sit fretum illud constat esse angustissimum, vt nullo negotio potuerint Arabes illo transmissio migrare in oppositam continentem. Atque id non semel factum docti sciunt. Sic Abasenos vel Abissinos ex Arabiâ venisse fama est. Et Vranius Abasenos describit in Arabiâ aromatiferâ, prope Sabæos & Chatramotas. Itaque tam Arabicum est Abasenorum nomen quam Francorum Germanicum. Huc facit quod pro Abasenis vel Abissinis quidam veterum Homeritas appellant de Arabiæ gentis nomine. Theophanes Byzantius apud Photium: ὁ Χερσῶνος ἐστὶν Ἀβισσῶνος φιλῶν ἐν τῶν Ρωμαίων, τὰ πάλαι μὲν Μαυροβίων, καὶ δὲ Ὀμηρίων

Clim. 1.
part. 6.

Vid. Sur. in
diem 24.
Octob. 10m.
5. Et Baron.
ad ann. 528.

E

Plin. lib. 6. cap. 29. lib. 3.c.9.

Deut. 11.29. & 27. 4. 18. Ios. 8.30.33.

καλουμένοις, ἐστὶν Ἰδουσα, Chosroes in Æthiopas Romanis amicos, olim quidem Macrobios, nunc vero Homeritas dictos, expeditionem suscepit. Stephanus: Ομηρίτης, ἔστιν Ἀιθίοπων Homeritæ, gens Æthiopum. Quin & apud Plinium Iuba, Nili acolas à Syene non Æthiopum populos, sed Arabum esse dicit usque Meroen Atque eodem referri queant verba Philostorgij: ἔστι περὶ τὸ Ἰουδαίων Ἰσραὴλ Αὐξουμίτης ἔστι τὸ Ἰσραήλ πρὸς ἀνατολὰς κατὰ τὸν ὠκεανὸν παρὰ τὸν ὅτι Σέβρι Ante hos Auxumitas Orientem versus siti adexteriorem Oceanum Syri habitant. Quippe ut ad Dionysium obseruat Eustathius, etiam Arabes à nonnullis Syri appellantur, ἀπὸ τῶν ἐκ τῶν ὁμοειδῶν ἑπιμαζίδων ἀπαρτῶν quia propter viciniam alij aliis permisti sunt. Adde linguæ & morum in multis similitudinem. Exterior porro ille Oceanus ad ortum Auxumitarum, vbi Syros, id est Arabes collocat Philostorgius, est sinus Abalites. יובל Obal in Græcâ versione redditur Εὐδὴ Eual, in Eusebio Γεβάλη Gebal, & Ebal in Vulgata. Eual est Arabiæ locus incertæ positionis à quò Εὐδὴ Ἰουδαίων Eualeni populi apud Stephanum ex Vranio. Gebal vel Gebala Eusebio est Idumæa, facto nomine ex illo Gebal de quo Gen.36.23. Neque aliter sumit Stephanus, quamuis Gebana vir magnus intelligat. Ebal יבול est mons Samariæ prope Sichem & Garizim, ex quò Leuitæ maledictiones in populum intonabant. Ex his veteres patet legisse יבול pro יובל, id est Iod pro Vau.

CAPVT VIGESIMVM-QUARTVM.

Abimaël אבימאיל

Abimaël Arabicè Abumail vel Abumâl, id est pater Mali, seu Malitarum. Tale Abi-Madmena, Abi-Guibha, Abi-Etam 1. Par. & 4. Mali apud Theophrastum vna è quatuor regionibus aromatiferis, pro quâ alij Minæos habent. A Mali Malitæ qui Manisa Ptolemæo. L & N permutabiles. Ibi interior regio myrrhifera. Mali contractè. Multa exempla huiusmodi contractionum.

ABimaël si scribatur iuxta formam Arabicam, legetur אבימאיל Abumail, vt אבימאיל Ismail, אבימאיל Nathanail, אבימאיל Ifrail, &c. Sed si scribas vt Hebraicè, quomodo paraphrastæ Arabes, legendum erit אבימאיל Abimail, nec poterit aliud sonare. Abimâl est pater Mali seu Malitarum. Sic sæpe in genealogiis patres non aliter nominantur quàm à filiis quos genuerunt. Hinc 1. Chron. 2. 49. Et peperit (vxo) Saaphi Abi Madmena, &c. אבימאיל Abi Guibha, id est patrem Madmenæ & patrem Guibhæ seu Gabæ. Et 1. Chron. 4. 3. Item hi ex Abi Etam, id est ex patre vel conditore Etam, quæ fuit vrbs in tribu Iudâ. Sic plane Abimâl est pater siue conditor Mali & Malitarum.

Hist. Plant. lib. 9.c.4.

De Mali locus est insignis in Theophrasto, quò Arabiæ aromatiferæ quatuor seu metropoles seu prouincias assignat, Saba nimirum, & Adramyta, & Citibæna, & Mali. Verba sunt: γίνεται μὲν δὲ ὁ λίβανος, ἔστι ἡ σμύρνα, ἔστι ἡ κασία, ἔστι δὲ τὸ κιννάμωμον ἐν τῇ γῆ Ἀράβων κατὰ τὸν ὠκεανόν, πρὸς τὴν Σάβαν καὶ τὴν ἀδραμύταν, καὶ Κιτιβαίαν, καὶ Μάλιν nascitur igitur thus, & myrrha, & casia, adeoque & cinnamomum in Arabum peninsulâ circa Saba, & Adramyta, & Citibana, & Mali. Nempe illo æuo Arabia aromatifera diuidebatur

A tur in quatuor gentes celeberrimas, vt Theophrasto non multo recentior Eratosthenes his verbis testatur apud Strabonem : Καταξικὴ ἢ τὰ μέγιστα τέλ-
 παρα ἔστι τὴν ἐξ ἄνω λαχθῆναι, ἡ ἔστιν. Μινναῖοι μὲν ἐν τῷ περὶ τὴν Ἐρυθρῆν μῆρα
 &c. Ἐχόμενοι δὲ τῶν Σαβαῖοι, &c. Τελῶι δὲ Καταβαῖος, &c. περὶ τὴν ἡμέραν
 Χατράμοι, Regionem Arabia ultimam de qua dictum, incolunt quatuor
 maximi populi, Minai quidem in eâ parte qua vergit ad mare Rubrum, &c.
 Hi contigui Sabæi, &c. Tertij Catabanes, &c. Ad Orientem sunt maxims
 Chatramotitæ. Ita etiam Dionysius Periegetes.

B Χατράμοις ἐναντὶ κατὰ πρὸς τὴν Περσίδος αἰῆς,
 Ἀντὶ τὴν Ἐρυθρῆν πλοῦτον ἰσχυροὺς θαλάσσιος,
 Μινναῖοι τε, Σαβαῖοι τε, ἢ ἀρχαῖοι Καταβαῖοι;
 ----- terra
 Chatramis incolitur contra mare Persidis ora,
 Oppositique tenent latus æquoris ordine longo,
 Minnæique, Sabæque & contigui Katabeni.

C His quatuor gentibus necesse est vt respondeant loca quatuor à Theo-
 phrasto designata. Et Saba quidem nemo non videt Sabæorum esse regio-
 nem, Adramyta Adramytarum, vel quod idem est Chatramotitarum, Ci-
 tibæna Catabanum vel Catabanorum. Relinquitur vt Mali sit Minæorum
 regio, aut Minæorum regionis pars aromatifera. Nempe à Mali Malitæ
 dicti, qui Ptolemæo Manitæ, N & L permutatis, quæ μετασχηματιστὶς in illis
 linguis nil frequentius. Hinc Nabonidus idem qui Labonidus, נבוןידן & נבון
 cubiculum, נון & נון dare. Sic Græcis idem νίτρον & λίτρον, ἄνδρες ἕχνη & ἀνδρες
 χλη. Ita Manitas & Malitas statuimus eosdem esse populos. Apud quos
 cum myrrha gigneretur, tamen Minæa dicebatur, quia Malitæ siue Ma-
 nitæ pars erant Minæorum. Ptolemæus : Ἐν τῷ τῶν Μανίτων, ἢ ἐν τῷ συμμυροφό-
 ροι : Ἐστὶν Μινναῖοι μέγα ἔσθ, Sub Manitis est interior regio myrrhifera, de in-
 de Minæi magna gens. Itaque Minæorum regionis cum pars vna sit palmi-
 fera, altera myrrhifera Mali nomine, cuius populi Malitæ vel Manitæ, il-
 lam tenuit Dikla, hanc Abimal vel Abimaël.

D Quid si Mali contractè dicatur pro Abimali. Notum enim est in loco-
 rum nominibus compositis apud Hebræos &c. priorem partem com-
 pendij causâ sæpe omitti. Tale Sittim Num. 25. 1. pro Abel-Sittim Num.
 33. 49. Baalmeon Num. 32. 38. pro Beth-baalmeon Ios. 13. 17. Hermon vt pas-
 sim pro Baal-Hermon Iud. 3. 3. Tholadi. Par. 4. 29. pro El-tholad Ios. 19. 4.
 Asan Ios. 19. 7. pro Bor-asan vel Chor-asan 1. Sam. 30. 30. Nimrim Es. 15.
 6. pro Beth-nimrim vel Beth-nimra Num. 32. 36. Ataroth Ios. 16. 5. 7. pro
 Archi-ataroth Ios. 16. 2. Seba pro Beer-seba Ios. 19. 2. Ibi enim בַּרְשֵׁב
 Beerseba & Seba non sunt duæ vrbes vt volunt, sed vna binomia, quasi
E dixeris, Beerseba quæ est Seba; Alioqui numerus non constaret, & pro eò
 quod dicitur versu 6. tredecim fuisse vrbes in tribu Simeonis, censerentur
 quatuordecim. His adde Salem pro Ierusalem Ps. 76. 3. & ex Vulgato in-
 terprete familiam Exri Iud. 6. 34. pro Abiexri. Et femini Esther 2. 5. pro
 Benjemini, & Ἀμμὴρα pro Παρθαμμὴρα apud Stephanum in Φιλαδέλφεια.

R

Itaque nihil obstat quominus eodem exemplo *Mali* & *Malitæ* (vnde *Manitæ*) dicti sint pro *Abimali* & *Abimalitis*.

CAPVT VIGESIMVM- QVINTVM.

De Homonymiâ nominis *Seba* & *Sabæorum* in *Scripturâ*.

Quatuor populi *Seba*. 1. Chusi filius. 2. Neposex Rhegma. 3. Filius Iocfan. 4. Nepos Abrahæ. Ex tertio *Sabæi* ad mare Rubrum ob thura clari, de quibus hoc loco.

Sabæorum gentem unicam Græci & Romani norunt in varia loca dispersam. At ex *Scripturâ* nos scimus quatuor esse populos *Seba* nomine; quia totidem gentium conditores huius nominis recenset Moses. Primum Chusi filium. Secundum nepotem ex Rhegma Gen. 10. 7. Tertium filium Iocfan Gen. 10. 28. Quartum denique filium Iokfan, nepotem Abrahæ Gen. 25. 3. Primi nomen per σ *samech*, reliquorum per ψ *schin* scribitur. E primis tribus nati populi commerciis, & ex quarto latrociniis dediti. Primus & secundus è Chami stirpe, tertius & quartus è Semi posteris. Primus, secundus & quartus mari Persico, tertius Arabico propior fuit. Inde est quod *Sabæos* scribit Plinius ad utrumque mare habitare. *Sabæi*, inquit, propter thura clarissimi, ad utraque maria porrectis gentibus. Nam quatuor hi populi, quantumlibet diuersi, sub vno tamen *Sabæorum* nomine continentur. Nos rem intentatam hæcenus prout occasio se feret, singulis conabimur propriam assignare sedem, ex Geographorum veterum testimoniis cum *Scripturâ* collatis. Isto loco solum agimus de *Sabæis* filiis Iocfan.

CAPVT VIGESIMVM-SEXTVM.

Seba שֶבָא filius *Iocfan*. Gen. 10. 28.

Sabæorum nomen quandoque complectitur totam Arabiam Aromatiferam. Hic de *Sabæis* agitur propriè dictis, quorum pater *Saba* filius Iocfan. Illorū sedes ad mare Rubrū inter *Milanos* & *Carabanes*. Idem *Sabatæ* dicti. Horū oppida multa. In situ errauit *Mela*. Metropolis *Saba* vel *Sabas*. *Saba* non est in *Adramitis*. *Saba*, aliis *Sabe*, *Saba*, *Sabo*, id est שֶבָא. Eiusdē vrbis aliud nomē *Mariaba*, id est מַרְיָבָא, nomine ex dominatione facto, teste Plinio. Aliæ Metropoles huius nominis, *Baraba* idem sed corruptè, *Saba* alij mysterium explicant, alij *ēsas*. alij *aiyas* *aelar*. Sed eminere significat. Quomodo ad *Sabam* & *Sabæos* id quadret, *Saba* in monte. *Sabæi* proceri, superbi, Arabum principes, beatissimi. Cætera gentes in aromatiserâ putantur esse *Sabæorum* pagi. *Sabæorū* opes partim aromata, quorum vsus etiam in igne quotidianō; partim aurum & gemmæ. Nulla gens opulentior. Δ *apex* in *Agatharchide* male redditur. In *Diodoro* mendum. Metalla & aromata non tam in *Sabæis* nasci quam afferri è vicinis locis. Rex *Sabæorum* semper captiuus, an ratione nominis שֶבָא *Saba*? *Sabæorum* *Dij Sol* & *Luna*. Circumcisio octauo die ritu Iudaico: Iudæi illis permixti. Rex *Dunaam* gente *Hebræus*. Agger vrbis *Mareb* cur *Arim* dictus. Eius altitudo immensa. Illo rupto vrbis subuersa. Incolæ *Homeritæ*. Inde *Belkis* regina *Saba* quæ conuenit *Solomonem*. Ibi arces duæ, vna *Solomonis*, altera *Belkis*. Ita habet *Nubiensis*. Quod ex *Philostorgio* confirmatur, & ex *Theodoro*. (Cur is *Sabæos* nomet *Aethiopes*. Eiusdem $\epsilon\rho\delta\mu\alpha$ $\mu\epsilon\mu\mu\omega\iota\kappa\epsilon\delta$) Idem Iudæi sentiunt, vt auctor *Iuchasin* & *Aben-ezra*. Regina *Austri* in *Euang.* id est Regina *Aliemân*, quomodo vocatur passim pars Australis Arabiæ. *Sabæis* imperasse mulieres porbatur ex *Aben Ezra*, & *Claudiano*, & *Chalizo Iobi* paraphraste. *Saracenis* itidem ex *Ruffino* & *Geographo* vet. anonymo. *Mauuia* & *Iemama* reginæ Arabum. Regina *Saba* ex terræ finibus. Terra fines cur in *Sabæis*. An quia ibi *Oceanus*? *Pompeij* votum in *Plutarcho*. *Balsamum* in *Iudæam* &

A Regina Saba allatum. In Arabiâ prouenire balsamum asserunt Agatharchides, Artemidorus, Diodorus, Pausanias. Balsami in Aegypto meminit Dioscorides, sed eò recens allari. Iosephi de reginâ Saba multiplex error. 1. Pro Nitocri scripsit Nicaulem. De Nitocri Aegyptiâ Herodorus, Manethon, Africanus, Eusebius. Nitocris id est *Minerua uisatrix*. Vox composita ex *Neith*, id est Minerua in Platone, & *kahr* Arab, victoria, unde *Cairo* nomen. Locus Elmacini de Cairo explicatur. 2. Nitocris non imperauit Aethiopiis, ut uult Iosephus, sed solis Aegyptiis. Herodoti locus secus acceptus. 3. Solomonis æuo regnarunt in Aegypto Pharaos & Sefac, non Nitocris. 4. Regina Aegypti non diceretur uenisse e terra finibus. 5. Meroe nunquam Saba dicta. 6. Nec a forore Cambylis nominata, ut Iosepho placet. 7. & 8. Tempora non conuenire. 9. Aegypti regam æra iusto antiquior. 10. Pharaones post Solomonem. 11. Aliud nomen peculiare singulis. 12. Hyc Aegyptiis Regem sonat, Pharaos Crocodilam, quò alludit Ezechiel. Iosepho in exoticis non temerè credendum.

B Etiam cum agitur de Sabæis filiis Ioctan, Sabæorum uocabulum non caret homonymiâ. Sæpe enim sacri scriptores, & post Agatharchidem Diodorus & Artemidorus apud Strabonem atque alii veterum Sabæorum nomine quatuor illos populos complectuntur qui Arabiæ πέρσαι occupauerunt; nempe præter Sabæos proprie dictos, Minæos insuper; & Carabanos, & Chatramotas. Id pluribus probatum est in capite de loco thuris. At nos hîc solum agimus de Sabæis propriè dictis, quorum pater fuit שבא Seba uel Saba filius Ioctan.

C De his Eratosthenes, qui primus veterum Sabæos distinguit à reliquis Arabiæ odoratæ gentibus: εχόμενοι δὲ τῶν Σαβαίων. Μητρόπολις δ' αὐτῶν Μαριάβα horum contigui sunt Sabæi, quorum metropolis est *Mariaba*. Locum insipienti apparebit his uerbis poni Sabæos ad mare Rubrum inter Minæos & Carabanos, qui Arabici sinûs fauces occupant. Quod planè sequitur Dionysius Periegetes in loco quem nuper citabamus.

Αὐτὰρ Ἐρυθραίας πλευρῶν γήραι θαλάσσης

Μινναίων τε, Σάβαυ τε, καὶ ἀρχήν οἱ Καταβηνῶν.

Inde tenent Rubri latus æquoris ordine longo,

Minnæique, Sabæque, & contigui Catabeni.

Priscianus itidem;

Minæique maris prope Rubri littora uiuunt,

Atque Sabæ post hos, nec non habitant Catabeni.

Et Festus Auienus:

--- rutili contermina Ponti,

Minæi, Sabæaque tenent superi; impiger ampla

Æquora dissulat glebæ ditis Catabenus.

Rutili Ponti id est Rubri maris. Sabatæ id est Sabæi. Ampla æquora id est Oceanum, quo usque prorogari uoluit fines Catabanorum. Sic etiam Agatharchides, & qui eum sequuntur Artemidorus, Diodorus & Strabo, post Casandrinus uel Gasandas, qui sunt Ptolemæi, Marciani, & Stephani Cassanitæ ad mare Rubrum, Sabæos ponunt, solis Carbis intermediis, id est Cerbanis Iubæ & Plinij. Sed & in Ptolemæo Sabæi pæne Minæos & Cassanitas attingunt, nec sunt procul ab Arabico sinu. Et in Plinio Sabæorum multa oppida Murane, Marma, Corolia, Sabatra sunt in Rubro litore. Et in Theodoretto & Procopio Gazensi in 3. Regum Sabæos ab Auxumitis diuidit mare Rubrum. Et in Stephano: Σαβαίων πόλις μεγάλη πλησίον

R ij

Ἐρυθρῶν θαλάσσης, ἐφ' ἧσιν Sabæ urbs magna est & castrum in vicinia Rubri maris. Itaque cum Pomponius Mela facit Carmanis proximam eam Arabiæ partem quam Sabæi tenent, aut toto cælo aberravit, aut alios Sabæos voluit filios Rhegma de quibus suo loco egimus.

Sabæorum metropolis à vetustissimis scriptoribus appellatur Saba vel Sabas. Agatharchides cap. 50. ὁ δὲ τῆς Σαβαίων ἀστὴ τῆ πόλις ἐστίν οὗτος ὁ ὄρειος ἐστὶν ἀπὸ τῆς θαλάσσης ἐπὶ τῷ ὄρει ὅστις ἐστὶν ἡ μεγάλη, πολὺ καλλίστη τῆς γῆς, πλὴν Ἀλεξάνδριαν, ἡ καλεῖται Σαβάς Sabæorum autem urbs metropolis, Sabas nomine, omnium in Arabia pulcherrima, monti incumbit non magno: Notatur in margine in quibusdam exemplaribus pro Σαβάς legi Σάβας & Σάβας. Sed in Diodoro quem palam est Agatharchidem sequi, melius legitur Σάβα. Verba sic habent: τῆς δ' ἐστίν οὗτος τῆς γῆς ἡ πόλις ὅστις λέγεται Σάβα, ἐπὶ ὄρει ὁμοίᾳ τῆς γῆς αὐτῆς ἡ πόλις αὐτῆς ἡ πόλις ἐστὶν ἡ Σάβα. Et cum Theophrastus aromata gigni scribit περὶ τῆς Σαβάς ἢ Ἀδραμυτῶν circa Saba & Adramyta, intelligit nomine Saba Sabæorum metropolim & regionem ei cognominem: Nam præter Plinium quem fefellit hic ipse locus, nemo veterum tradidit Saba appellari thuriferam regionem in Adramytis. Itaque magno Salmasio id merito fuit suspectum: Saba Ptolemæo est Σαβῆ, Stephano Σαβὰι & Σάβα. Σαβὰι, inquit, πόλις μεγάλη, πλησίον τῆς Ἐρυθρῶν θαλάσσης, ἐφ' ἧσιν. ὁ δὲ δὴ τῆς πόλις ἐστὶν ὁ ὄρειος Σαβῶν Sabæ urbs magna prope mare Rubrum, castrum item; Gentile nomen urbis & castri Sabæi. Idem alibi: Σάβα, πόλις μεγάλη πέρα τῆς Ἐρυθρῶν θαλάσσης, ἡ πόλις Σαβῶν Sabæ magna urbs trans mare Rubrum, cuius cives Sabæi. Apparet eandem urbem significari nominibus Sabæ & Saba, quia utraque est ampla, & in eodem situ, & eosdem habet incolas. Sed siue Saba, aut Sabas, aut Sabæ, aut Saba scribatur, totidem erunt nomina deflexa ex Hebræo סבא Siba, quod veteres Saba extulerunt, ut apparet ex versionibus.

Plin. lib. 12. cap. 14.

Strab. l. 16.

Eiusdem urbis aliud est nomen ab isto plane diuersum Mariaba vel Meriaba. Eratosthenes de Sabæis. Μητροπολις δ' αὐτῶν Μαριάβα Metropolis autem ipsorum est Mariaba. Artemidorus: ἡ δὲ πόλις τῆς Σαβαίων, ἡ Μερίαβα, καλεῖται μὲν ἐπὶ ὄρει ὁδὸν εἰς Sabæorum autem urbs (metropolis) Meriaba sita est in monte arboribus confito. Plinius postquam Sabæorum urbes reliquas recensuit: Regia tamen, vel ut alij, Regina tamen omnium est Mariaba. A Sabæa non esse diuersam multa euincunt; Nam ut taceam quod describitur ut gentis metropolis, & in monte sita æque ac Saba; Artemidorus qui Agatharchidem sequitur καὶ πόλις in descriptione Sabæorum, etiam de metropoli eadem habet, nisi quod nomen Saba mutat in Μερίαβα. Accedit autoritas Geographi Arabis qui id expressè affirmat clim. 1. part. 6. Verba sunt: וְהָיָה מֵרָחֹק מֵעָרְבַּיִם מִן הָאֲרָבִים וְהָיָה מִן הָאֲרָבִים מֵרָחֹק מֵעָרְבַּיִם Etiam ex urbi- bus terræ Hadramauth erat Marab nunc diruta; Ea autem est urbs Saba. Turbat tamen quod contra mentem veterum Marab seu Saba ponit in terrâ Hadramauth, adeoque inter Tdhaphar & Sebam, id est inter Saphar & Saubatha Ptolemæi. Ita enim habet clim. 2. part. 6. A Tdhafar ad Ma-

A
B
C
D
E

A *rab tres sunt stationes.* Et rursus: *A Marab ad Sebam tres stationes.* Itaque cum Saba vel Mariaba veterum videatur fuisse non procul à mari Rubro; hæc in Mediterraneis describitur à mari valde remota.

Nomen *Mariaba* Plinius dominos omnium interpretatur. Nempe à verbo *רבה* *rabba* quod dominari significat, formatur nomen *מר* *Marab* pro loco vel tempore dominationis. Eam enim vim esse sciunt nominum huius formæ quotquot Arabicas Musas vel in primo limine salutarunt. Itaque *מר* *Marab* Arabicè est sedes dominantium, seu quod idem est vrbs metropolis: Ex quò factum vt & aliæ in Arabiâ occurrant metropoles huius nominis, quod doctos fugisse miror. Tres certè describit Plinius in eodem capite. Prima Sabæorum est: Regia vel Regina tamen omnium *Mariaba*. Secunda Minæorum: oppidum *χιμ* *passuum Mariaba*. Tertia Calingiorum: *Calingij*, inquit, quorum *Mariaba* oppidum significat dominos omnium. Et paulo post: *Gallus diruit*, &c. supra dictam *Mariabam* vim *passuum*. Sic in Ptolemæo præter Saben, quæ Sabæorum est *Mariaba*, in Arabiâ odoriferâ recensentur *Μαείαβα* & *Βάεβα Μητρόπολις*. Sed ibi legendum *Μαείαβα*, hîc *Μάεβα Μητρόπολις*, vt in tabulis rectè habetur. Notum à librariis nihil permutari frequentius quam literas μ & β . Igitur quæ Saba propriè *Marab*, vel vt Græci efferunt *Mariaba* dicta est *Μαριβα*, quia Regum erat sedes & cæteris Sabæorum vrribus dominabatur.

Plin. l. 6. c. 28.

C Saba Græcorum alij mysterium explicant, vt in Plinio habetur, alij ridiculè deducunt *ἄπο τῆς σέβης*, eo quod in cultu Deorum præcipuus thuris vsus est. Hesy chius multo verius *σαβὰ ἀρχιμαλασία*. Nam Hebraicè *שבה* Chald. & Syr. *שבה* & Arab. *سبى* est captiuum ducere. Tamen *Saba* refero potius ad Arabicum *سبى* vel *سبى* quod eminere significat. Id enim in Sabæos apprimè quadrat, siue situm respicias vrbs metropoleos quæ fuit in monte sita, siue staturam corporum de quibus Agatharchides *τὰ σώματα ὄντι τῶν ἄλλων ἀξιολογώτερον* *incolarum corpora sunt spectabiliora*; Vt Esaias de Sabæis per o cap. 45. v. 14. *סבאי* *סבאי* *Sabai viri proceri*. Præterea si mores spectes, vrbs *Saba* seu *Marab* incolas Geographus Arabs ita describit clim. 2. part. 6. *כאן להן* *Fastu*, *יactantiâ & superbiâ reliquos (Arabia) populos superabant*. Denique dignitate etiam & numero & potentiâ videntur cæteris præcelluisse. In Agatharchide *ἡ τῆς Σαβαίων ἁγία μέγιστον τῶν ἐν τῷ Ἄραβίᾳ ἐστιν ἡ γένεσις* *ὀδασμονίας Sabæorum gens est omnium Arabicarum maxima*, & *eis omnibus affluens vitam qua faciunt beatiorem*. In Strabone *ἡ τῆς Σαβαίων ὀδασμονία* *μέγιστος ἐστίν* *Felicissima est Sabæorum terra gentis maxima*. In Diodoro Sabæi sunt *πολυπυθύνουσι* *τῆς Ἄραβικῶν ἐθνῶν* *Arabicarum gentium numerosissimi*.

Plin. lib. 12. cap. 14.

D Proinde aromatiferæ Arabiæ reliquæ gentes Minæi, Gebanitæ, Atramiæ censentur in Sabæorum pagis. Et illarum omnium regia fuit *Mariaba*. Denique Sabæorum nomen passim apud veteres totam Arabiæ πένδαμνο suo ambitu complectitur.

E In Agatharchide, Strabone & Diodoro Sabæorum diuitiæ partim balsamô & casîâ constant, & myrrhâ, & thure, & cinnamomô, & palmâ, & R. iij

calanio odoratis, & cæteris id genus, tantâ vbertate vt in igne quoti-
diano non aliud lignum adhibeant quam ex cassiâ & cinnamomô. Quod
sequutus Plinius lib. 12. c. 17. non alia, inquit, ligni genera in usu sunt
quam odorata. Cibosque Sabæi coquunt thuris ligno, alij myrrhæ.

Leguntur & Sabæorû opes auro, argento & gemmis constitisse, & pre-
ciosa supellectile. Narrat Agatharchides eos sumptus fecisse regios in to-
reumatis, & sculpturis, & poculorum varietate, & lectis, & tripodibus,
& columnis argenteis, & phialis super fores & fastigia domorum, crebris
gemmis & lapidibus pretiosis interstinctis. Nullam denique gentem his
esse opulentiorẽ, qui dispensant πέντε ἑκατὸν εἰς ἀγροῦς λόγον, vbi
interpretor, quicquid sub calculum transportationis cadit: malim, quicquid ha-
betur pro sumptuoso in Asiâ & Europâ. Vt ibi ἀγροῦς sit idem quod ἀγρο-
ῶν impensa, sumptus. Nam pro transportatione nusquam reperi. Eadem
legere est in Strabone & Diodoro, qui addit preciosa hæc cimelia afflu-
ere μέγιστα ἐν Σάβωις, ἐν ἣ τὰ βασίλεια καὶ ταῦτα maxime in vrbe Sabis in quâ est
regia. Lego Σάβωις pro Σαβαῖς vel Σάβωις vocibus nihili. Σάβωις est à recto
Σάβωι, de quô in Stephano. Sic apud Plinium Sabæos describit Ælius Gal-
lus ditissimos sylvarum fertilitate odoriferâ, auri metallis, agrorum riguis,
mellis ceræque prouentiu. Tamen præter stactem & myrrham recentiores
nullum aromatis genus obseruant in Sabæis propriè dictis. Sed nec vlla
auri metalla: Itaque Sabæis hæc tribuuntur latius accepto nomine, vt
iam monui.

Regia dignitas apud Sabæos species erat captiuitatis. Regi enim se-
mel inaugurato iuxta vetus oraculum, vetitum fuit ex palatio prodire in
publicum sub poenâ lapidationis. An ex ipso nomine Saba nata est super-
stitio, quod à nonnullis ἀναγκαστικὴν captiuitatem explicari diximus? Po-
puli pars cum Rege inclusa vivebat in deliciis. Alii agrorum cultui, alii
erant intenti mercaturæ, nauibus coriaceis in Aethiopiam nauigantes, vt
aromata indigena distraherent, & Æthiopica compararent. Hæc ex Aga-
tharchide & aliis.

Sabæorum Dii qui fuerint Philostorgius his verbis docet: Θύουσι ἠλίω,
& σελήνῃ, & δαίμοσιν ὀπιχωεῖσις Sacrificant Soli & Luna, & demonibus in-
digenis. Tamen Iudæorum more circumcidebantur octauo die: Ibidem:
ἐκδεῖται τὸν ὄντιον ἐξ ἑσπέρου καὶ ὀρθοῦ ἀπειρομένον ἡμέραν. Siue circunci-
dendi ritum ab illâ reginâ edocti quæ Solomonem adiit, aut à Iudæis ad-
mixtis. Quippe ἐκ ὀλίγων πλῆθος ἐξ Ἰουδαίων ἀδελφῶν ἀναπέφυρται Ἰουδαίων ἐπι-
πονησάντων τῷ βασιλεῖ. Quin sub Iustino imperatore ibi re-
gnauit Δυναῖς Dunaam (quasi Charisium dicas) homo Hebræus & Chris-
tiani infensissimus. Ita habetur in Metaphrasæ, cuius verba non pigebit
exscribere, quia firmant hæc quæ diximus: *Ditione tenebat Arabiam
Fælicem (quæ olim quidem Saba, nunc autem vocatur Homeritis) Duna-
an Hebræus vir impius &c. qui etiam omnes qui erant in sua potestate ha-
bebat circumcisos, partim quidem Iudaicam sequentes superstitionem, par-
tim planè Gentiles, Soli & Lunæ sacrificantes, & demonibus quos etiam
mòre gentis honorabant fanis & columnis. Itaque vtut essent in ritu circum-*

Apud Sur.
dic. 24. Oct.
tom. 1. &
Baron. ad A
122.

A eifionis Iudæorum æmuli, tamen pertinax superstitio retinuit auitos Deos, Solem scilicet & Lunam, de quibus actum in Atramitis & Jerachais, vel quod idem est, Alilais.

Geographus Nubiensis notat in vrbe Marab, quæ & Saba, fuisse *aggerem Arim nomine inter omnes gentes celebrem*. Hebraicè *aggerem* est aceruus, & *coaceruari*. Vnde *coaceruata sunt aqua* Exod. 15. 8. Sic Arabibus *arem* vel *arim* terræ aggerem sonat quò aquæ cohibentur & in aceruū cumulantur. Giggeius: *claustrum in fluuiis ad aquas cohibendas*. Is fuit vsus aggeris de quò Geographus, quem ait in mediâ vrbe montis instar fuisse, & aquas eius operâ intumuisse *fere ad viginti staturas*, id est orgyias vel vlnas, vt ita in altum sublata in vicinos agros vndiquaque deriuarentur. Sed illis dormientibus, Deum torrentem immisisse qui allisu suo ruperit aggerem, & urbem subuerterit funditus, demersis omnibus incolis. Erant hi *Humairitæ* vel *Homeritæ*, qui fastu, inquit, cæteros Arabes superabant, nec deo gratos se præbebant ob collata beneficia. Ex quò factum vt illius in se iustitiam prouocarent cuius bonitatem spreuerant. Tale fuit ante aliquot sæcula fatum vrbs celeberrimæ, quæque non multo post diluuiū putatur conditorem habuisse *Saba Iectanis filium*.

C Docet idem Geographus ibi regnasse reginam illam quæ venit ad Solomonem. Verba sunt vbi de Marab Clim. 1. part. 6. *erat autem vrbs Saba ex quâ Belkis uxor Solomonis*. Et rursus clim. 2. part. 6. *In eâ fuit arx nomine Seruach Solomonis filij Dauid super quem pax, cuius hodie nil quicquam superest præter deformes ruinas & diuisa ruderâ*. alii *arx vel palatium*; vt Hebr. *in quâ voce hæsisse video nonnullos interpretum*. Hanc arcem condidisse dæmones fabulantur Arabum Lexicographi. Sequitur in Geographo: *Etiâ in vrbe Marab est arx, quæ fuit palatium Belkis uxoris Solomonis super quem pax*.

D Ita è veteribus Philostorgius scribit Sabæorum vel Homeritarum regionem *ad extremum Oceanum attingere; metropolim habere Saba: Per eam ad Solomonem reginam accessisse*. Huic adde Theodoretum, quem viri docti qui citant in contrariam sententiam, docent se non satis attentè legisse. Is enim ita habet in 3. Reg. 9. 33. *Responsum dedit ei Dominus Deus Israel dicens: Quia tuam reginam accessit, et tuam reginam accessit, et tuam reginam accessit*. Resp. *Æthiopicus*. *Eos autem aiunt admare Indicum esse sitos, & Homeritas nominant. Sunt autem è regione Auxumitarum, mari inter hos & illos intermedio. Iis imperauit admirabilis illa mulier cuius studium laudauit Dominus Christus*. Palam est Sabæos describi, quia vocat Homeritas, & ad Indicum Oceanum ponit, & ab Auxumitis, id

est Æthiopibus, diuidi docet altero mari, id est Erythræo. Tamen Æthiopes nominat, quia memoriæ lapsu sibi finxit ab Euangelistâ sic vocari. Quod his verbis disertè asserit q. 22. in Num. *Σαβὰ ἐστὶν Ἀἰθιοπικὴ βῆσι. Ὁ δὲ βασιλεὺς φησὶ βασιλεὺς Ἀἰθιοπῶν αἰατήρ*), &c. *Saba gens est Æthiopica. Euangelista enim dicit: Regina Æthiopum surget, &c.* Cum in Euangelio legatur *Βασιλεὺς Νότω Regina Austri* non *Regina Æthiopum*; nec vllius Æthiopum Regiæ Scriptura meminerit præter Candacem Act. 8. 27. Theodoreti verba descripsit Procopius Gazæus in 1. Reg.

vile infra
& in fincl.
4*

Idem Hebræi sentiunt: Salmanticensis lib. Iuchasim fol. 136. 1. *Regina Saba quæ Nicolaa vocabatur, venit ex regno Ieman ad audiendam sapientiam Solomonis.* Regnum Ieman est Arabia aromatifera, vt statim pluribus dicetur. Aben-Ezra in Dan. xi. 6. *Filia Regis Austri est Regina Saba: nempe hoc regnum vocatur linguâ Ismaeliticâ (id est Arabicâ) Aljeman.*

Et verò è Sabæis reginam illam esse profectam multo est verissimilius quam quod in Iosepho legitur, eam ex Meroe venisse, quæ olim Saba dicta fuerit. Primò enim à Christo Iesu vocatur *Βασιλεὺς Νότω Austri Regina*, id est Regina *feman* vel *Aljeman*. Quippe vt *ימין Iamin* Hebræis, ita Arabibus *ימן Ieman*, & cum articulo *אלמן Aljeman* Austrum sonat. Porro *feman* vel *Aljeman* Arabibus idem fere est quod Hebræis regnum *Saba*, & Romanis scriptoribus *Ἀραβία ἀρωματώδης Arabia aromatifera*. Nubiensis clim. 1. part. 6. *במדינת סבא טוארין מן אהל אלמן urbis Saba incolæ erant è gente Ieman.* Benjamin in Itinerario nupera editionis pag. 73. *Omnes Ecclesia terræ Babylonia & Persidis & Chorasân ושמא היא אלמן & Saba quæ est Aljeman.* Et pag. 82. *דרך מדבר ארץ שבא הנקרא ארץ אלמן via deserti terra Saba quæ vocatur terra Aljeman.* Iuchasim fol. 14. b. *Rex Ieman est Rex regni Australis.* Et fol. 135. a. *Saba est ex Regno Ieman.* Et 139. 6. de Saracenis: *Quorum regnum extenditur vsque ad Aljeman, quod vocatur Regnum Saba.* Aben-Ezra vbi supra de Saba: *Hoc regnum vocatur linguâ Ismaeliticâ Aljeman.* Itaque si Reginam Sabæorum Christus appellauit Reginam *Iamin* vel *Ieman*, id est Austri, cum vulgo locutus est, & ita vt à quouis facile posset intelligi. At Austri nomine nemo est qui intelligat Æthiopiam: Vtvt ad Austrum Iudææ tam sit Æthiopia quam terra Sabæorum, nusquam tamen ita vocatur. Non ignoro Ægypti Reges à Daniele passim appellari Reges Austri, quod æque inusitatum. Sed aliter loquuntur Prophetæ, quibus solemne est prædictiones suas verbis ænigmaticis inuoluere, aliter qui res gestas referunt, simplici stylo, quod hic faciebat Christus.

Frustra, ex Act. 8. & Strabone, Plinio, & Dione, obijcitur in Æthiopiâ regnasse scæminas: cum de Sabæis aliisque Arabum idem legatur. Aben-Ezra in loco ante citato de Sabæis in Aljeman: *אשה מולכת עליהן יעד היום Hodieque mulier illis imperat.* Claudianus in Eutropium lib. 1.

----- *Medis lenibusque Sabæis*

*Imperat hic sexus, Reginarumque sub armis
Barbaricæ pars magna iacet.*

Sic

A Sic cum Sabæi latrones in Iobi seruos & greges irruerunt, fuit *dux femi-
na facti*, si credimus interpreti Chaldæo, qui hæc Hebræa verba נחש נחש
Et irrurunt Sabæi, sic *ἡ ἀρχὴ τῆς ἡμετέρας βασιλείας*. Et cum ad Christi
derepente irruit Lilib regina Zmargad & Bartinnan. Et cum ad Christi
fidem Saraceni conuersi sunt sub Valentiniano Imperatore, reginam ha-
bebant Maüuiam, quæ bellis frequentibus Palæstini & Arabici limitis
prouincias deualtasse traditur, & Romanorum vires non parum attriuisse.
Vnde Geographus anonymus sub Constantio ante aliquot annos editus
à doctissimo Gothofredo ex magni Salmasij Bibliothecâ: *Prope hos degit*
Saracenorum gens, &c. Mulieres vero his imperare dicuntur. Et Iemama
B pars Arabiæ ad mare Persicum è regione Mecchæ nomen habet à Iemamâ
reginâ Arabum quæ imperauit in illis locis. Geographus: *Terræ Oman ex*
parte Occidentali declinando ad Septentrionem confinis est terra Iemama, è
cuius urbibus est Hagar (Petra) nunc diruta, in qua habitauit olim ἡ ἡμετέρα
ἡ βασιλεύσα ἡ ἡμετέρα ἡ βασιλεύσα ἡ ἡμετέρα regina Iemama.

Ruffin. 1. 41
cap. 6.Clim. 2.
part. 6.

Redeo ad reginam Saba, quæ venisse legitur *ἐκ τῆς περσικῆς γῆς* è terre
finibus, quos insidere Sabæi multo verius dici possunt quam Meroitæ.
Quia cum in Africâ ultra Meroen sint regiones amplissimæ, Sabæi Arabiæ
adeoque terrarum extrema occupant ad Oceanum. Vnde est quod Pom-
C peius Syriâ perdomitâ tam impensè optabat *ἄλλο τὸ Ἀραβίας, ὅτι τὸν Ἐρυθ-*
ραῖν ἐλάσει ἡ ἀραβία, ὡς ἂν εἰδόντι τὸν ὀκεανὸν πῶτα χόρην ὠκεανῶν ἀραβίαν ἐ-
λάσει per Arabiam ad mare Erythræum penetrare, ut victor perueniret ad
Oceanum quo undiquaque terra tingitur. Putabat nimirum sic futurum vt
vsque ad extremum orbem Romanorum arma promouisse diceretur.

Addo auri & aromatum, quibus regina Saba camelos oneravit, multo
plus esse in Sabæis quam in Æthiopum solo. Quid quod Iosephus Iudæos
tradit balsami plantam illi reginæ ferre acceptam. Verba sunt: λέγουσι δ'
ὅτι ἐκ τῆς ἡμετέρας βασιλείας ἡμετέροις ἔχουσιν ἡμετέροις ἡμετέροις ἡμετέροις
D *αὐτοὶ ἔχουσιν, αὐτοὶ ἔχουσιν, αὐτοὶ ἔχουσιν, αὐτοὶ ἔχουσιν* aiunt autem ex dono illius mulieris nos habere balsami radicem,
cuius nostra regio hodieq; est ferax. Iam quis nescit balsamum Arabicam esse
plantam, non Æthiopicam. Saltem nemo est, quod quidem sciam, qui
balsami meminerit in Æthiopiâ nati. At de Sabæis scribit Agatharchides:
Ἐκ τῆς ἡμετέρας βασιλείας ἡμετέροις ἔχουσιν ἡμετέροις ἡμετέροις ἡμετέροις Etiam ad
ipsum mare multum nascitur balsamum & castia. Et Artemidorus apud Stra-
bonem: *παρ' οἷς ἐστὶν ἡμετέροις ἡμετέροις ἡμετέροις ἡμετέροις ἡμετέροις*
E *ἡμετέροις ἡμετέροις ἡμετέροις ἡμετέροις ἡμετέροις ἡμετέροις ἡμετέροις ἡμετέροις* in regione autem Arabum quotquot viperæ circa balsami arbores
degunt. Item: *ἐκ τῆς ἡμετέρας βασιλείας ἡμετέροις ἔχουσιν ἡμετέροις ἡμετέροις ἡμετέροις*
cum igitur venit Arabibus legendi opobalsami tempus. Reginam Saba balsa-
mum dices ex Ægypto euexisse. Nec enim Æthiopiæ solum, sed si Iosepho
fides, etiam Ægypto imperabat, quam feracem esse balsami Dioscorides
& alij testantur. Sed in promptu est responsio, nec Herodotum, nec Stra-
S

bonem, nec Diodorum qui de Ægypto tam accuratè scripserunt, Ægyptij balsami vsquam meminisse; neque quenquam alium ante Dioscoridem. Quin & Plinium id latuit tam curiosum harum rerum indagatorem, Dioscoridi fere coræum. Vnde haud dubie colligitur balsamum in Ægypto non fuisse plantam indigenam, sed aliunde recens aduectam, quò æuò scripsit Dioscorides.

Taceo quod Arabia Saba multo est notior quam Æthiopia: Hæc enim vnus Iosephi testimonio nititur, qui lectori sæpe imponit: Quod vel ex hæc historiâ colligere est, cuius fides in multis nutat. Summa est reginam illam quæ Solomonem adiit, esse Herodoti Nicaulem quæ in Ægypto simul & Æthiopiâ regnavit: Vocari reginam Saba de nomine vrbis metropolis: Æthiopum enim metropolim Saba fuisse dictam, antequam Cambyfes Meroen appellasset de sororis suæ nomine: Ante Nicaulem à Minazô qui Memphim condidit, regnasse in Ægypto Reges cccxxx per annos plus mille trecentos: Hos ab Herodoto non nominari, quia commune fuit omnibus nomen Pharaonis, quod Ægyptiis Regem sonat; sed post Nicaulem defuisse sic appellari. Hæc è Iosepho hæctenus, quæ fabulosa esse prorsus statim animaduertet quisquis non est obesæ naris.

Antiq. l. 8.
c. 2. & l. c. 5.

1. Primo enim id falsum est Nicaulem in Ægypto regnasse: neque enim ab Herodoto Nicaule, sed Nitocris appellatur illa mulier quæ sola in Ægypto regnavit. Nec est quod quis suspicetur vocem esse corruptam, & Iosephum aliter legisse. Afferit enim Herodotus eam reginæ Babylo-nicæ Nitocri fuisse cognominem: τῆ δὲ ἑνωμένη ἵστομα ἡ, ἥτις ἐβασίλευσε ἑπερ τῆ Βαβυλωνίη Νίτωκεις. Nihil potuit scribi disertius. Et in dynastiâ Memphitarum apud Africanum ex Manethone: Νίτωκεις ἡμικαπάτη ἐ βύμορ-φωπάτη τῆς κατ' ἀπὸ τὴν ἡμομένη, ἐδρηθὲ τὴν χειρὸν, ἡ τὴν τέρτῳ ἡγερει περ σμή-δα, ἐβασίλευσεν ἔτη 16 Νίτωκεις generosissima & formosissima mulierum suæ ætatis, flauis coloris, quæ tertiam pyramidem excitauit (in Ægypto) regna-uit annis duodecim. Et apud Eusebium lib. 1. Chron. pag. 21. Θεβαίων Ἀίγυπτῶν ἐβασίλευσεν ἔτη κβ Νίτωκεις γυνὴ ἀπὸ τῆ αἰδὸς, ὅ ἐστι Αἰθιοῦ νικηφόρα In Thebanos Ægyptios regnavit annis xxiv Nitocris mulier pro viro, cuius nomen idem valet quod Minerva victrix. Nempe Ægyptiis Nit vel Neith erat Minerva. Plato in Timæo vbi de Nomo Saitico: τῆ δὲ τῆ Νεμὸς μεγί-στη πόλις Σαίς, ὅθεν δὲ ἐκ Ἀμασιῶν ὁ βασιλεὺς, οὗ τὴ πόλις ἦτορ ἀρχαίος ἐστίν, Αἰ-γυπτίσι μὲ τὸ ἄσμα Νεῖθ, Ἑλλήσι δὲ ὡς ὁ ἐκείνων λόγος Ἀθλῶν. Illius porro Nomi vrbs maxima est Sais, unde oriundus erat Rex Amasis, vbi Dea vrbis fundatrix, Ægyptiacè quidem vocatur Neith, Græcè autem ut illi asserunt Ἀθλῶν Minerva. Rursus Arabicâ linguâ, quæ inter Ægyptiam & Hebræam media esse creditur, τῆ cahara est vincere, & τῆ cahr victoria. Vnde nomen Ἀλκαίρα Alcaira id est victrix vrbi Cairo, quia Muazzus illâ ædificauit in horoscopo Martis ἡτῆ καὶ τῆτῆ τῆτῆ τῆτῆ qui vincit orbem. Ita reddenda erant Elmacini verba historiæ Saracenicæ pag. 227. quæ doctissimus interpres multo aliter accepit. Itaque ex Neith & cahr conflatam vocem Nitocris Minervam victricem veteres rectè interpretantur.

2. Falsum item est hanc mulierem Æthiopicis imperasse, vt à Iose-

A pho afferitur. Saltem nihil tale est in Herodoto, quem Iosephus sequi se profiteretur. Herodoti quidem interpret alienigenam fuisse tradit, vnde colligit non nemo eam in Aethiopiâ non in Aegypto natam. Sed in Herodoti Græco textu plane aliud habetur, nempe ex Aegypti regibus cccxxx decem & octo fuisse Aethiopes, & mulierem vnâ indigenam, hoc est in Aegypto natam: *ὄντι καὶ ἐκ τῆς Αἰθιοπίας ἡ, μὴ δὲ γέννησθαι ἐν Αἰγύπτῳ.* Itaque merum somnium est quicquid affertur de muliere Aethiopicâ, quæ in Aegypto regnauerit.

B 3. Quid quod ex Scripturâ patet Solomonis auo regnasse in Aegypto Pharaonem illum cuius filiam duxit Solomon, & Sefacum qui continuo post obitum Solomonis Roboamum bello aggressus est; At de muliere quæ tum temporis in Aegypto regnauerit, altum vbique silentium. 4. Neque verò Regina Aegypti venisse diceretur ex extremis terræ finibus, cum Aegyptus sit Palestinæ proxima.

5. Est & hoc *αἰσώρησι* urbis Meroes ante Cambysem priscum nomen fuisse Saba. Meroen quippe Cambyse condidisse legitur. Itaque ante Cambysem planè nulla fuit Meroe. Lucius Ampelius de Cambyse capite cui titulus *Reges Persarum. Æthiopiâ profectus &c. urbem ibi condidit Meroem.* Diodorus: *πόλις ἐστὶν ἀξιόλογος, ἐμῶν μὲν τῆς ἡσῶ, καὶ γὰρ ὡς ἀπὸ τῆς Καμβύσου, ἢ γὰρ ἐκ τῆς παλαιᾶς ἐστὶν ἀπὸ τῆς μητρὸς αὐτῆς Μερῶνς ὡς ἡ πόλις ἐστὶν ἐν ἡσῶ, quam condidit Cambyse, & appellauit de nomine matris Meroes.* 6. Proinde etiam in eo peccat Iosephus quod à sorore Cambyse, non à matre vult nominatam.

Diod. l. 2.
pag. 20.

C 7. Nec Nitocrim dicit Herodotus post Reges cccxxx demum regnasse: Tantum ex illo numero vnâ fuisse refert, nec indicat quota fuerit. Quin horum vltimum Mærim nominat, cui non successit mulier, sed vit fortissimus Sefostris. Et ex Eusebio colligere est circa Patriarcharum tempora Nitocrim imperasse annis ante Solomonem minimum octingentis. 8. Finge tamen pro Mæri vltimam regnasse Nitocrin, ne sic quidem ratio constabit: Quia Mæreos successor Sefostris ex Herodoti sententiâ diu vixit ante bellum Trojanum, quò recentior fuit Solomon annis circiter clxx. Itaque omnino necesse est vt Nitocris aliquot sæculis Solomonis tempora præuerit.

D 9. Iam quid absurdius fingi potuit quam quod ante Solomonem regnasse vult Aegypti Reges per annos plus mille trecentos; cum vel ex ipsius Iosephi historiâ colligere sit diluuium Noëticum vix tanto ante præcessisse.

E 10. Neque verum est post Solomonem Aegypti reges repudiasse nomen Pharaonis, cum in Esaiâ, & Ieremiâ, & Ezechiele, & libris Regum multi recenseantur huius nominis vsque ad tempora captiuitatis Babylonicæ, quam nemo nescit multis sæculis esse Solomone recentiore.

11. De cætero Aegypti reges qui regnarunt ante Sefostrim ideo præterit Herodotus, quia in eorum gestis affirmabant Aegyptij *αὐτῶν ἑὶ λομ- τῶν τῶν ἑὶ* nihil esse splendoris, non propter Pharaonem commune nomen,

vt Iosephus comminiscitur. Nam & aliud singulis nomen fuit peculiare, vt apud Herodotum & Eusebium videre est.

12. Sed & id mihi suspectum est quod apud Iosephum ο Φαεγων κειτ Αιγυπτίους βασιλέα σημειν Pharao Regem Aegyptiis sonat. Quia toties in Scriptura legitur Rex Pharao, quæ inanis esset τιντολογία, si vox Pharao per se Regem sonaret. Et sacrâ saltem linguâ Aegyptiorum Rex vocabatur multo aliter vel ipso teste, qui lib. 1. contra Apionem ὑκσως hycfos interpretatur βασιλες ποιμένας reges pastores, τὸ δὲ οὐκ, inquit, κειτ ἱεραὶ γλώσσῃ βασιλέα σημειν hyc enim linguâ sacrâ regem significat. Radix est Hebræum pñ hoc quod legem sonat, vnde pñna, propriè legislator, à Lxx. senioribus redditur ηγόμενος, & βασιλευς, & ἄρχων. Apud Arabes, quorû dialectus Aegyptiaca vocabula multa habet admixta פחר Pharao est crocodilus, quò Ezechielem alluisse cap. 29. & 32. alibi docuimus. Tot Iosephi σφάλματι tam paucis verbis docent illi scriptori fidem non esse temerè adhibendam, cū erfatur in exoticis. Alioqui enim fatendum est nos illi plurimum eo nomine debere quod suæ gentis historiam summâ fide & sedulitate scripsit,

CAPVT VIGESIMVM-SEPTIMVM.

Ophir ופיר

Ophir Arabice *Auphar*, id est opulentissimus. Foem *Vphre*, quomodo pro *Vrphre* legendum in Eupolemo. Terra Ophir duplex, vna in Arabia, altera in India. Illa in Cassanitis vel Gasandis, quorum nomen a verbo ופיר *chafan*, id est thesauros recondere. *Gaza* & *Magazin* vnde? Aurum ibi quam facile, quam purum, quantâ copiâ effoditur, quam vili precio comparatur. Aurum apyrum, ἀπυρον. Obryzum vnde dicatur. Auri glebulæ nucis & mespili magnitudine. Mespilum aronium, ἀρώνιον, *Zarur*. Ferro aurum repensum pati pondere, Aeri triplum, ferro duplum, argento decuplum autâ repensum. Locus Agatharchidis perperam translatus. In Strabone fœdus error, Vtrique me licina. Cur autî tanta vilitas in Cassanitis. In Agatharchide ἀπυρον pro ἀπύρον. Vnde aurum Sabæis de quo Prophetæ & alij. Loca Scriptura de Ophir Arabia, Alibi etiam aurum in Arabia, Aliam fuisse Ophiram in India, nempe Ophiram Solomonis. De eius situ variæ sententiæ. Ea præfertur quæ Ophiram in Taprobana ponit. Ibi aurum, ebur, gemmæ, margaritæ, pavones, cercopitheci. *Pasis* sinus & *Phasis* amnis; vnde aurum *Pax* & *Vphaz*. Aurum *Paruain* 2. Par. 3. Phœnicibus *Paruain*, *Taph Paruan*, id est littus *Paruan*, inde *Taprobana*. Ophiram cû Phœnicibus dixerint.

Ophir Arabicâ formâ legendum ופיר *Auphar*, quod quid sit iam dicemus. Arabibus ופיר *Vvaphura* est *επιπλοῦς* abundare. Giggeius ופיר אלמא *facultates amplæ fuerunt*. Auicenna cap. de anatomia digitorum; ופיר אלמא *copiosæ sunt pulpæ in extremis digitis*. Et in quinta coniugatione ופיר multiplicari. 1. Pet. 2. 20. ופיר עלים *multiplabitur super vos gratia à Deo*. Vbi Syrus ופיר לוח אלהא *multiplabitur laus vestra apud Deum*. Et nomen substant. ופיר *vuaphr*, vel ופיר *vuaphra* in Giggeio est *copia, opulentia*. Adiectiuum vel participium ופיר (*vuaphir*) *diues abundans*, cuius comparat. & superlat. ופיר *auphar*. Sic in Auicennâ capite de anatomia oculi, ופיר בקרא *auphar mikdar* est amplior vel vberior mensura. Inde locus auro affluens Arabicè dictus est *auphar*, quasi vberimum & opulentissimum dicas. In foeminino est ופיר *Vphre*. Itaque ופיר ארד *ardh vuphre* terra est ditissima, ופיר גזירא *gezirath Vphre* insula ditissima. Quomodo pro *Vrphre* legendum in Eupolemi lo-

lib. 1. fen. 1. doct. 1. sum. 1. cap. 23.

lib. 3. fen. 3. tract. 1. cap. 1.

Apud Euseb. 1. 9. Præpar.

A co insigni quô Dauidem narrat αλαῖα κωπηγήπαδαυ ἐν Ἀ' χαῖοις (lege Ἀ' ἰαχῖ-
-νοῖς) πόλις τῆ Ἀ' εβ'ίας, ἐ πέρυλαι μεταλλοῦται εἰς τὴν ἕρρη (lege ἕρρη) ἡσσι,
κειμένω ἐν τῆ Ἐ' ρυθρῶ θαλάσση, μέτ' οὐρα χρυσοῦ ἐ' χου, ἐ δ' χρυσοῦ ἐκείθεν
μετακομῆται εἰς τὴν Ἰ' υδαίον naues fabricasse Ἐ' λανίς urbe
Arabiae, & misisse metallicos ad insulam V' rphe, in mari Kubro sitam, me-
tallis auri facundam, & metallicos aurum inde in Judæam aduexisse. Quæ
cum Scripturæ verbis plane consonant, nisi quod Dauidi tribuit quod à fi-
lio Solomone demum præstitum est.

Terra Ophir duplex fuit, vna in Arabiâ prope Sabæos, altera in Indiâ.
Illa fuit in Cassanitis Ptolemæi & Stephani, quos Diodorus Gasandes vo-
cat, & Agatharchides Casandres, facto nomine à verbo ἰση chasan, quod
in cal est possidere, in niphal recondere, vnde ἰση jechasen Es. 23. 18.
ἰση ἡλι ἡσσι ἡλι non reponetur in thesaurum, nec recondetur: Indidem ἰση cho-
sen thesaurus, Prou. 15. 6. in domo iusti est ἡσσι thesaurus magnus. Ezech.
22. 25. ἰση ἡσσι ἰση opes & res pretiosas acceperunt. Arabes per z ἰση chazan
scribunt, vnde ἡσσι vox per apharesin, & ἰση machzan in plurali ἰση
machazin, nobis magazin, locus in quô reconduntur opes. Ch & G
permutantur, vt in galbanum pro ἡσσι ἡσσι. Tale est quod iidem populi
modo Cassanite vocantur & Casandres, modo Gasandæ. Proinde vt ab
opulentiâ locus dicebatur ἰση Ophir vel Auphar, ita incolæ Cassanite
vel Gasandæ dicti sunt à ἰση vel ἰση id est gazâ & thesauris quos posside-
bant, de quibus iam audi veteres.

Agatharchides: τ' μέγιστοι χρυσοῦν ἐρύσσοντες, ἐν τοῖς πλαγιάσει τ' ἡσσι ἡσσι
ἡσσι δεικνύσι ποδῶν aurum qui effodiunt, reperiunt magnâ copiâ in latis
terræ cuniculis, quasi terrâ sponte dehiscente, vt latentes in visceribus suis
thesauros metallariis retegat. Ideo cuniculos illos alij naturales vocant.
Diodorus: τ' δ' χρυσοῦν δεικνύοντες ἐν τοῖς φυσικῶν ἡσσι ἡσσι τ' ἡσσι, σωάγισσι
ποδῶν aurum autem in naturalibus terræ cuniculis inuentum multum colli-
gunt. Hæc de effodiendi facilitate. Nunc dicendum quale sit aurum.

Agatharchides: ἡ τ' σωτηνόμενοι μετ' ὀπισθήμης ἐ τεχνῆς ἐκ τῆ ψήγματος,
ἀλλὰ τ' ἀσβεστον, καλούμενοι δ', ἡσσι δ' συμβαῖνον, παρ' Ἑλλησιν, ἀπυρον Non
aurum ex ramentis cum scientiâ & arte liquefactum, sed sponte natum,
quod ab euentu Græci apyron nominant. Artemidorus apud Serabonem ex-
plicat βολαῖα χρυσοῦ κατάρσεως ἡ πολλῆς δεομένης αὐρι glebularum quod multa pur-
gatione non eget. Es. 13. 12. pro Hebræo ἡσσι παρ' Græci interpretes habent
τ' χρυσοῦ τ' ἀπυρον aurum apyrum. In quem locum Basilius: ἀπυρον τ' χρυ-
σοῦ τ' μηδεμίαν ἀμφιβολίαν ἡσσι ἀλλοσείας ἐχεν ἐν ἑαυτῶ, ἀλλ' ἐμὲ δ' φερῆσαι
πεῖρον τὴν ἡσσι τ' ὄσοντων, ὅτι δεκνύον ὄσσι ἐ ἀμυγῆς χαλκῶ ἢ ἡσσι ἡσσι ὄσσι
ποδῶν aurum apyrum est quod nullam alienæ materiæ ambiguitatem in se
habet, sed quamprimum apparet, solo aspectu fidem facit se probum esse, & ab

omni æris aut alterius metalli cuiuscumque permixtionis purum. Eadem mens
Theodoretī: ἡ ἀπυρον τ' χρυσοῦ τ' ἐ δ' ἡσσι πωρὸς φαινόμενον δόκιμον, τ' ἡσσι ἀπυ-
ρον, ὅ ἡσσι πολλοὶ ἡσσι ὄσσι ἡσσι Apyrum igitur aurum est quod etiam
sine igne probum apparet, hoc est incertum, quod nulli nunc euryzum vocant.
Rectè explicat per ἀπυρον: ita enim vocatur aurum quod è fodinâ tam pu-

ium eruitur vt nulla coctione sit opus ad illud expurgandum. Itaque ἀπνεῖ & ἀπερσοί, planè idem sunt. Sed aliud est ἄρυσον vel ὄρυσον, aurum scilicet quod sæpius despumauit & excoctum est. Græcè enim βρύδν, βρύζδν, ὄρυσδν, de illis rebus dicuntur quæ efferuescendo spumam eiiciunt: vnde & obrussa Latinè est auri experimentum quod igne sumitur. Vide Cl. Salmasium in Solinum pag. 1080. Itaque falluntur qui putant aurum obryzum pro Ophirizo dici; Quamuis nonnulli interpretes in hac allusione sibi placeant. Ita Pf. 45. 10. pro auro Ophir Chaldæus habet אופיר אורבון אורבון obryzum quod est ex Ophir: Et Arabs Rom. edit. אורבון אורבון aurum obryzum: Et Es. 13. 12. pro vulgata obrizo in Hebræo textu אופיר Ophir scriptum est, vt obseruat Hieronymus.

Iam sequitur auri glebarum crassitudo. Diodorus: ἡ δὲ μέγιστος ἐλάττωται μὲν ἐν τῷ πυρρῷ, μέγιστος δὲ ἐν τῷ πολὺν ἀπὸ βασιλικῆς κερύβης magnitudinem quod attinet, minima (auri glebula) ad nucleum, maxima autem ad nucis basilicæ magnitudinem accedit. Strabo & Agatharchides medias esse scribunt magnitudine mespili. Sed aronium puto intelligi siue τεύχεον, Arab. زهر زهر. Nam nostratis mespili poma (σπίνοι vocant veteres) nucem basilicam mole superant.

Porro cum nullum auri vsum scirent extra torques & armillas tam diuitis soli incolæ, illud vicinis populis, Minæis puta, Gebanitis & Sabæis cum ære & ferro permūtabant. Diodorus: ἵδμε μὲν τῷ ἄρῳ ἐπιπολάζοντα παρ' αὐτοῖς, χαλκὸν δὲ ἐν σιδήρῳ σπαρίζοντα, ἐπίσης ἀλλάττοντα ταῦτα πᾶ φορητὰ πρὸς τοὺς ἐμπόρους Cum hoc genus (id est aurum) apud ipsos sit copiosum, æris autem & ferri magna raritas, ex æquò has merces cum mercatoribus permūtant, nempe ita vt ferro aurum rependatur pari pondere. Quod vtut superet fidem; tamen leue est præ his Agatharchidis, quæ doctissimus interpretres non satis intellexit: πρὸς τε τοὺς ἀστυγάλτους μετὰργοντες, πωλοῦσιν διπλάσι. ἢ μὲν ἢ χαλκὸν πρὸς τὸ χρυσὸν τετραπλάσιον ἀλλάττοντα, ἢ δὲ σιδήρῳ πρὸς διπλάσιον χρυσόν. ὃ δὲ ἀργῶς τῷ χρυσῷ δέκα διπλαῖα μοίρας Et ad vicinos translatum distrahunt precio vili admodum: æri enim triplum & ferro duplum auri rependunt, argentum autem decuplum auri valet. Vnde obiter supplendus locus in Strabone mutilus: πωλοῦσιν δὲ πρὸς τοὺς ἀστυγάλτους διπλάσιον τὸ χρυσόν, τετραπλάσιον ἀπιδόντες τῷ χαλκῷ, διπλάσιον δὲ τῷ σιδήρῳ, ἐν δεκαπλάσιον τῷ ἀργῶς aurum vendunt, æri triplum auri rependentes, argento autem duplum. Ridicule, quia cum illis æs & argentum æque deessent, nullâ erat ratio cur æri argentum postponerent, & auri minus argento quam æri rependerent. Itaque sic legendum vt Strabo sibi constet nec differat ab Agatharchide: τετραπλάσιον ἀπιδόντες τῷ χαλκῷ, διπλάσιον δὲ τῷ σιδήρῳ, ἐν δεκαπλάσιον τῷ ἀργῶς æri triplum auri rependentes, ferro autem duplum, & argento decuplum. Quia διπλάσιον & δεκαπλάσιον vocabula sunt ὁμοίωσιν, alterum omiserunt scribæ. Et interpretres verba Strabonis reddit in sensum planè contrarium: vendunt aurum æris triplo, argenti duplo: Quod fugisse demiror magnum illum commentatorem.

His ita explicatis apparet quanta fuerit in illis populis auri vilitas, qui non modo χρύσεια χαλκίαι vt Homericus Diomedes, pari pondere per-

A mutabant, sed & æs triplo auro, ferrum duplo, argentum decuplo pensa-
bant: Vt auorum nostrorum memoriâ noui orbis incolæ, quorum auro &
margaritis nihil rependebatur præter vitrea, & æhena, & fibulas, & cul-
tellos, & securiculas, atque alia huius generis crepundia & nugamenta.
Nempe Gasandæ vel Cassanitæ hominum genus erant rude & imperitum,
nec vllarum artium notitiâ imbutum; ita vt cum in solo feraci degerent,
& pro ratione climatis bene riguo, tamen agrorum cultum negligenter
piscatui solum intenti. Diodorus: ἡ τε χώρα πύμφορος ἐστὶ ἐν ἀλίφθορος καὶ πύ-
ματι, ὁ μὲν τοὺς ἄλλους ἐνδεχόμενης ὀπιμελείας, ἀλλ' ἢ τῆς ἀλιέων ἀπειρίαν
B Regio est omnium ferax, & soli bonitate præstans, sed solita cultura est ex-
pers, propter piscatorum imperitiam. In Agatharchide legitur τῆς ἀλλων ἀπει-
C ἑτέρων ὄντων: vbi interpret, ob caterorum imperitiam, sed legendum τῆς
ἀλιέων, quasi diceret, ideo terram negligi, quia incolæ sunt piscatores re-
rum omnium imperiti. Cassanitas enim habitasse constat ἐν τῇ Ἰσραήλ τῇ
Eρυθραῖς θαλάσσης ἐν ὁρᾷ θαλάσσιον Rubri maris ex Marciano & Stephano.
Sed & ex Ptolemæo, à quò eorum oppida vel vici maritimi Βαδέα Βασιλίδον,
Ἀμύνη πόλις, Μάμαρα κόμη, Ἀδύδα κόμη longo tractu describuntur. Addit
Strabo coactos fuisse aurum tam vili pretio distrahere ἀλλ' ἢ πύματι ἀπειρίαν
C ἐργασίας, ἐν πύματι ἀπείριαν ἀπὸ ἀπληροφροσύνης, ὡς ἡ χρῆμα πρὸς τοὺς βίους ἀναγκα-
στεια cum propter imperitiam illud tractandi, tum quia iis carebant quæ
pro auro rependuntur, quorum usus ad vitam magis est necessarius.

Inde tanta fuit auri copia apud Sabæos, qui, si Straboni credimus, auri-
feræ huic regioni erant confines: Σαβάων, inquit, ἡ τῆς Σαβαίων βίδαμονε-
στία (sup. γ) his contigua est Sabæorum beatissima terra. Agatharchides &
Diodorus Carbos vel Carbas medios interponūt, gentem obscuram, & vni-
co portu notam, ad quem fontium amœnitas aquatores inuitabat. At in
Ptolemæo Sabæ Sabæorum metropolis prope attingit fines Cassanitorum.
Atque hūc referendum quod in Scripturâ toties auri Sabæi fit mentio. Vt
Ps. 72. 15. Illi dabitur de auro Seba. Es. 60. 6. Omnes de Seba venient, thus &
aurum afferent. Ezech. 27. 22. Mercatores Seba &c. auro negotiabuntur in
D nundinis tuis. 1. Reg. 10. 2. de reginâ Sabæorum: Ingressa est Ierusalem
cum exercitu numeroso, camelis ferentibus aromata & aurum valde multum.
Et vers. 9. Et dedit regi centum & viginti talenta auri. Sed & cum apud
Plinium Aelius Gallus Sabæos dicit esse ditissimos auri metallis, quia ve-
teres nullas obseruant auri fodinas in Sabæis propriè dictis, aurum intelli-
gi puto vicinorum Cassanitarum, qui vel erant sub Sabæorum iugo, vel au-
rum suum cum illorum quisquiliis permutabant.

Idem aurum ex proprio loci nomine vocatur aurum Ophir. Neque
enim ad Indicum aurum pertinent omnia Scripturæ loca quibus agitur de
aurum Ophir. Sic in his Iobi cap. 22. vers. 24. Pones aurum super puluerem,
E aurum, inquam, Ophir super rupes torrentium; Et cap. 28. 16. non confer-
tur auro Ophir: de Indicâ Ophir agi verissimile non est: Quia ætate Iobi
qui Iacobo patriarchæ pæne fuit æqualis, ad terras illas tantâ terrarum &
marium intercapedine à Iudæâ distans nōdum patuerat accessus. Sed nec
Indicum aurum intelligo 1. Chron. 29. 4. vbi Dauid obtulisse legitur mille

talenta auri Ophir, quia in remotiorem illam Ophiram nauigationem Solomon & Hirā primi instituerunt. Itaque cum in illis locis constet Ophir nomine terram significari Iudææ propiore[m] quam sit India, hanc nemo cordatus alibi quæret quam quò locò diximus, vbi magna vis fuit aurū præstantissimi, quodque facillè eruebatur, & vili pretio distrahebatur. Fuit & alibi aurum etiam in Arabiâ: Sic ex Iubâ Plinius in sinu Persico describit *littus Hammæi ubi auri metalla*. Et per Debas fuit amnis $\psi\eta\gamma\mu\alpha$ χρυσὸν μεταφέρειν auri ramenta deferens, cuius præter Strabonem Diodorus & Agatharchides meminerunt. Vnde & Deba dicti, quia $\alpha\eta\eta$ deheb Arabicè est aurum. In Arabiâ denique, vt testatur Dionysius Periegetes,

Plin. 6. 26.

---- λιβάτω γηρόων ἀργεῖ,

ὄρεα δὲ χρύσῳ.

thure gloriantur arua & montes auro.

Sed, vt taceam nullibi à veteribus tam eximium aurum describi, nec tantæ fecunditatis, cum Ophir, id est incolæ terræ Ophir, fuerint è stirpe Iectan; non potest illis commodior sedes assignari quam in eâ parte Arabiæ in quâ confederunt cæteri fratres.

Interim non diffitendum aliam fuisse Ophiram remotiorem, nempe Solomonis Ophiram, in quam singulis trienniis semel nauigabatur; unde præter magnam vim auri aduehebantur ligna almugghim, ebur, simiæ, pauones, lapides pretiosi. Hanc Arabiæ non esse Ophiram quam in Cassanitis posuimus ad sinum Arabicum prope Sabæos, multa docent, 1. Quod in hoc iter triennium insumebatur. 2. Non potuit ebur ex Arabiâ afferri in quâ elephanti nulli sunt. Nisi quis ebur putet ex Adulitis esse allatum. 3. Consensus veterum qui Ophiram in Indiâ sitam esse clamant.

1. Reg. 9. 26.
Et 10. 11. 22.
2. Chron. 1. 18.

Tamen in quâ parte Indiæ fuerit Ophira non satis constat. Quidam in Nouo orbe quærunt, atque aurum *Paruaiin* 2. Par. 3. 6. volunt esse aurum Peruiæ, de ebore non solliciti, quod eò loci plane ignotū, nec de ratione itineris, quod antevsū pyxidis magneticæ fuit proflus ἀπεργιστον. Alij Ophiram quærunt in regno Pegu: Alij vt Iosephus & plerique veterum in Aurea Chersoneso, quæ hodiè Malaca dicitur: Alij in Africa regione Cephalâ vel Sophalâ Chaldæum interpretem sequuti, qui classem in Ophiram profecturam semel atque iterum vocat $\alpha\pi\epsilon\rho\gamma\iota\sigma\tau\omicron\nu$ nauem seu classem *Africanam*. Quò faciunt hæc Origenis in Iob. 22. 24. $\phi\alpha\tau\iota$ δὲ $\mu\epsilon\tau\epsilon\sigma\tau\epsilon\sigma\tau\omicron\nu$ ἐπὶ $\mu\epsilon\tau\epsilon\sigma\tau\epsilon\sigma\tau\omicron\nu$ $\tau\omicron\nu$ Σαφῆρ $\tau\omicron\nu$ Α'φενλῶ $\tau\omicron\nu$ Αἰνῶ *interpretum nonnulli Sophir esse Africanam*. Sophir id est Ophir: Ita legitur in Græcâ versione, S reperito perperam ex $\tau\omicron$ Ω'φείρ. Nec desunt qui Ophiram in Taprobanâ insulâ ponunt, siue ea sit Sumatra aut Zeilan.

1. Reg. 10. 12.
& 22. 49.

His ideo nos accedimus, quia Taprobanæ insulæ, quam Zeilan esse alibi probabo, omnia ad amussim quadrant quæ de Ophirâ legere est in libris Regū & Paralipomenon. Ibi enī aurū & ebur gemmasque & margaritas magnâ copiâ nasci nemo est qui nesciat. Scatere etiam pauonibus scribit Steuckius in Arrianum. Et in Chersoneso proximâ magni pretij cercopithecōs memorat Ludouicus Vartomanus.

1. Reg. 9. 28.
& 10. 22. &
22. 49.
2. Paral. 3. 6.
& 8. 18. & 9.
10. 21.
Vartom.
lib. 5. c. 21.

Neque hoc temerè prætereundum etiam Παχ Cant. 5. 11. & V'phaz Dan.

10. 5.

A 10.5. & Ierem. 10.9. nominari insulam Ophir. Quarum appellationū vestigia videre est in *Pasi* sinu, & *Phasi* amne Taprobanes à Ptolemæo memoratis. Appellatur & *Paruajin* 2. Chron. 3. 6. id est Syriâ & Phœniciâ flexione פרוין *Paruajin*, & mutato genere פרוון *Paruan* vel *Prouan*, quod vocabulū in Taprobane latere nemo non statim animaduertit. Itaque fallor, aut Taprobane vox coaluit ex duabus תפ תפח & פרוון *Paruan* vel *Prouan*. Arabicè תפ *taph*, & geminatis radicalibus תפח תפח *taph-taph* est littus & ora, maris, ἀκτὴ, ἀκτῆρια, ἀκτῆρια ἁλίου. Vide Giggeium in תפח. Hanc porro vocem apud Phœnices, Ægyptios & Æthiopes in usu fuisse argumento sunt Phœnicum in Africâ propriâ vrbes maritimæ *Taphura* & *Tabraca*, & promontorium *Taphitis*, in Ægypto *Taphium* vel *Tapium*, vrbs ad primum Nilii ostium versus Syriam, & duplex *Taphosis* vel *Taposiris*, quarum vna mari imminet, altera magnæ paludi quæ maris instar esse possit: Et ad sinum Abaliten in Arriano *Tapara* emporia: Ad Barbaricum *Tapatege*. Potuit igitur etiam insulæ *Paruan* vel *Prouan* portuosum illud littus quod appellabant mercatores, à Phœnicibus vocari תפ-פרוון *Taph-paruan* vel *Taph-prouan*, vnde Græcum Taprobane.

Summa est primos Ophireos in Arabiâ fuisse cum cæteris filiis Iectan, & regionem occupasse auro maximè fecundam; quæ ex argumento תופר *Auphar* vel תופרי *Vphre*, id est opulenta dicta est, & *Cassanitis* propter תסנין id est thesauros in terra abditos. Sed cum quasi iure quodam id nomini sibi adsciscere viderentur auriferæ aliæ terræ Phœnicum nauigationibus peruiæ; Etiam Ophira dicta est altera terra remotior in Indiâ, è quâ tantus auri prouentus Hiramō & Solomoni. Phœnicibus scilicet solemne fuit vt loca nuper à se detecta vetustis nominibus cohonestarent. Hinc in mari Persicō, alij Sidonij, alia insula Tyrus, & Aradus altera: Et in Hispaniâ noua Carthago; Et in Boëtiâ alteræ Thebæ; Et in mari Cretico altera Byblus: Et Tharsis in vtroque mari. Omnia enim hæc nomina imposuere Phœnices. Itaque verissimile est illos auriferæ terræ quam in Indiâ detexerant, Arabicæ nomen indidisse.

CAPVT VIGESIMVM-OCTAVVM,

Chauila חוילה Gen. 10. 29.

Chauile duo. Huius sedes hodie *Chan'an*, Cuius situs ex Arabe Geographo accuratè describitur. *Chanlanita* iidem qui *Carbi* Agatharchidis & Diodori; Et *Cerban* lubæ, pro quo perperam *Cembanos* habet Aelius Gallus; bellicosissimi Arabum: Ideo *Carbi* dicti. *Chanlanitarum* max *Chond* vbi sit. Ptolemæi *Ἰνδα* vel *Ἰνδα* forte *Ἰνδα*.

E **G**enefcos cap. 10. memorantur duo *Chauila*; vnus *Chusi* filius vers. 7. de quô agetur suo loco: Alter Iectanis vers. 29. in quô versamur. Huius sedes hodieque parum mutato nomine appellatur terra *Chaulan*, cuius metropolis *Du-Sohaim* vel *Chaulan-Du-Sohaim*. Hinc Geographus clim. 2. part. 5. *Via è Meccha* חוילאן דו סהים סן חוילאן *ad Du-Sohaim* è terrâ *Chaulan* &c. Et aliquanto post חוילאן דו סהים הו קרעה חוילאן *Chaulan-Du-*

T

Sohaim est arx valida &c. Describitur in eâ parte terræ *ἡ τεχάμη Τεχάμη* quæ terræ Ieman est confinis, ad stationem decimam tertiam à Mecchâ, quartam à portu Hali, secundam à *Βαισάτ-τζετάν*, inter Meccham & Sanaam de quâ in *Vzal* egimus, spatio ferè medio. *Tehama* porro est Arabiæ Fœlicis regio ad mare Rubrum extensa, longa duodecim stationes, lata quatuor, quam ad ortum montes terminant, mare ad Occasum, ad Aquilonem *Meccha & Giodda*, id est *Ziden* portus *Mecchæ*, ad meridiem ubi *Chaulan* terra Iaman seu *Sabæorum*.

Ex hâc descriptione tam accuratâ, qualis extat in Geographo, apparet terram *Tehamam* hodie Arabibus id ipsum esse quod Ptolemæo regio *Cassanitarum*, & *Chaulan* seu *Chaulam* fuisse in extremis *Cassanitis* prope *Sabæos*. Itaque *Chaulanitis* sunt *Carbi*, de quibus *Agatharchides*: *Ἰούτων δὲ τῶν αἰδρωτῶν συνεχθῆς Καρβοὶ κατέχουσι τὴν ἡπειρὸν, ἐκδεχόμενοι λιμένας ἀγροχελαινοῦς, ἐν ᾧ κρηναὶ πλείους ἀναβάλλουσιν. Ἐφεξῆς δὲ ὁ Σαβαίων ὑπισσωδάκις ἔστι, His autem (id est *Cassandribus* vel *Cassanitis*) contigui habitant *Carbi* in continente quam portus excipit profundus in quo plurimi erumpunt fontes: deinceps autem adheret gens *Sabæorum*. Et *Diodorus*: *μὲν δὲ Ἰούτοις ἑπαρχουσι ὀνομαζόμενοι Καρβοὶ, καὶ μὲν τῶν Σαβαίων, post hos sunt Carbi dicti, quos sequuntur Sabæi.* Pro *Carbis* *Cerbanos* vocat *Iuba rex* apud *Plinium*: *Agrei, inquit, Cerbani, Sabæi Arabum propter thura clarissimi.* Et *Ælius Gallus* *Cembanos*, quò loco Arabiæ populos inter se conferens dicit, *numerosissimos esse Homeritas, Minaeis fertiles agros palmetis arbustisque &c. Cembanos & Arios armis præstare.* Sed rescribendum *Cerbanos*, quibus *Carborum* vel *Cerbanorum* nomen videtur à *Phœnicibus* inditum ex argumento. *Hebræis* enim *קרַב Kerab* est bellum, & *קרַב Karab* configere. Meritò igitur *Carbi* vel *Cerbani* dicti sunt populi bellicosi, quosque inter cæteros armis præstare obseruat *Ælius Gallus*. Atque ex hâc ipsâ notâ illos patet eosdem esse cum *Chaulanitis*, quorum virtutem *Geographus* ita commendat: *Vbi de vrbe Chaulan-Du-Sohaim* *הי קרע חצינה ולא להאמנוע* ea est arx valida, & populo eius robur, & in iis est virtus, quasi diceret gentem esse virtute bellicâ præstantissimam. Hæc ille climatis secundi parte quintâ: idem parte sextâ rursus meminit alterius castelli eiusdem gentis. Verba sunt: *A Nagiâ ad Chond* *מן אלנגה אלי אלחנד* millia passuum *xxvi*. *Chond* autem est castellum populosum quem incolit gens è terrâ *Chaulan* *מן חילחן*. In eò plures putei, super magno colle situm est: Distat à *Sanaa* millia passuum *cxl*. *Sanaam* probauimus vibem esse *Gebanitarum*. Idem de *Nagiâ* scibit *Plinius*: *Gebanite pluribus oppidis sed maximis Nagiâ & Tamnâ templorum lxxv*. Itaque hæc pars *Chaulanitarum* non procul fuit à *Gebanitis*.*

Etiam ad *Chaulæ* vel *Haulæ* nomen alludit *Ptolemæi* *ἡ τεχάμη* vel *ἡ χελάμη*, ut scribitur in exemplari *Palatino*. Malim *ἡ χελάμη*, *A & Y* transpositis, ut sit ipsissimum *Haulæ* nomen. Fateor quidem inter *Chaulan* & *Hyelam* non paruum esse interstitium. Nam *Ptolemæi* *Hyla* versus *Austrum* multum recedit trans *Sapharitas*. At gens vaga, qualis *Arabum*, maximè in terrâ *Tehamæ*, quidni potuerit in varias colonias spargi & dissipari. *Geogra-*

Plin. lib. 6. cap. 28.

A
B
C
D
E

A plus Arabs : בארץ חהאמה סרחא אלערב מן גמיע אלקבאיל *In terrâ Tehama vâgi sunt Arabes ex omni stirpe.* Plura de Hauilâ vide in descriptione Paradisi terrestri.

CAPVT VIGESIMVM-NONVM.

Iobab יובב Gen. 10. 29.

Prope Sachalitas in Ptolemæo *Iobarita*; legendum *Iobabita*. B & P Græcum sæpe confundi. Arabicè *Iebab* desertum. Ea regio valde deserta.

B Ultimus filiorum Iectan est Iobab, pater Iobabitarum, qui Sachalitis fuere proximi. Ptolemæus: *Ἐν τῷ ἑσθρῷ τῶν Σαχαλίτης Iobabiti* *deinde iuxta Sachalitas Iobabita.* Sic legendum, non *Iobaciti* *Iobarita*. Notat doctissimus Salmasius & allatis exemplis probat B & P Latinum à librariis passim confundi, quia literæ sunt similes. Tam procliuus fuit lapsus in β & ρ maiusculis, id est B & P, & tam facillè scribi potuit ΙΩΒΑΡΙΤΑΙ pro ΙΩΒΑΒΙΤΑΙ. Nec obscura est ratio nominis. Nam Arabicè *Iebab* desertum sonat & ארץ אליבאב *ardo-Ijebabi* terra deserti. Porro in Arabia parte quam Iobabita tenuerunt supra Sachalitem sinum, plerèque sunt solitudines. Itaque hanc plerique veterum securo saltu transmittunt. Et è recentioribus Belleforestus totum hoc latus desertum esse scribit, ita ut à Materquâ siue Metaco (quod est initium sinûs Sachalitici) vsque ad Couam (vbi definit idem sinus) & promontorium Corodamum (olim, hodie Rasalgate nuncupatum) sexaginta fere leucarum spatio, nulla ciuitas reperiatur.

CAPVT TRIGESIMVM.

De Mesa משה & *Saphar* ספר Gen. 10. 30.

D *Mesa* Mofi, aliis *Musa* vel *Muxa*. Arabia atomatiferâ portus celeberrimus, vnde iter ad Sapharitas. Probat ex Ptolemæo, Plinio & Arriano qui habet *Aphar* pro *Saphar*. Quam præciosâ ibi merces. Mons Climax. *Saphar* Mofi mons Orientis. Vnde *Saphar* vrbs metrop. & *Sapharita* populi. Vrbes plurimæ vicinis montibus cognomines. Climax in Ptolemæo quantum extensus, & quot gentium terminus. Cur Arabia odorata per duo hæc loca designetur. *Saphar* recentioribus *Tapharon*, *Taphron*, *Tarpharon*. Arabibus *Tdaphar* טפאר. Vnde colligere est veteres per *Sade* scripsisse, non per *Samech*. Sed *Samech* & *Sade* literæ promiscuæ. Natus *Sampharitica* Dioscoridis, Anicennæ *Sapharitica*.

V T veritas eorum quæ hæctenus docuimus magis ac magis confirmetur, operæpretium erit ex ipso Mose discere vbi locorum habitauerint filij Iectan. Audi igitur diuini scriptoris disertâ verba ויהי מושבם משה בנאך ספרה הר הקדום *Et fuit habitatio eorum à Mesa, cum is Saphar montem Orientis*: His velut intento digito designat Moses eam Arabia partem quam diximus. *Mesa* aliis *Musa* vel *Muxa* portus fuit celeberrimus ad mare Rubrum, ad quem frequentes appellebant Aegyptij & Aethiopici mercatores, inde Orientem versus profecturi ad Sapharitas, à quibus thus & myrrham compararent, & quicquid est odorum Arabico-

rum. Inspice Ptolemæi tabulas, ad finum Arabicum gradu 14. Statim occurret Muza emporium. Græce Μῦζα scribitur. Et pæne recta ad Orientem populi Sapharitæ, & Saphar metropolis prope ad radices montis Climacis. Sed & legendus Plinius lib. 6. cap. 23. vbi multis referuntur mercatorum annuæ nauigationes ex Aegyptô in Arabiam & Indiam. Summa est ab Alexandria per Nilum nauigari Coptum vsque. A Copto camelis iri Berenicem oppidum, vbi portus Rubri maris à Copto distat CCLXIII pass. Inde eos qui Indiam petunt nauigare Ocelin Arabiæ aut Canam thuriferæ regionis, portus vtilis Indicæ nauigationi. At quibus id consilium est vt ex Arabiâ merces rectâ in Aegyptum reuehant, Muzam esse portum obuium ex quo ad Sapharitas & Sabæos iter est commodissimum. Est, inquit, *tertius portus qui vocatur Muza, quem Indica nauigatio non petit, nec nisi thuris odorumque Arabicorum mercatores. Fuit oppida: regia eius appellatur Saphar, aliudque Sabe. Lege Saue vt in Ptolemæo & Arriano, qui de Muza emporio & de metropoli Saphar agit multo pluribus. Post hæc, inquit, in ultimo sinu sinistra partis huius pelagi* *ἐπιπέδιον ἐστὶν ὀρμηκὸν καὶ ἄνεμος ὁ ἀπὸ τοῦ ἰσθμοῦ Μῦζα ἐμπορίον ἐστὶν ἰσθμὸς ἰσθμὸς ἰσθμὸς ἰσθμὸς* *Muza emporium est legitimū maritimum Muza, quod à Berenice Austrum versus distat circiter duodecim millia stadiorum. Totum incolitur ab Arabibus nauicæ & maritimæ rei peritis. Plenum præterea est atque refertum aduenis mercaturam facientibus. Nam præter quam quod transmarinis atque Barygazeris* ** negotiationibus vtuntur, suas proprias merces habent. Supra hanc trium dierum interuallo est vrbs Σάων Saue &c. Καὶ μετ' ἄλλας ἐν τῇ ἡμέρᾳ Ἀφάρ** (lege Σαφάρ) μνηστικὸς & post alios dies nouem Saphar metropolis, in quâ sedem habet Charibael legitimus Homeritarum & qui hisce vicinisunt Sabaitarum (id est Sabæorum) Rex. Hæc Arrianus de Muza emporio. Nunc ex eodem disce quam pretiosæ merces ibi venales prostituerint: Merces, inquit, quæ in illud importantur, sunt purpura eximia & vulgaris, & vestes Arabicæ manicatæ & scutulatæ & inauratæ &c. Crocus, cyperus, othonium, abollæ, lodices, zona sciota, unguentum, vinum, frumentum &c. Inde exportantur quæ ibi nascuntur, myrrha electa, stacte abirminæa, lygdus, denique omnes illæ merces supra commemoratæ quæ ex Aduli efferuntur: ebur scilicet, cornu rhinocerotis, testudo, nauplium &c.*

* Barygaza est Indic portus non procul à Calicut.
** Perit S ex Saphar propter alterum S præcedens in ἡμέρᾳ

Ex his abundè patet quam frequens & quanti nominis fuerit Muza vel Musa emporium, vnde iter erat ad Saphar regiam urbem & Sapharitas populos. Itaque ex loco tam nobili voluit Moses omnibus palam fieri in quâ parte terrarum Iectanxi degerent. *Habitatio eorum, inquit, fuit à Mesâ* (id est à Musâ portu Sabæorum, quomodo posset legi si liceret per Masorethas, quamuis nihil sit necesse, quia in tanto lapsu temporis, nemo mirabitur Mesam in Musam fuisse mutatum) *cum is ad Saphar montem Orientis, id est Orientalem. Non respectu Iudææ, quæ Sabæos habet ad Austrum, inde est quod reginam Austri Christus vocat reginam Saba: Sed respectu Mesæ vel Musæ urbis, ad cuius Orientem sunt Sapharitæ, & montium longa series quam Græci Κλίμαρα nuncupant, at Moses Saphar de nomine vicinæ metropoleos. Sic Nebo, Ziph, Hebron, Pharan, Saron,*

A *Pbozor, Gelboe, Gabaa, Galaad, Gamala, Somron, Modin &c.* non urbium solum, sed & vicinorum montium sunt nomina. Nihil enim est frequentius apud Hebræos & Arabes quam ut vrbes vicinis montibus aut vicissim montes vicinis urbibus sint cognomines. Itaque hoc exemplo Saphar tum dicebatur mons Climax ob viciniam vrbis Saphar, vel vrbs metropolis mutuata est nomen montis proximè imminentis. Atque hunc montem memorat Moses ut tum temporis maxime notum. Is apud Ptolemaum longo tractu extenditur, & multarum gentium est terminus. Sic *Σαβαιοὶ ἐς Ἀρχίται, ἄνω κλίμαξ δ' ὄρεσ Sabæi* & *Anchita sunt super montem Climacem; ἐς μέγαι τὸ κλίμαξ Ραββαί* & usque ad Climacem *Rhabanita*. Et *Χατράμι* ἄνω τὸ κλίμαξ μέγαι ἢ Σαχαλιτῶν *Chatramita à Climace usque ad Sachalitas*. Item ἄνω τὸ μεσημβρίας τὸ κλίμαξ *Masonita*, ἢ *Σαεί*, ἐς ἄνω τὸ ὀρεινῶν Σαφαεί, ἐς Ραθνοὶ *A meridie Climacis Masonita, deinde Sarita, & iuxta Homeritas Sappharita & Rhathini*. Ibidem etiam fons Stygis: ἡ κλίμαξ ἢ ὁ ἡ πηγὴ δ' ἡλασόμενοι *φυγὸς ὕδαρ*. Hæc omnia in Ptolemæo.

B Proinde cum Moses Iectaneos dicit habitare à Mesâ vel Musâ quâ viâ itur Sapharâ; idem est ac si habitare scripsisset in Arabiâ odoratâ, in quâ Ægyptij, & Aethiopes aromata comparaturi, hæc duo loca maximè noveant & frequentabant, Musam portum in quem appellebant, & montana Sapharitarum ubi vrbs erat regia. Et verò rem sic se habere docuimus longâ inductione omnium filiorum Iectan, vnico Obale excepto qui per Arabici freti angustias in Africam proximam migravit & in Abalitem sinum. Sed potuit hæc migratio fieri post Mosis tempora. Vtut se res habeat *μία χελιδὼν ἔαρ ἢ ποίς*. Nec desinit esse verum in Arabiâ Fœlici habitasse posteros Iectan, etiam si illorum vnus in vicinam regionem coloniam deduxerit.

C A medijs scriptoribus *Saphar* vocatur *Tapharon*. Philostorgius ubi de Homeritis & Theophilo Indo: ἢ δ' ἐκκλησιῶν μὲ ἐν αὐτῇ ἢ μὴ ἐκ πόλεως τῆ πατρὸς ἔδους *Tapharon ὀνομαζομένη καὶ ἡδρὸς τοῦ Ecclesiarum quidem unam in ipsâ totius gentis metropoli, quæ Tapharon appellatur, excitavit*. Ammianus lib. 23. de Arabiâ: *Ciuitates habet eximias Geapolim, & Nascum, & Baraba, itidemque & Nagara, & Mephran, & Taphron &c.* lege *Tapharon*. Stephanus inserto R plurali numero habet *Tarphara*. *Τάρφαρα*, inquit, ὁδὸς τέρως, πόλις τὸ Εὐδαίμων. *A' ἑσθίας Tarphara neutro genere vrbs Arabiæ Fœlicis*. Geographus Arabs *Tdaphar*, per T durum quod sonat ut D, propter punctum adscriptum *טפאר הי קצבא יצב וכאנה טפאר פימא סלה מן* *Tdaphar est metropolis terræ Fachseb, olim autem fuit Tdaphar è magnis & celebribus ciuitatibus*. Hinc colligas priscos Arabes *Saphar* scripsisse per *Sad* vel *Sade*, non per *Sin* aut *Samech*, ut *ספר Saphar* Moses. Omnino enim illud *ט* Td factum ex *tsade*, ut in *טבי* pro *צי*: *טל* pro *צל*: *סמא* pro *סמא* & similibus. Sed quis nescit *Sin* & *Sad*, vel si mauis *Samech* & *Sade* literas esse similis soni & sæpe promiscuas, maxime apud Arabes. Sic organum Arabice scribitur *סענה* & *סענה*, pharmacum quo prouocatur sternutatio *סענה* & *סענה*, negotium *סענה* & *סענה*, vitta sanguine

tinctâ quam in capite gestant Arabicæ mulieres, cum inciderunt in graue aliquod infortunium זקאב & זקאב : סוק & צוק : platea כסר צטר, quomodo & Syris. Pari ratione potuit scribi ספאר & צפאר per *Samech* vel *Sin*, vt ab Auicenna scribitur in capite de סנבל *sunbal*, id est spicâ, nardi scilicet; נארדם ספארישוקי (Ita enim legendum) pro eô quod in Dioscoride est *ναρδος Σαμφαριτικὸν nardus Sampharitica*, seu ex Arabiæ vrbe Saphar.

Non possum non addere in Arabicâ paraphrasi Lutetianâ pro *Mesa* & *Saphar* haberi מכה *Meccham* & אלמדינה *Medinam*, ex quorundam sententiâ, qui primos Arabes Iectanis filios circa hæc loca degisse volunt. Hinc author libri Iuchasim, qui pluribus citatur in fine libri quarti *Iectanis autem XIII filij fuere, qui omnes habitauerunt à Mesa. Ea vocatur Arabum linguâ Meccha.* Atque id quidem vero est propius quam quod sanxere veteres, Iectanis omnes posteros habitasse circa Cophetem in orâ Indiæ. Tamen docebitur postmodum loca circa Meccham & Medinam tenuisse Chusæos, quibus Ismaëlitæ & Madianitæ mixti. At Iectanis plerosque filios in interiora Fœlicis Arabiæ secessisse ad regionem aromatiferam iam puto est luce clarius. Recte igitur Theophanes (postquam dixit de Ismaëlitis :

v. Biblioth. Pat. Græcol. tom. 2. pag. 289.

ὅτι πάντες ἄνωσεν τὴν Μαδίαν τὴν ἐρημον, ἃ ἐν αὐτῇ ἐκλήσθησαν ἐν αὐτῶνς καὶ τῶντες Ἰουδαῖες *Hi omnes incolebant Madianitem eremum, & pecora in eo alebant in tabernaculis degentes*) de Iectanæis subiungit continuo post: εἰσὶ δὲ ἐν ἐσδοταῖς καὶ αὐτῶν, μὴ ὄντες τῆ φυλῆς αὐτῶν, ἀλλὰ τῶν Ιεκτανῶν, ὁ λεγόμενος Ἀμανίτης, τῶντες τῶν Ομηρίων *sunt autem & his interiores, qui non sunt de tribu ipsorum, sed ex tribu Iectan, qui Amanitæ dicuntur seu Homeritæ.* Quod ipsum in Anastasio legere est, & in Euthymij Moamethicis.

v. ibid. & pag. 307. & 308.

Porro soli Iectanis posteris pro ערב עארבה id est genuinis Arabibus haberi volunt; Alios ערב מחערבה vel מסחערבה id est *Arabes factos* esse pertendunt. Quomodo in Iudæis מתיודים *Judæi facti* Esther. 8. 17. veris & naturâ Iudæis opponuntur. Quô allusum à Christo Ioh. 1. 47. & Apoc. 2. 9. & 3. 9. & à Paulo Rom. 2. 29. & Gal. 2. 15. Hactenus de Semi posteris. Iam ad Iaphetum Europæorum patrem, quemque dilatauit Deus vt habitaret in tabernaculis Semi.

Gen. 9. 29.

LIBER TERTIVS.

DE IAPHETHI POSTERIS.

CAPVT PRIMVM.

De Iaphetho.

Iaphetho pars Asia & Europa obtigit, magnarum terrarum partium minima, sed cultissima, Iapheth Græcis Iapetus. Decepti senes Iapeti dicti per conuitium, Iapeto vetustior, adagium olim in usu, Iapeti bella in Iouem, Iapheth idem qui Neptunus, Prometheus est Magog, Iapheth fratrum natu maximus, Tamen illius benedictio tantum secundaria est, & quasi appendix ad Semi benedictionem; Et in nomine non Iehouæ sed Elohim, Iapheth id est dilates *Dens Iapheto*. Paronomasia quales in Scripturâ passim, Exempla multa, Iapheth veteribus dilates, recentioribus alluciat, Prior interpretatio præfertur multis de causis, Iapheth alij condēcorer tanquam à ηδρ. In Augustino *latifcet*, sed legendum *latifcet*. Alibi *latatum* pro barbaro *latatum*, vel pro *latatum* potius, Iapheti portio ideo amplissima, quia in Septentrione maior hominum fecunditas: Hæc verba Noe, & *habitet in tabernaculis Semi*, quæ ad Deum aut ad Christi *ἐσάρκα* quidam referunt, potius ad Iaphethum pertinere, cuius posteri Græci & Romani Asia portionem inuaserunt quæ Chamo obtigerat, Vocationem gentium iisdem verbis contineri probatur etiam ex Chaldo paraphrase, Ecclesiam vsque ad Christum fuisse in Semi tabernaculis, Iapheti posteros ad eam non pertinuisse, Hodie tamen constitute maximam partem Ecclesiæ gentium, Quinam è Iaphethi filiis in Europam se contulerint,

Præter Asia partem non contemnendam Iapheto Europa obtigit, magnarum mundi partium minima sed cultissima, & longe populosissima, & multis ab hinc sæculis humanitatis sedes, & politioris literaturæ, Græcorumque alitrix & Romanorum, qui vsque ad Africa & Asia penitissima imperij sui limites longe lateque promouerunt,

Iapetum, id est Iaphetum, Græci generis sui authorem esse agnoscunt, nec putant Iapeto quicquam esse antiquius. Vnde est quod decepti & deliri senes per conuitium Iapeti vocitabantur. Hesychius: *Ιάπετος*, ὁπὶ Ἀγασθημῶν προσδύτερος, ἀρχαῖος (lege ἀρχαῖος) *Iapetus*, per derisionem *senex*, *antiquus*: Ἀρχαῖος ex Suidâ rescribo qui sic habet: *Ιάπετος*, ὀνομαζόμενος, λῆθος, μωρὸς, ἀρχαῖος *Iapetus*, nomen proprium, delirium [id est delirus] *fatuus*, *antiquus*. Cuius locutionis en tibi illustre exemplum ex nubibus Aristophanis:

Μὴδ' ἀνέλπειν ὅτι πατεὶ μὴδὲν, μὴδ' Ἰάπετον κηλέουσαι
Μνησικησῶν ἢ ἠλιόδωρ.

Nec patri quicquam responsare, nec Iapetum appellando senium ei exprobrare.

Itaque id cessit in prouerbium *Iapeto vetustior* pro valde sene. Hinc apud

Lucianum in Dialogo Cupidinis & Iouis, Cupidini pueritiam prætexenti,

vt peccatum extenuaret, Iupiter infensus regerit: Σὺ παιδίον, ὃ ἔργος, ὃς

ἀρχαῖότερος εἶ πολὺ τῷ Ἰαπέτῳ *Tu ne puer ὁ Cupido, qui es Iapeto longe vetustior*. Quod sumptum ex Symposio Platonis in Agathonis oratione.

Fingitur Iapetus Ioui, id est Chamo, bellum intentasse, propter dissidia quæ inter illos peperit dissimilitudo morum Gen. 9. 22. 23. Cur ex eodem Iapheto Neptunum fecerint parum sibi constantes mythologi, docuimus libro primo; Et Iapheti filiū Magog eundem esse cum Prometheo,

Iaphetus non Chamo solum, qui fuit fratrum minimus Gen. 9. 24. sed & Semo maior fuit. Semum enim ex Gen. 11. 10. natum esse constat anno Patris Noæ DII. Qui cum Gen. 5. 32. anno ætatis D generasse legatur, neque sit Chamus aut Semus qui illo anno natus est, relinquitur vt sit Iaphetus. Omnino igitur Iaphetus fratrum fuit natu maximus. Et verba Mosis Gen. 10. 21. LXX recte reddunt ὁ Σημ & c. ἀδελφῶν Ἰάφεθ τοῦ μεγάλου. Semo fratri Iapheti maioris. Ita vt Hebræum גִּבְרִית id est *magnus* vel *maior* Iapheti sit epithetum, non Semi vt plerique volunt.

Sed vtvt ætate prior, tamen gratiâ posterior Iaphetus, nonnisi secundò locò benedictus est à patre Noâ, atque illâ benedictione quæ fuit in-
star appendicis ad benedictionem Semi, in cuius semine futurum erat vt benedicerentur omnes gentes. Nec temere esse Iudæi putant, quod in illâ Noe Deum inuocat solò nomine אֱלֹהִים *Elohim*, id est Dei, in-
ter gentes recepto, non tetragrammato יהוה *Iehoua*, quod iunxerat nomi-
ni *Elohim* in Semi benedictione. Sic scilicet innui purant Deum *Iehouam* nonnisi solis Semi posteris, id est Iudæis reuelandum.

Benedictio Iaphethi sic incipit: *Dilatet Deus Iaphetho*. Dilatet Hebraicè est יָפַתְּ *japhth*. Quo verbo ad Iaphethi nomen alludi nemo non videt. Atque his paronomasiis in Scripturâ nil frequentius, vt cū de Noach dictum Gen. 5. 29. יִנְחָמֵנו (*ienachamenu*) *consolabitur nos*. Et de Iudâ in benedictione Gen. 49. 8. יִדְּוּךָ (*ioduca*) *laudabunt te fratres tui*. Et de Dane vers. 16. דָּן יִדִּי (*iadin*) *iudicabit populum suum*: Et de Gade vers. 19. גַּד גִּדְּוֶךָ (*Gadgedud iejudennu*) *Gad, turma populabitur eum, sed ipse alios populabitur tandem*. Tale illud de Nabale 1. Sam. 25. 25. נָבָל שֵׁם עֵשֶׂתוֹ (*nebala*) *stultitia cum eo est*. Et de Gazâ, vel quod idem est Azâ Sophon. 2. 4. אֲזָבָה עֲזָבָה אֲזָבָה (*azuba*) *derelicta erit*. Et de Accarone eodem versu וְעָקַרְתָּ אֶת-אֲכָרֹן [*the accer*] *eradicabitur*; vt in Pseudosibyllinis.

Ἐξυ ἔξ Σάμου ἄμμος, ἐστὶ Δῆλος ἀδελτος,

Καὶ Ρώμην ῥύμη.

Erit ἔξ Samos arena, erit Delus ignota, & Roma vicus.

Huc pertinet illud Ieremiæ cap. 1. vers. 11. & 12. Et ad me factum est verbum domini dicendo: *Quid tu vides Ieremia? Et dixi, virgam [saked] amygdali video. Tunc mihi dixit dominus, bene vidisti: Nam [soked] festino ego super verbo meo, vt illud efficiam*. Ibi proponitur amygdalus tanquam symbolum festinationis propter allusionem nominis *saked* amygdali, ad festinandi verbum *sakad*. Neque inanis est allusio. Floret enim omnium prima amygdala mense Ianuario, Martio vero pomum maturat. Plinij verba sunt lib. 16. cap. 25. Tale quid affectauit Græcus author adiectionum ad Danielelem, quem vni seniorum qui se vidisse dixerat Susannam ἄγγελος ἑστὶν sub lentisco, respondentem inducit, *Angelus Dei ἄγγελος σε μέσον*, & alteri qui dixerat ἄγγελος περὶν sub ilice; *Angelus Dei ἄγγελος σε μέσον secabit te medium &c.*

יָפַתְּ *Japhth* est futurum Hiphil à יָפַתְּ. Plenum esset יָפַתְּ *Iaphtheth*. Sed litera *He* finalis per apocopen excisa est, vt in יָפַתְּ אֶתְּ *Es*. 41. 2. & יָפַתְּ אֶתְּ *Gen*. 21.

- A Gen. 21. 19. Porro פנה in *cal* est pellici, in *piel* pellicere. At in *hiphil* alibi nusquam occurrit, præterquam apud Chaldaeos, quibus פנה est dilatare. Hoc sequuti Chaldaeus, Onkelos Græci, Arabes &c. cum Hieronymo hinc reddunt; *Dilatet Deus Iapheth*, pro eò quod recentiorum nonnulli ex Hebræorum vsu: *Alliciat Deus Iaphetum*. Quarum interpretationum cum vtraque pia sit & erudita, prior tamen multis de causis videtur præferenda. Primò enim credibile non est Noam frustra mutasse coniugationem *piel* in *hiphil*, quâ in alliciendi significatione nemo vnquam est vsus: Secundò פנה verbum ita medium est vt tamen fere semper sumatur in malam partem. Cum enim in Scripturâ frequentissimè occurrat, vnò aut alterò locò exceptis, nihil aliud significat quam pellicere, & decipere, & seducere, & in errorem inducere. Græci ἀπαύω plerumque reddunt allusione manifesta, sed quæ verbi vim rectè exprimit. Tertio פנה cum in alliciendi significatione sumitur, semper regit accusatiuum: At hinc פנה Datiuo iungitur. Datiui enim nota est *Lamed* litera voci *Iapheth* præfixa, פנה ליפח: Itaque cum dici non possit, *Alliciat Deus Iapheto*, necessariò reddendum, *Dilatet Deus Iapheto*, sup. locum aut habitationem. Hebræi enim sic loqui amant. Ita Genes. 26. 22. הרהיב יתח לו *dilatavit Dominus nobis*: Et Psal. 4. 2. *in tribulatione dilatasti mihi*: Et Pro. 18. 16. *Donum hominis dilatabit ipsi* sup. viam.

- C Non me latet tertiam esse interpretationem eorum qui פנה exponunt *condecorat*, quasi fiat à פנה In quâ sententiâ fuit Ionathan, qui sic habet in Chald. paraphrasi דיפה דיפה "החופיה דיפה" *Condecorat Dominus terminos Iapheti*. Sed & Rabbi Madochæus, qui, in Hebræis concordantiis quas vocant, hunc locum refert ad פנה. Quò pertinere volunt nonnulli recentiorum quod habet Augustinus ex vetustâ illâ versione Italicâ; *Latificet Deus Iapheth*. Sed hanc interpretationem, cum Grammaticæ legibus repugnet, Aben-Ezra his verbis iure merito suggillat. *Interpretatio quâ Iapheth deducitur à verbo פנה [Iapha] decorum esse, non est interpretatio פנה [Iaphe] decora*. Neque hinc pertinet vt volunt *Latificet* in Augustino. Rescribendum enim *latificet*, quâ voce, barbarè quidem, sed significanter tamen, Græcum παρατόναι expresserat Italicæ versionis author. Et verò *latificet* legitur non *latificet* in eodem Augustino contra Faustum Manichæum lib. 12 cap. 24. vbi citatur idem locus. Sic Iob 31. 27. vbi pro Hebræo פנה & Græcò Symmachi ἐπαρτόναι, Vulgatus habet *latatum est*: [*latatum est in abscondito cor meum*] suspicor *latatum* factum ex barbaro *latatum* pro *dilatatum*. Nisi quis malit *laetatum* legi, quod non male responderet Græcæ voci ἐπαρτήθη, quâ hinc vtuntur septuaginta seniores. Proinde pro Hebræo פנה & Græcò ἀπαύω in Aquilâ & Theodorione, idem interpres *laetandi* voce vtitur in his verbis Pro. 16. 29. *Vir iniquus laetatur amicum suum*.

- E Sed redeo ad verba Noæ, quibus Iapheto benedixit. Quæ cum consensus veterum & similium locorum collatio doceat sic optimè reddi: *Dilatet Deus Iaphetho* sup. habitationem: iis omnino assentior qui per hæc verba volunt Iapheto promitti fore vt in terræ diuisione amplissimam illi portionem habitandam Deus assignet. Quod Deum abundè præstitisse

De ciuit.
Deil. 16. c. 1.

statim agnosceret quisquis, præter Europam quanta quanta est, ad Iaphethi portionem pertinere cogitabit Asiam minorem, & Mediam, & Armeniæ partem, & Iberiam, & Albaniam, & vastissimas illas regiones ad Boream, quas olim Scythæ, hodie Tartari obtinent. Vt de nouo orbe taceam, in quem per fretum Anianis migrasse Scythas vero non est absimile. Nempe cum Iapheti posteris Deus partem mundi assignauerit quæ vergit ad Septentriones; vbi vetus Gothorum scriptor Iornandes merito scribit esse officinas gentium & velut vaginas nationum; quia mira est in illis locis hominum fecunditas: Regiones illorum habitationi destinatas vastissimas esse oportuit, ne Iapheti familia præ cæteris sobolescens nimis in arctum comprimeretur.

Iam quod sequitur, & habitet vel habitabit in tabernaculis Semi, interpretes aliter atque aliter exponunt. Sunt qui Dei nomen volunt ex proximo repetendum, quasi dicatur: Dilatabit (quidem) Deus Iaphetho, sed habitabit (idem Deus) in tentoriis Semi. Hoc est, Iapheto quidem largietur Deus ampliolem terræ portionem, sed in Semi posteris Ecclesiam sibi eliget, in quâ habitet in sempiternum. Quæ fere sunt verba Psaltis Ps. 132. 13. 14. Elegit Dominus Sionem, elegit eam pro habitatione suâ, dicens: hæc requies mea in sæculum sæculi, hæc habitabo, quoniam elegi eam. Quod toti Ecclesiæ ita conuenit, vt peculiari ratione in Christo fuerit impletum, in quô habitat (κατοικεῖ) omnis plenitudo Deitatis Col. 2.9. Is autem cum esset in terris, inter Semi posteros, id est Iudæos, habitauit, è quibus carnem sumpserat. Proinde Iohannes de Christo cap. 1. vers. 14. Verbum caro factum est, & (ἐσκήνωσεν) habitauit in nobis. Hanc expositionem multis persequuntur è veteribus Theodoretus in Gen. quæst. 58. & è recentioribus Fullerus Anglus Miscellaneorum lib. 2. cap. 4. Præiuerat è Chaldæis Onkelos qui sic habet: Dilatet Deus Iaphetho, & habitet in maiestas (ad verbum habitatio) eius in tabernaculis Semi. Hinc Arabs Herpenianus: Et habitet in lux eius, id est Dei gloria seu maiestas, in tabernaculis Semi.

Hæc interpretatio piam & magni momenti doctrinam in se continet, quam tamen aliunde puto melius probari quam ex hoc locò. Vbi illud habitet videtur pertinere potius ad Iaphethum de quô dictum, Dilatabit Deus Iaphetho, vt hæc sit mens sancti Patriarchæ, Deum aliquando Iaphethi terminos ita dilataturû vt habitet etiam in Semi fratris tentoriis. Hunc locum ita accipiunt Hieronymus in traditionibus Hebraicis, Augustinus contra Faustum Manichæum lib. 12. cap. 24. Et Chrysostomus in Genes. Homil. 29. Nempe cum versus præcedens totus ad Semum pertineat, hic totus ad Iaphethum videtur referendus. Legenti res patebit: Dilatet Deus Iaphetho, & habitet in tentoriis Semi, & Chanaan sit seruus eius, id est Iaphethi, nam de Semo iam fuerat dictum: Benedictus sit Deus Semi, & Chanaan sit seruus eius. Itaque superflue repeteretur, si de eodem Semò ageretur. Porro si ad Iaphethum id referas: Et Chanaan sit seruus eius, etiam ad illum referendum quod proximè præcedit; Et habitet in tentoriis Semi. Hæc est Caietani ratio, quæ non parum habet virium.

A Superest vt doceamus quomodo Iapheth habitauerit in Semi tentoriis, aut Chananæis imperauerit: Atque vtrumque valde est obuium. Nam idem Moses, quô referente Noam scimus hoc prophetaſſe, aliud oraculum recitat Num. 24.24. quô prædicitur fore vt כּי תהיִם Cithæi poſteri Iapheth affligant Aſſur & Eber, id eſt Aſſyrios & Ebræos Semi poſteros. Et vel Scripturâ tacente, tamen hiftoriæ nos docent Græcos & Romanos ex Iaphethi ſtirpe oriundos Aſiæ portionem inuaſiſſe quæ Semo & Chananæis obtigerat. Et ſicubi Chananæorum reliquiæ ſuperfuerant, putâ Tyri à Sidoniis, & Thebis à Cadmo, & Carthagine à Didone conditis, id omne vel à Græcis vel à Romanis exciſum.

B Sed & vocationem gentium iuſdem verbis contineri præuidit iam ante euentum Chaldæus interpres Ionathan, in cuius paraphraſi hæc verba ſunt valde notanda דְּשֵׁרֵי יִשְׂרָאֵל בְּכֹדֶשׁ אֱלֹהֵינוּ *condecorabit Dominus terminos Iapheti, & profelyti fient* (id eſt conuertentur) *filij eius, & habitabunt in ſcholâ*, id eſt templo vel Eccleſiâ, *Semi*. Nos ſcilicet qui ſumus Iapetionidæ, aut in eâdem Eccleſiâ habitamus cum Iudæis qui crediderunt, aut incredulis eiectis, eorum locum occupamus. Id ſequuntur Hieronymus, Auguſtinus & Chryſoſtomus in locis ſupra citatis.

C Ex hæc interpretatione tria emergunt non temere prætereunda. Primo Eccleſiam dici *tabernacula Semi*, quia vſque ad Chriſti aduentum familiæ Semi fuit affixa. Vt per tabernacula taceam Eccleſiæ ſtatum in terris rectè exprimi, non modò quia Patriarchæ Abraham, Iſaac & Iacob in tentoriis habitauerunt vt peregrini, vt obſeruat Apoſtolus Hebr. 11.9. Sed & quia fidelium omnium in hæc vitâ eadem eſt conditio. Hinc Petrus in ſecundâ c. 2. verſ. 13. ἐγὼ ὄσσοι εἰμὶ ἐν τῷ ταβηρακῶ *quandiu ſum in hoc tabernaculo*. Et Paulus 2. Cor. 5. 1. ſκίματι οὐρανοῦ τῆς σαρκὸς ἡμῶν *terreſtris noſtra domus tabernaculi diſſoluatur, ædificium ex Deo habemus, domum non manuſactam, æternam in cælis*.

Secundo Iapheti poſteros olim non habitafſe in tabernaculis Semi, id eſt ad Eccleſiam Dei nullo modo pertinuiſſe, nec ſortem habuiſſe in Iacob: **D** Quod Apoſtolus docet his verbis Eph. 2. 12. *Eratis illo tempore ſine Chriſto, alienati à republicâ Iſraelis, extranei à pactis promiſſionis, ſpem non habentes, & Dei expertes in mundo*.

Tertiò eoſdem Iapheti poſteros hodie ita habitare in tabernaculis Semi vt præcipuam partem conſtituant Eccleſiæ gentium. Quamuis enim neque Semi neque Chamî liberos ab Eccleſiâ excludat Deus, in quâ nec Græcus eſt, nec Iudæus, aut Barbarus, aut Scythæ, ſed Chriſtus omnia in omnibus: Tamen hoc certum Chriſti fidem iam inde ab æuo Apoſtolorum in Europâ maximè viguiſſe, & Aſiæ partibus quæ in Iapheti ſortem ceciderunt. Quod longâ inductione demonſtrare ſit facillimum. Sed hæc ſunt alterius loci.

E Iapheti ſeptem filios recenset Moſes, & nepotes totidem. De ſeptem filiis duo ſolum in noſtram Europam migrarunt, nempe Thiras & Iauan: Quorum ille Thraciam & Myſiam obtinuit, atque Europæ fere quicquid eſt ad Septentrionem obuerſum: Hic illas Europæ partes quæ ad meri-

diem vergunt, & Mediterraneo mari imminent, Graciam putâ, & Ita-
liam, & Galliam, & Hispaniam. Ab his initiô factô, videbimus quas
Asiæ partes reliqui obtinuerint.

CAPVT SECVNDVM.

Thiras תירס Gen. 10. 2.

Ex *Thiras* *Thrax*, & pro samech in alphabetho Phœnicio, Thracia Hebræis *Thrasia*, *Thres-
sa* mulier, *Θεσσα*, *Θρησσα*, *Θρησσα*. Veteres è *Thiras* Thraces deducunt. Multa vestigia huius
nominis in Thraciâ & vicinis locis. *Athyras*, *Tyrifstasis*, *Thrasus*, *Transi*, *Agathyrsi*, *Idathyrsus*,
Tyras, *Tyris*, *Tearus*, *Tyrias*, *Thuras*, *Thures*, *Thuros*, *Theritas*, *Thero*, *Tercus*, *Therops*,
Teres, *Tiris*. Lucianus emendatus. Ortelius notatur. *Thiras* Arabi interpreti Persæ.

T*Hiras* putatur esse *Θεζ* samech & ζ permutatis, vt in alphabetho
quod Græci à Phœnicibus acceperunt, in quo litera ζ occupat lo-
cum literæ samech. Inde est quod *Thrasia* תראסיה per samech scribitur à non-
nullis Hebræorum. Iosephus filius Gorjon historiæ lib. 2. cap. 8. editionis
Venetæ, Alexandrum Magnum inducit ita loquentem; *Audite me prin-
cipes Macedonia* ותראסיה ותלאסיה (legendum ותראסיה ותלאסיה) Θ *Thra-
sia*, Θ *Thessalia*. *Thrasia* id est *Thracia*. Neque aliter Abraham Zacuth
in libro Iuchasin fol. 145. a. תראסיה ותירס Et *Thiras* sunt populi *Thrasia*.
Quin & Græce mulier è Thracia *Θησσα* & *Θρησσα* & *Θρησσα* dicitur, quæ
ab Hebræo *Thiras* proxime absunt.

Ioseph. an-
tiq. l. 1. c. 7.

E *Thiras* Thraces deducunt hi veterû quantum memini. Iosephus, cu-
ius verba sunt: *Θησσα* & *Θρησσα* & *Θρησσα* & *Θρησσα*. *Thiras* autem *Thiras* vocauit eos quibus imperauit. Græci autem
Thraces ipsos vocarunt. Eusebius: *Θησσα* & *Θρησσα* *Theras* [id est *Thiras*)
ex quo *Thraces*. Eustathius Antiochenus: *Θησσα* & *Θρησσα* & *Θρησσα* & *Θρησσα*.

Euseb. in
Chron.
Eust. in He-
xæm.

Epiph. ad-
uers. Hæref.
1. 1. 5. 7.
Hieron. in
tradit. Hebr.
Iud. Orig.
l. 9. c. 10.

Epiphanius: *Θησσα* & *Θρησσα* & *Θρησσα* & *Θρησσα*. Hieronymus: *Thiras* Thraces quorum non satis immutatum est
vocabulum. Ita etiam Isidorus & alij recentiores: Et è Chaldæis Ionathan
& Ierosolymitanus interpres pro *Thiras* habent תירס *Thraces*.

Epiph. ad-
uers. Hæref.
1. 1. 5. 7.
Hieron. in
tradit. Hebr.
Iud. Orig.
l. 9. c. 10.

Quin apud Thraces & vicinos populos multa supersunt vestigia huius
nominis. *Athyras* portus, & sinus, & fluuius circa Byzantium in Propon-
tidem exiens, apud Plinium, Melam & Ptolemæum: *Tyrifstasis* vel *Tirif-
stasis* vrbs in Thraciæ Chersoneso apud Plinium & Demosthenem. Et *Thra-
sum* Θεσσα tractus Thraciæ apud Procopium lib. 4. ædificiorum. Et *Transi*
Thraciæ populus ad Hæmum montem Herodoto 5. & Liuiio 38. & Hesy-
chio. Stephanus à Græcis vocari scribit Α' *αθύρσιος* *Agathyrsos* quod ip-
sum nomen vltimâ sui parte videtur alludere ad *Thiras*. Vt & *Idathyrsus*
regis Scytharum nomen ad Istri ostia, quem Darius bello est aggressus.
Vide Plutarchi apothegmata. Eodem pertinet *Tyras* Mysiæ vrbs ad am-
nem cognominem, cuius ostium non procul abest à Danubij ostiis. Vide
Herodotum, Strabonem, Plinium, Ptolemæum. In Hesychio perperam
scribitur *Tyris*. His addendus *Teraus* annis Thraciæ fontibus duodequa-

Epiph. ad-
uers. Hæref.
1. 1. 5. 7.
Hieron. in
tradit. Hebr.
Iud. Orig.
l. 9. c. 10.

A draginta insignis cuius aqua scabiem & alios morbos curat. Vide Herodotum lib. 4. cap. 89. & 90. Et Plin. lib. 4. cap. 11. Et in proxima Bithynia Gallus, vnde Galli Cybeles, dictus olim *Tyrias*, vt in Stephano habetur.

Sed & huc videntur alludere vetustissima Thracum nomina. *Θήρας* *Thiras* vnum è nominibus Martis qui fuit Thracum Deus. Ab alijs scribitur *Θήρας* & *Θήρος*. Vnde in Homero *Θήρας* *Θήρος* *Αήρας*. Tamen à Dorotheo poeta vetustissimo passim vsurpari tanquam proprium Martis nomen obseruat doctissimus Salmasius in Solinum pag. 1235. Quin & *Theritam* cognominari de nomine *Theris* nutricis tradit Pausanias in Laconicis: *Θηρίτιον δ' ἐπὶ τῷ μύθῳ τῆς ἀπὸ Θηρίας καὶ τῶν δ' Ἰσθμῶν τῆς Ἀργείας λέγουσι.* Nec reticendus hic *Tereus* Martis filius, primus Rex Thracum, quo in fabulis poetarum nemo decantatior, Nec *Therops* de quò Diodorus lib. 3. in eadem Thraciâ Rex à Baccho constitutus Lycurgi loco. Nec *Odryfarum* Rex *Teres* de quò Lucianus in Macrobijs ex Theopompo. Hodie legitur *Θήρας ὁ Ὀδρυσῶν βασιλεὺς*: Vnde interpres *Teres Drysorum Rex* qui nullibi sunt. Itaque legendum *Ὀδρυσῶν Odryfarum* quæ Thraciæ gens est notissima. Miror Ortelium hoc non vidisse, qui *Dryfos* suspicatur nomen esse gentile à *Drys*. At inde fierent *Δρυφς* vel *Δρυσίδαί*, non *Δρυσοί*. Stephanus: *Δρυς πόλις Θράκης &c. ὁ πόλις Δρυεὺς ἐξ Δρυφς.* De cætero *Drys* non est regnum, sed oppidulum, quod nunquam habuit proprios reges: At *Odryfarum* regnum in latitudinem patebat ab Abderis ad Istrum iter vndecim dierum, & in longitudinem à Byzantiò ad Lezos, vel vt apud Thucydidem legit Stephanus ad Lainos populos Paëonicos circa Strymonem iter tredecim dierum. Sed quod rei caput est, in eodem Thucydide legitur primus *Teres Sitalcis pater*, *Odryfarum* regnum amplificasse: *Ὁ δ' Ἰθήςος*, inquit, *ὁ τῷ Σιτάλκῳ πατὴρ; αὐτῶς Ὀδρυφς τῶν μεγάλων βασιλείων ἀπὸ τῶν ἄλλων Θράκης ἐποίησε* Hic autem *Teres Sitalcis pater primus Odryfarum regnum reliquâ Thraciâ maius reddidit*. Et de eod. Plutarchus in libro *Apophthegmatum*: *Θήρας ὁ Σιτάλκῳ πατὴρ ἔλεγεν, ὅποτε χεράζοι ἐξ μὴ τετρατόβου, τῶν ἰσποκέμων οἰεσθῆναι μηδὲν ἀφ' ἑρῆν.* *Sitalcis* etiam filius fuit *Teres* nomine quem ciuitate donarunt Athenienses. Consule scholiastem Aristophanis in *Acham.* Act. 1. Sc. 4. Est & *Tiris* Thracicum nomen. *Polyzenus Stratag.* lib. 4. cap. de Antiocho Antiochi filio: *ἔχον σὺν αὐτῷ Θρακῶν διπυραίδας πολλοὺς ὧν ἡγεμῶν ἦν Τίρις ἐξ Δρομυχάτης* *Multos secum habens nobiles Thracas quibus præerant Tiris & Dromychætes.* *Thiras* Arabs *Parif.* editionis *Περσας* interpretatur, quomodo & quidam Ebræi.

CAPVT TERTIVM.

Iauan ꝑ Gen. 10. 2.

Iones non dici ab *Ione* Xuthi filio, sed ab alio antiquiore *Ione* qui Hebr. est *Iauan* filius *Iapheth*. *Iauan* in Gr. vers. Ἰωναν. Iones Homero *Iaones*, al. *Iannes* & *Iades*. Ionum nomen præter Athenienses etiam Boeotos & Achaos complectitur & Macedonas. Mare Ionium. Ionum colonia in Asiam profecta, non fuit ex solis Atheniensibus. Iones è Thraciâ vsque ad Isthmum. Alexander rex Iauan Dan. 8. In columna Thesei quæ stetit vsque ad Codrum, Ionia opponitur Peloponneso. Mancipia ex Iauan Ezech. 27. id est Ionica & Græca, quæ maximè in pretio. Atossa Darium impulit ad bellum Græcis inferendum, vt ancillas inde haberet. Aes ex Iauan in Ezechiele, id est Euboicum, & ferrum ex Iauan id est Macedonicum & Aonium vel Boeoticum.

QVominus Ionum nomen referatur ad Iauan, quæ Iosephi sententia est, adeoque veterum & recentiorum omnium, videtur obstare quod Græci scribunt de Ionum origine. Summa est Xuthum Hellenis filium Deucalionis nepotem è Phthiotide Athenas concessisse regnante Pandione, Creusam Pandionis sororem duxisse in coniugem, filium quem ex Apolline scilicet illa conceperat adoptasse, atque Ionem ideo vocasse quod Ἰωνι eunti in Apollinis templum primus occurrisset. Hunc Ionem, bello in Eumolpum Thraciæ regulum feliciter confecto, tantam consequutum esse gloriam, vt ab eò deinceps non Athenienses solum, sed & Atheniensium coloni omnes Iones dicti fuerint. Sed tota hæc narratio mihi quidem valde suspecta est: Neque enim verissimile est priscum nomen antiquasse Athenienses in bellici ducis gratiam. Hoc ad iniuriam Erechthei pertinuisset, qui Athenis tum regnabat. Itaque Græcorum historiographos puto inuitos huc confugisse, quia nullum nouerant Ionem antiquiorem. Sed is commodum hinc sese offert, *Iauan* scilicet vel *Ion* filius *Iapheth*. Nam vocalibus ademptis Hebraeorum ꝑ utroque modo potest legi. Græci interpretes legerunt Ἰωναν. Inde, inquam, *Iones* dicti qui Homero *Iaones*, aliis *Iannes* & *Iades*. Nempe Græcis id solemne est vt peregrina vocabula variè detorqueant. Interim Homeri *Iaon* maxime accedit ad *Iauan*. Ionum porro nomine nolim solos Athenienses aut Atheniensium colonos intelligi. Quamuis ita accipiant Herodotus, Aristoteles, Heraclides, Strabo, Plutarchus, & alij. Haud dubiè patuit olim hoc nomen multo latius. Nam Achaos etiam & Boeotos Ionum nomine contineri habetur in Hesychio. Quò refero quod à Strabone Ionicus campus ponitur in Boeotiâ. Et in Homeri hymno in Apollinem Iaones sunt Delij: Macedoniam etiam huc pertinuisse cum vicinis gentibus ad occasum docet quod Ionium appellatur mare illis obtentum. Proinde Chaldæi interpretes pro *Iauan* hinc habent Macedoniam. Neque verò ex solis Athenis educi potuit Ionum tam numerosa colonia quæ Androclo duce Codri filio in Asiam profecta duodecim vrbes condidit, in his Ephesum, & Miletum, & Phocæam, vrbes maximas, præter insulas Samum & Chium. Itaque Miletum, & Colophonem, & Prienes conditores Pylios aut Thebanos fuisse fatetur Strabo, non Athenienses. Atque vt scias coloniam hanc vn-

Hiad. N. 689. Hesych. in Ἰωναν. Ηιερροκρατ. in Ἀπολλωνος πατρῶος. Apud Ηιερροκρατ. in Ἀπολλωνος πατρῶος.

V. 147. & 152.

A decunq̄e fuisse collectam, Asiaticos Ionas Herodotus habuisse scribit
τέσσαρες γλώσσαις χαρακτῆρας quatuor linguæ characteras, id est idioma-
 ta, vnum solum habituros, si fuissent ex vnâ ciuitate profecti. Vno verbo
 ad Ionas pertinuisse puto Macedones & plerosque Græcos. Quin iuxta
 Scholiasten Aristophanis in Acharnan. *πῶτα τοὺς Ἑλλῶνας ἰάονας ἢ βαρβαροὺς*
ἐκαλοῦν omnes Græcos barbari Iacones appellabant. Crediderim tamen
 vsum sic voluisse vt ij potissimum Hebræis Iauan vel Iones dicerentur qui
 è Thraciâ habitauerunt vsque ad Isthmum. Hinc est quod Alexandrum Da-
 niel cap. 8. v. 21. appellat regem Iauan. Confirmat id quod diximus colum-
 na olim à Theseo in ipso Isthmo erecta cum hâc inscriptione, quâ parte
B spectabat Megaram, *τὰ δ' ἔχ' Πελοπόννησος, ἀλλ' Ἰωνία* Hæc non sunt Pello-
 ponnesus, sed Ionia, & quâ parte Peloponnesum, *τὰ δ' ἔστ' Ἰωνία* Hæc sunt Peloponnesus, non Ionia. Huius columnæ mentio est apud
 Plutarchum & Strabonem qui eam stetisse scribit vsque ad Codri regnum,
 id est per annos circiter centum & quinquaginta.

Plut. in
Thec. Strab.
l. 9.

Mancipia ex Iauan id est Græca & Ionica venalia Tyri prostitisse scribit
 Ezechiel cap. 27. vers. 13. vt quæ in toto Oriente maximè essent in pretio.
 Heliodorus lib. 7. *σωαπέελλε ἡ ἐν ἀνδράποδα ὑπερήσθημενα, κέριον μὲ τῆ*
Χαεικεία, παιδάειον ἢ Θεαγίδ, ἢ μὲ Ἰωνία, πλὴν ἢ ἠλικίδου ἡβης ἐν-
C *ὄς* Misit etiam mancipia quæ illis seruirent, Charicleæ quidem puellam,
 puerum vero Theageni, genere quidem Ionica, ætate vero intra pubertatis
 annos. Et lib. 8. *ὁ οἰνοχόη τῆ Κυβέλη παιδικαίειον, ὡς ἢ Ἰωνικῶν ἄπειρον*
 puella quæ erat à poculis Cybele, erat autem vna ex Ionicis. Hinc apud Ae-
 lianum de animalibus lib. 11. cap. 27. cur Græcis bellum inferretur causa
 fuit Darij vxor Atossa Cyri filia *ποθήσασα θεραπείας κτήσασθαι Ἀθίνας ἐν Ἰαυαίς*
 cum ancillas Atticas & Ionicas possidere summè cuperet. Itaque eadem in
 Thaliâ Herodoti, virum qui valde erat vxorius his fere verbis sollicitat.
 Omissò bellò in Scythas, qui quandocunque voles tui erunt, aduersus Græciam
 expeditionem para: *ὀπίθ' ἡμῶν ἡ λόγῳ πυνθανομένη, Λακωνίας τε μοι Ἰωνίας θερα-*
D *πείας, ἐν Ἀργείας, ἐν Ἀθίνας, ἐν Κορινθίας* Lacænas enim & Argiuas & Co-
 rinthias mihi ex famâ cognitâ seruas habere exopto. Ad quem locum Clau-
 dianus ita alludit lib. 2. in Eutropium:

Falices aliæ, quas debellata maritis

Oppida, quas magnis quasita viribus ornant

Exuniæ; quibus Arginæ, pulchræque ministrant

Thessalides, famulas & quæ meruere Lacænas.

Martialis etiam lib. 4. Epig. 66. seruos ex eâdem gente ita commendat:

Nec tener Argolicâ missus de gente minister.

Et lib. 7. Epig. 79.

Sed Mitylenæi roseus manzonis ephelus,

Vel non cæsus adhuc matre iubente Lacon.

E In eò ipso Ezechielis loco quem citauimus, commendatur æs ex Iauan, id
 est Græciâ. Euboicum æs intelligo de quo Strabo lib. 10. *ἐν μέταλλον δ' ὑπερ-*
χ' ἡνωμένον χαλκῶ ἐν σιδήρῳ κοινόν, ὅπερ ἔχ' ἰσορροπία ἀλλαχ' ἀρβύλων mirabile
 etiam metallum æris & ferri commune ibi fuit, quale negant alibi extitisse.

Et aliquantò post vers. 19. agit idem Ezechiel de ferro ex Iauan, id est Macedonia, si Iauan idem significatur qui supra. Geographus anonymus sub Constantio cap. 34. de Macedonia: *Eiicit* (id est mittit) *ferrum & plumbum*. In quem locum multa obseruat de metallis Macedoniae doctissimus Gothofredus qui Geographum illum primus edidit. Quibus addo ex edicto Pauli Æmilij apud Liuium lib. 45. *Metalla quoque auri atque argenti in Macedonia non exerceri, ferri & æris permitti*. Et Boeoticum ferrum de quò Dionysius Perieg. v. 476.

Ἀόνιον Ἰμνηθεῖσα πολυγλώχην σιδήρῳ.

Aonium multâ quam scidit cuspide ferrum.

Aonium id est Boeoticum vt Eustathius recte monet. Aones enim βαρβαρον οἰκῆν, πότε ἐν Βοιωτία gens barbara quæ in Boeotiâ quondam habitauit. Sed cur suspicer Iauan de quò ibi Ezechiel esse in Arabiâ Fœlici dixi cap. 21. lib. 2.

CAPVT QVARTVM.

Elisa πωλλὰ Gen. 10. 4.

Elisa, aliis Hellas, Acolis, Elysi campi, Almesisa seu Mopsuestia. Potius *Elis* & in genere Peloponnesus. In Ezechiele purpura ex insulis Elise, id est ex Peloponneso & vicinis insulis. Purpura Laconica, & in sinu Corinthiaco, & Hermionica Suis repta, & Coa, & à Nisyro vnâ Cycladum, & à Carpatho, & à Cytheris, & ex Gyro, & ex Amorgo. Byssus & purpura cur promiscuè sumpta. Byllus in Elide, in Græciâ nusquam alibi.

Iauanis filij quatuor Elisa, Tarsis, Kethim, Dodanim, à quibus prouincia totidem denominata. Elisa Chaldaeis est πωλλὰ *Hellas*; Iosepho *Æoles*; Vilalpando *Elysi campi* in Fortunatis insulis; Arabi interpreti Parisiis nuper edito πωλλὰ *Almesisa*, id est Mopsuestia Ciliciæ oppidum: Mihi Peloponnesus, in quo *Elis* vetustissima est & amplissima regio, cuius vna pars ab Homero vocatur *Alisium*. Proinde cum purpuræ meminit Ezechiel ex Elisâ allata cap. 27. ve. f. 7. Elisâ nomine Peloponnesum intelligo, in quo purpuræ piscatio circa Eurotæ ostia in veterum scriptis celeberrima. Plinius lib. 9. cap. 36. *Ros purpuræ præcipuus est Asia, & in Laconicâ Europæ*. Pausanias in Laconicis: Κόχλους δὲς βαφλῶ πορφύρας παρέχουσι τὰ ἐπιγαλγία τὰ Λακωνικῆς ἐπισηδοτάτας μετὰ γὰρ τῶν Φοινίκων γαλγίαν *Conchas ad tinctoriam purpuræ maritimæ partes Laconica post Phanicum mare aptissimas præbent*. Horat. lib. 2. Od. 18.

---- nec Laconicas mihi

Trahunt honestæ purpuras clientæ.

Statius lib. 1. Sylua 2.

---- quis purpura sæpe

Oebalis, & Tyrj moderator liuet aheni.

Val. Flaccus lib. 1.

Illic Tanario pariter tremat ignea succo

Purpura.

Etiam in Corinthiaco sinu reperiatur purpura, sed in Phocide circa Anticyram

A ticyrā cuius plerisque incolae purpuræ fuisse piscatores testatur Pausanias in Phocicis. At in Peloponneso non procul à Mycenis fuit Hermione vrbs ad Argolicum sinum purpuræ prouentu nobilis, quæ à Plutacrho Hermionica dicitur, cum Sulis ab Alexandro captis, ibi narrat πορφύρας Ἑρμιονικῆς ὑπερήναι πάλαι πεντακίχλια, συγκειμένης μὲν δὲ ἐπὶ δίκῃ δέοντων Ἀχαιῶν, ἀέσφατον δὲ δ' αὖθις ἐπὶ καὶ νεαροῖν φυλακίαις purpuræ Hermionica inuenta fuisse talentorum quinque millia, annos seruata decem minus ducentis, quæ florem recentem adhuc ac nouitium retineret. Itaque etiam de hâc purpurâ potest accipi locus Ezechielis quem diximus de purpurâ ex insulis Elisæ. Adde Coam purpuram & conchylia Coa ex Ægei maris insulâ Co prope Cariam. Iuuenalis Sat. 8.

--- Spartana chlamys, conchylia Coa.

Horatius lib. 4. cap. 13.

Nec Coæ referant iam tibi purpuræ.

B Vbi Acron: Coæ pretiosæ à loco: in hâc enim insulâ melior (id est optima) purpura tingitur. Vnde est quod insula Nisyros, tam vicina Co ut crederetur eius esse fragmentum, ἐκδοθέν δὲ Πορφύρας ἀπὸ τῆς ἐν αὐτῇ πορφύρας vocabatur etiam Porphyris à purpuris quæ in eâ sunt. Author Stephanus in Ethnicis. Ita etiam Carpathus olim dicta Porphyris, teste Eustathio, à purpurarum copiâ. Et Cythera Πορφύρα, ut ab Aristotele scribitur, ἀπὸ τῆς καλῆς πορφύρας, vel ut habet Eustathius ἀπὸ τῆς καλλίστης ἔχει πορφύρας quia eximias habet purpuras. Rhodiæ quoque purpuræ meminit Vitruuius l. 7. c. 13. Hoc rubrum, inquit, Rhodo etiam insula creatur. Sed nec eâ caruisse Gyarum, Cycladum vnam, quantumuis cætera inopem, colligere est ex Luciani Toxari, in quô Agathocles ut amico Dinæ in Gyarum relegato victum quæreret, παραδόντες αὐτῷ τοῖς πορφύρεσι συγκρατεδύετο purpurarijs operam suam locans, cum iis urinabatur.

C Est & è Cycladum numero Amorgus à quâ Amorginæ vestes, id est purpureæ, si credimus Etymologo. Nec desunt qui ad Ἀμοργον & Amorgina aludere putent Hebræum nomen ארגמן argaman quo hîc utitur Ezechiel. Sed de his plura deinceps lib. 5. cap. 12.

D Aliud est quod intactum præterire sit religio, byssinas scilicet vel è bysso vestes, quod genus est lini tenuissimi, purpureum colorem non raro imbibisse. Vnde in Scripturâ toties byssus & purpura, vel purpura & byssus pro purpureâ bysso per figuram ἐν ἀπὸ δυοῖν. Atque inde factum ut byssus pro purpurâ sumeretur & byssinus pro purpureo. Hesychius: Βύσσις &c. χρώμα αὐτὸ τῆς ὕλης ἀπὸ λαμβανόμενον byssus color qui bysset, id est cocci, loco assumitur. Idem: Βύσσις, πορφύρα. Item, Βύσσις, πορφύρα. Suidas: Βύσσις βύσσις βεβαμμένη byssinum, bysso tinctum. Ut scias pro colore sumi. Et Arab. روى sincero colore fuit. Itaque cum purpuram & byssum promiscue sumi pateat: Fortasse in his Ezechielis, hyacinthus & purpura de insulis Elisæ fuit operimentum tuum, purpuræ nomine byssus ex Elide intelligitur de quâ Plinius vbi de asbestino lib. 19. cap. 1. Proximus byssino mulierum maximè deliciis circa Elim in Achaiâ genito. Et Pausanias in Eliacis lib. 1. Θάυμαστον δ' αὖτις ἐν τῇ γῆ Ἠλείᾳ τὸ τε βύσσιον, ὅτι ἐστὶν ἄλλο μόνον, ἐπέρασι δὲ ὑδάτι.

Ἡ ἐμὰ δὲ φέρεται ἔστι ὅτι quod quis miretur Elei agri byssum, ibi solum nec alibi
 ὑψίαν in totâ Graciâ nasci. Et paulo post: Ἡ δὲ βύσσος ἐστὶ τῆς Ἡλίδος λεωφότου
 Ἐσπῆς Ἐίρεως ἢ καὶ ἀποδίδεται ἐκ τῆς Ἐβραίων, ἔστι δὲ ἢ ὅμοιος ἕσθητι Byssus autem quæ
 in Elide est tenuitate non cedit ei quam fert Hebræorum terra, sed non est
 ita flaua. Et in Achaicis ubi de Patrensisbus focminis: Βίβλος δὲ ἀνὰ τὴν πολ-
 λῆν ἐστὶν ἀπὸ τῆς βύσσου τῆς ἐν τῇ Ἡλίδι φουμένης. Κεκυρφάλως τε φέρεται ἀπὸ τῆς ἐξ ὀπίτου
 ὑφαίνουσι πλὴν ἄλλω E bysso quæ in Elide crescit pleræque illarum visitant. Re-
 ticula enim ex eâ ἔτι reliquas vestes contexunt. Si sic purpuram accipias
 quo Ezechielis loco diximus, optime cohærebunt duo hemistichia. Nam
 in eodem versu proximè præcesserat: E bysso variâ de Ægypto fuit carba-
 sus tua ut esset tibi in velum.

CAPVT QVINTVM.

Chittim כִּיִּתִּים

Chittim Græci Citios reddunt, id est Cyprios, quia Citium in Cypro, Iosepho χεθίμ sunt
 insulares omnes. Inde כִּיִּתִּים מלכי 2. Reg. 7. reddit Regem insularum, ac si scribatur per caph.
 Chittim al. Chij, al. Indi, al. Cilicia ubi regio Cetis. Chaldaeis כִּיִּתִּים corruptè pro כִּיִּתִּים A-
 chaiâ. Chetim lib. 1. Macchab. pro Macedonia. Cui versioni fauere videtur Esaias cap. 23, & al-
 luso nominis Chittim vel Chetim ad Maecetiam. Tamen aliud Chetim, aliud Iauan. Et Prophe-
 tias de Chittim Dan. 11. 29. 30. & Num. 24. 24. ad Romanos merito referunt omnes interpre-
 tes; Chaldaei etiam qui Longobardorum circa Romam hic meminere, vnde oi irex colligitur
 eos esse recentiores. Et Ezech. 27. taxei asseres ex insulis Chetim, id est è Corsicâ insulâ.
 Massiethæ locum corruerunt. In Italiâ vrbes Cetia & Echetia & Cetus annis. Cocinthus
 in extrema Italiâ quasi כִּיִּתִּים קִרְיָהוּ Chiq Chittim terminas Cittæorum. Latini olim Cetij di-
 cebantur. Latium à latendo. Sic Chetim Arabicè est latens, Chetema latere, vnde כִּיִּתִּים Ch. Id.
 operculum. Sed & Hebr. כִּיִּתִּים recondita est Ierem. 2. 22. Quod probatur ex locis parallelis.
 כִּיִּתִּים Chittim vel inde deduci, vel eò saltem alludere. Vnde factum vt Latium redderetur.
 Illud Esaiæ de Tyro, de terrâ Chittim reuelabitur illis, non pertinere ad Macedonas, sed ad
 Citios vel Cissios prope Babyloniam multis probatur. Latij nomen vetustissimum Camefens
 etiam à latendo factam, כִּיִּתִּים camus Hebræis latens reconditum.

Dan. 11. 30.
 Es. 23. 1. 14.
 Num. 24. 24.

Chittim כִּיִּתִּים Græci interpretes Κιτίως reddunt & Κιτιέως & Κιτιάως
 id est Cyprios, si Iosepho credimus; quia in Cypro insulâ Citium vrbs
 est celeberrima, patria Zenonis Stoici, qui Κιτιέως inde appellatur. Addit idè
 omnes insulas, & loca maritima pleraque Hebraice vocari χεθίμ. Quo er-
 rore abductus Antiq. lib. 9. cap. 2. Regem insularum habet, τὴν (βασιλείαν)
 τῆς χεθίμων pro Hebræo כִּיִּתִּים מלכי ns 2. Reg. 7. 6. Ac si כִּיִּתִּים Chittim per η
 Cheth, iidem essent qui כִּיִּתִּים Chittim per caph. Iosephum sequuti Epi-
 phanius in Hæresi Manichæorum, & Hieronymus in Genesim, & Eusta-
 thius in Hexaemero, & Victor presbyter in Ieremiam Cyprum itidem vel
 Cyprios interpretantur. Atque id ipsum sequitur Arabs interpres nuper
 editus qui hic habet كيرس Cyprum. Nec dubito quin Cittæorum nomine
 vel Cyprios vel Citæos intelligat Menander, cum de Elulæo Tyri Rege
 scribit apud Iosephum Antiquit. lib. 9. cap. 14. ὁ δὲ δασυράντων Κιτιάων
 ἀναπλεύσας, ἀποστράγγετο ὠτρύς πάλιν hic ad Cittæos nauigans qui defecerant,
 eos ad obsequium reduxit.

Alij Χίως Chios malunt, alij Ἰνδῶν ἕσθη Indorum gentes apud Olympio-
 dorum & Chrysofomum in catenâ Græcorum patrum in Ieremiæ caput

A secundum. Multi Ciliciam præferunt, cuius pars non minima *Cetis* regio apud Ptolemæum & Basilium Seleuciensem libro primo de vita Theclæ.

In Chaldæis duobus pro Chittim occurrit אכניא vox nihili. Sed legendum est אכיא *Achaia*. Author primi libri Macchabæorum, haudquaquam contemnendus scriptor, putavit haud dubiè *Chittim* esse Macedones. Quippe statim initio libri narrat Alexandrum Macedonem egressum esse ex terrâ Chetim אכיא ארץ חתימ. Et cap. 8. vers. 5. Perseum illum Macedonem de quo Romani triumpharunt vocat Κιτιέων βασιλέα *Citicorum regem*. Cui sententiæ videtur non parum accedere roboris ex eò quod Esaias cap. 23.

B vers. 1. Tyriis excidium interminatus, addit fore ut reueletur, id est erumpat in illos hoc malum ארץ חתימ à terrâ *Chittim*, quod referunt ad Macedonas qui Alexandro duce Tyrum oppugnarunt & deuastarunt. Eòdem facit quod ad Cetthim videtur alludere Macedoniae vetus nomen *Macetia* vel *Macetia*, vnde Macedones dicti *Macetæ*. Hesychius: Μακεδονία, ἢ Μακεδονία. Gellius lib. 9. cap. 3. Philippus Amyntæ terræ *Macetia* rex, cuius virtute industriâque *Macetæ* locupletissimo imperio ausi &c. Aufonius de claris vrbibus cap. 2.

---- *Macetumque attollite nomèn.*

C Tamen est cur credam ארץ חתימ *Chittim* potius esse Italos. Primum argumentum hoc esto. Cum Daniel Alexandrum nominet regem *Iauan*, si dicatur idem rex *Chittim*, confundentur *Iauan* & *Chittim* quæ manifestè distinxit Moses.

Præterea eiusdem Prophetæ cap. 11. vers. 29. & 30. de Chittæis ea dicuntur quæ merito ad Romanos referunt fere quotquot sunt interpretes. *Constituto*, inquit, tempore Antiochus rursus inuadet Austrum, id est Ægyptum,

sed posterior prima non erit similis: superuenient enim naues *Chittim*, & in-

uitus regredietur. Naues *Chittim* haud dubiè sunt naues Romanorum, Caio

Popilio duce, quorum metu Antiochus re infectâ discessit. Itaque in vul-

gato interprete pro *Chittim* Romanos legas. Quam expositionem sequuntur

Græci & Latini patres, & ex Hebræis Iosephus Bengorjon, Selomo

Iarchi, R. Saadias Gaon, Aben Ezra, Iosephus Iachiades.

Sic in Balaami vaticinio Num. 24. 24. Naues ארץ חתימ à parte *Chittim*

affligent ארץ אשור & ארץ עברא, verba ארץ חתימ à parte *Chittim* Hiero-

nymus reddit de *Italiâ*, Onkelos ארץ אשור & Arabs interpres ארץ אשור de *Romanis*,

& Ierosolymitanus ארץ אשור ארץ אשור in *Lombardiâ* ex urbe magna, id est Româ. Et Ionathan ארץ אשור ארץ אשור ex *Lombardiâ*, & à

terrâ *Italia*. In utroque pro ארץ אשור *Lombardiâ* vel *Libarniâ* legendum *Lombardiam*,

id est *Longobardiam*, ex Saadiâ didici qui ארץ אשור hic & Danielis 11. 30. exponit ארץ אשור *Longobardos*. Vnde obiter colligere est

hos paraphrastas multo esse recentiores, quam credit vulgus Hebræorum, & eò demum æuo scripsisse quo in *Italiâ* Longobardi rerum potiebantur, id est post annum Christi DLXX, aut saltem in iis quædam addidisse iudæos

posteriores.

Rursus Ezech. 27. 6. Hebræa verba ארץ חתימ ex *insidis Chittim*, Chal-

dæus reddit אפוליא סמרינא è provincia *Apulia*, & Vulgatus interpres; de insulis *Italiae*. Quam versionem maxime probo. Agitur enim eo loco de Tyriorum nauibus quorum transtra dicit Ezechiel ebore distincta fuisse אפוליא in *buxis*, id est in asseribus buxeis allatis ex insulis *Chittim*, quasi dicat ex insulis circa *Italiam*. אפוליא buxum expono cum Græcis, & Vulgato, & Chaldæo interprete, & plerisque Hebræorum. Buxus porro nullibi crassior quam in *Corficâ* insulâ *Italiae* proximâ. De hâc buxô sic *Plinius*: *Buxus Pyrenæis ac Cytoriis montibus, & Berecynthio transtru; crassissima in Corficâ*. Et apud *Theophrastum* buxi arbores in *Corficâ* insulâ (ἐν Κύριω, non ἐν Κυρήνη, vt viri docti rectè corrigunt) leguntur esse μέγιστοι ἐν κρήνησι maxima & pulcherrima, & δὲ μήκεις proceræ, & πίχες ἔχουσαι πολὺν ὄστρον ἅλλας multo crassiores cæteris. Et *Diodorus* lib. 5. Φύεται δὲ ἐν τῇ Ἰνσουλῇ τῇ ἐν Κρήνῃ πλείστη ἐν Αἰθιοπείῃ plurimum quoque buxi eiusque præstantissimi in illâ insulâ nascitur. Itaque in buxi speciebus nulla materies aptior ad transtra nauium fabricanda, quæ ipsa latitudo commendat. Neque hæc insula Phœnicibus potuit esse inaccessa, quorum agnati *Carthaginenses* *Sardiniam* tenebant huic prope contiguam: sed & ipsi *Corficæ* aliquandiu imperarunt. Proinde valde verissimile est agi de hâc specie buxi in *Ezechielis* loco, cuius mentem *Masorethæ* cum non satis perciperent, vocem אפוליא in duas perperam diuulserunt, & alienis vocalibus appositis corruerunt, quod in auia traxit nuperos interpretes. Tamen *Chaldæus* rectè reddidit אפוליא בושין אפוליא בושין afferes buxeos ebore obductos. Et *R. Selomo* monet non posse aliter intelligi quam de arbore, ita vt legatur אפוליא, ac si esset אפוליא בושין una dictio: Quô nihil esse verius experienti constabit.

a Ef. 41. 19.
b Ibid. & Ef. 60. 13.
c Ibid. & hoc ipso loco.
d R. Iona, Kimchi. R. Selomo &c.
Plinius l. 16. c. 16.
Hist. l. 3. c. 17.

Iam si nominis *Chittim*, vel *Chetim*, vt veteres scribunt, vestigia quæras in *Italiâ*, occurret in ipso *Latio* vrbs *Κητῖα Cetia* apud *Halicarnasæum*, vna è septem vrbibus à *Coriolano* captis, quas in eius vitâ *Plutarchus* testatur fuisse μεγάλας ἐν πολυδρόμοις magnas & populosas. Occurret item Ἐχέτια *Echetia* *Italiae* vrbs apud *Stephanum*, eadem vt videtur cum *Echetra* vel *Ecetra*, in *Volscis* clarissimâ, & inter *Æquos* & *Hernicos* loco valde commodo sitâ, cuius post *Dionysium* & *Liuium* meminit idem *Stephanus*. Et circa *Cumas* Κητὸς *Cetus* fluius in quo tradit *Aristoteles* plantas ἀπολιθῶσαι. Vnde *Cetum* colligas cum esse fluium quem alij *Silarum* vocant. Nam de *Silaro* *Campaniæ* amne id ipsum referunt *Strabo*, *Plinius*, *Silius Italicus*.

l. 3. p. 176.
Dionys. Halic. l. 4. c. 2. 10. Liui. lib. 2. & 3. Arist. lib. de Mirab. Strabo in fine lib. 5. Plin. l. 11. c. 103. Sil. l. 8. vers. 322.

Eodem refero quod *Cocinthum* quasi אפוליא בושין choq *Cittim* terminum *Cittæorum*: veteres appellarunt extremum *Italiae* promontorium, de quo *Polybius* lib. 2. δὲ ἀφ' οὗ μάλιστα ἀρχαῖται τὴν Ἰταλίαν εἰς τὴν μεσημβρίαν ὁ ἀπὸ τοῦ Ἰμῆ Κοκινθῶς. Videtur esse quod vocât hodie *Capo di Stilo*, quia *Plinius* medium ponit inter *Lacinium* & *Leucopetram* lib. 3. cap. 5. Ibid. cap. 10. *Cocinthum* esse longissimum *Italiae* promontorium aliqui existimant. Et in *Antonino* *Cocinthum* oppidum *xxi* pass. distat à *Scylace* vel *Scylacio* hodie *Schilaci*. אפוליא בושין choq pro termino reperitur l. 26. 10. Pro. 8. 29. &c.

Nec desunt qui Romanos & Latinos asserunt è *Cittis* vel *Cetiis* traxisse

A
B
C
D
E

A originem, atque hanc illis fuisse priscam appellationem. Eusebius: Κίτιοι
 ἔξ Ἰταλίας, ἢ Ἐπιρωτοὶ. *Citij* populus ex quo Latini qui & Romani. Chroni-
 con Alexandrinum: Κίτιοι ἔξ Ἰταλίας, ἢ Ἐπιρωτοὶ. Ex Κίτιοι factum πόσις
 per scribarum imperitiam. Cedrenus in Annalibus: τὸ Ἰταλίας ἐκαλεῖσθαι
 ὁ γὼς τῷ Ἡρακλέει δὲ τῷ Αὐγῆς Τηλεφῶ, ἢ μετ' αὐτὸν γὼς αὐτῶ Λατίνῳ ἔτη
 ιη. ὃς ἑστὶ Κητῆρας ἐπωνόμασε Λατίνος. Suidas: Λατίνῳ ἢ Ἐπιρωτοὶ. Τηλεφῶ
 ἦ γὼς Ἡρακλέει ὁ ἐπιρωτικός Λατίνῳ μετωνόμασε ἑστὶ πάλαι Κητῆρας λεγομένους
 νῦν Λατίνους *Latini qui nunc Romani*. Telephus enim Herculis filius cognomento
*Latinus eos qui olim Cetij vocabantur, mutato nomine Latinos nominavit ut
 nunc vocantur.*

B Quid si in ipsa voce *Chittim* Latinorum nomen lateat. Saltem à latendo
 dici Latium plerique consentiunt. Sic Herodianus lib. 1. Saturnum nar-
 rat apud Ianum κρυπτόμενον λέγειν ἔχειν ἢ δὲ ὄνομα δοθῆναι ἢ γὰρ ἢ Ἰταλίας abscon-
 ditum latuisse, unde & nomen *Italia* loco inditum, nempe Latio ut statim
 additur. Eutropius lib. 1. *Hic Saturnus quia in Italia latuit, ab eius late-
 bra, Latium appellata est.* Ovidius in Fastis lib. 1.

Et dicta est Latium terra latente Deo.

Virgilius lib. 8. *Aeneidos:*

----- *Latiumque vocari*

Maluit, his quoniam latuisset tutus in oris

C Ad quem locum ita alludit Minucius in Octauio: *latebram suam, quod tuto
 latuisset nominari maluit Latium.* Et in eodem sic Seruius: *Virgilius Latium
 vult dici, quod illic Saturnus latuit. Varro autem Latium dici putat, quod
 latet Italia inter precipitia Alpium & Apennini.* His duabus sententiis
 quarum vna fabulosa est, alteri cum situ locorum parum conuenit, liceat
 tertiam addere quam doctorum iudicio submitto libens. Ea sic habet,
 Latij vocem, quæ à latendo deducitur, effectam fuisse ad instar Hebrææ
 חֵתִים *Chittim*. Nam Arabicâ dialecto, quæ Hebrææ linguæ ramus est, חֵתִים
chetema est abscondere, & חֵתִים *chetim* occultus, latens. Hæc voce nihil
 frequentius. Hinc in Prouerbiis Abi-Vbeid Pro. 60. חֵתִים מֵחֵתִים *men che-
 tema* firrobo qui abscondit secretum suum: Et rursus Pro. 155. חֵתִים מֵחֵתִים *non
 teg rem illum.* Et in Anonymi adagio 51. *Non est scientia nisi quæ est חֵתִים
 recondita in pectore.* Idem vocabulum extat Luc 8. 17. pro Græco ἀπόκρυφον.
 Sic חֵתִים ἔστι κεκρυμμένους 2. Cor. 2. 3. Et חֵתִים ἔστι ἀφανῆς Hebr. 4. 13. Et
 חֵתִים ἔστι κρυπτόμενος Luc 1. 24. Et חֵתִים מֵחֵתִים *non abscondam* Pl. 50. 14. Inde חֵתִים
 Chaldæis est operculum: pro quò corruptè legitur חֵתִים in Ionathane Num.
 31. 23. vt in margine notauit Hebræus scholiastes. Sed & apud Hebræos
 verbum חֵתִים fuisse in vsu liquet ex Ieremiâ, in quo Deus populum suum
 ita compellat cap. 2. vers. 22. חֵתִים מֵחֵתִים *recondita est iniquitas tua coram
 me.* Omnino ita vertendum. Neque enim ad rem facere quæ hîc afferunt
 interpretes cordato lectori liquebit. Sed Arabicæ linguæ ignaros hæc la-
 tuisse nihil mirum est. Quanquam ex locis parallelis explicari potuisset
 hic locus. Qualis est ille Mosis Deut. 32. 34. *Nonne illud est חֵתִים reconditum
 apud me, חֵתִים obsignatum in thesauris meis? mea est ultio & retributio &c.*
 Et alter Iobi 21. 9. *Deus חֵתִים abscondet, id est reponet filiis iniquitatem*

eius. Tertius item Osee 13. 12. צרור *Ligata est* (vt in marsupio nummi) *iniquitas Ephraim*, צפונה *absconditum est peccatum eius*, id est coram Deo reconditum atque altâ mente repostum. Quæ sunt ipsissima Ieremiæ verba, nisi quod vitur voce צפון pro כפום & צפון quarum illam vsurpat Moses, hanc Iobus & Oseas. Itaque צפון *chatam* Ieremiæ plane idem est quod כפום & צפון recondere & abscondere. Ita vt צפון *Chittim* inde deductum per *Latium* rectè explicetur.

In Num. 24.
24.

Si *mem* finale dixeris notam esse pluralis numeri, nec ad radicem pertinere, hoc tibi probandum incumbet contra Aben-Ezram, cui *Chittim* est צפון *nomen singulare*, quamuis pluraliû formam imitetur. Quod tamen mihi perinde est. Nam sola allusio vocum צפון *Chittim* & צפון *chetim*, quarum hæc latentem sonat, veteribus potuit ansam dedisse vertendi *Chittim* in *Latium*. Tale est quod צפון Hieronymus Faunos explicat à quibus terrores Panici, quia צפון est terribilis, quamvis צפון in צפון seruire sit non radicale.

Es. 23. 1.

Iam si obiicias illud Esaiæ de Tyro, *de terrâ Chittim reuelabitur illis*, vt probes *Chittim* esse Macedones à quibus excisa est Tyrus. Respondeo hæc perperam referri ad Macedones, quia in illo capite non agitur de postremo Tyri excidio, quod sub Alexandro contigit, sed de priore, cuius author Nabuchodonosor. Itaque valde incertum est quorsum hîc fiat mentio terræ *Chittim*; Atque in eo nodo soluendo non parum laborant interpretes. Diuinat Moses Kimchius mercatores è terrâ *Chittim* Babyloniam profectos authores fuisse Chaldæis vt Tyrum obsiderent, & rem aggressuros consilio iuuisse atque opibus, naues etiam aliquot iis accommodasse. Sed eruditi sciunt Europæos illo æuo nihil habuisse commercij cum Chaldæis. Neque enim Megastheni temerè credendum puto, referenti Nabuchodonosor (is illi est Nabuchodonosor) vsque ad columnas Herculis penetrasse, belloque in Hispaniam illato Iberes inde ad oram Ponti dexteram deportasse, id est in Iberiam Asiaticam. Sola nominum similitudo ansam dedit huic commento, in quo si quid subesset veri, res non latuisset Græcos, quibus ante Alexandri tempora Nabuchodonosor ne de nomine quidem erat notus. Nihilò verius est quod coniectat Selomo Iarchi, istis Esaiæ verbis, *de terrâ Chittim reuelabitur*, significari Chittæos arcanum reuelasse de Tyro obsidenda, vt Tyrii cladis futuræ conscij fugâ sibi prospicerent. Neque enim Chittæis in Occidente quicquam subolere poterat de consilio Nabuchodonosoris quem ne famâ quidem nouerant. Sed aliud affert idem Selomo quod mihi maximè probatur, hoc loco scilicet nomine *Chittim* significari צפון *Chutijim* id est Chutæos. Cui coniecturæ plurimum fauet, quod eiusdem capituli versu 12. Esaias צפון scribit geminato Iod, צפון, vt scias non agi de *Chittim* quorum nomen nusquam ita scribitur, sed de *Chutæis*. Itaque non probo quod Masorethæ alterum יוד supresserunt, quod Isaias non frustra adhibet. Sed & iidem videntur *hirc* scripsisse pro *kibbutz*, id est צפון *Chittim* pro צפון *Chutijim*. Nisi Chutæos dixeris etiam vocari צפון *Chittijim* quomodo Græcè Κιττιῖς vel Κιττιῖς. Chutæi enim iidem qui Cissij, nempe Susianæ incolæ ad ortum Babylonæ,

Apud
Strab. l. 17.
& Euseb. in
Chron. &
lib. 9. de
prepar.

- A vt alibi nos probauimus. Quâ voce sic expositâ, nemo non videt cur Tyriis malum imminere dicatur è terrâ כתיכא vel כתיים id est Sufianâ, vel quod idem est, Babyloniâ, ex quâ Nabuchodonosor. iam lege fodes versus 12. & 13. Apparebit luce clarius rem se habere vt diximus: *Virgo, inquit, filia Sidor* (id est Tyre à Sidoniis condita) *surge, transi ad Chitijim* (Chutæos vel Cirtios) *etiam illic non erit tibi requies.* Quidni vero? causam habes versu proximo. *Ecce etiam terram Chaldaeorum* (in quam deportabimini) *quam olim inhabitatam Assyrij fundauerant eremicolis* (id est vt in illam ij secederent qui antea in locis desertis habitabant) *et arces in eâ erexerant, et palatia excitauerant, eam inquam terram Deus posuit in ruinam,*
- B id est excidio destinauit. Quam Prophetiam impleuit Cyrus aliquanto post capta & vastata Babylone. Merito igitur negat Esaias etiam in illâ terrâ tutum fore Tyriis secessum.

Fuit & Latij vel Italiæ vetustissimum nomen *Camisene* vel *Camisene* iam inde à Iani temporibus, de cuius origine *Grammatici certant et adhuc sub iudice lis est.* Ad Camisen quidem omnes referunt. Sed de Camise nihil certi. Hunc enim alij cum Macrobio & Hygino & Protarcho Traliano, aduenam & imperij consortem; alij Iani fratrem faciunt cum Catone in originum libris: Alij denique Camisen asserunt sororem & coniugem fuisse Iani, vt Draco Corcyræus apud Athenæum lib. 15. Vnde videtur desumptum quod Seruius in lib. 8. *Æneidos Tiberim vel Tiberinum Iani et Camisene filium facit.* Quid si Camisen vel Camisenum dicamus id ipsum esse quod *Latium* & כתיים *Cethim*, quia כתיים *camas* Hebræis est abscondere. Hinc Moses Deut. 32. 34. *nonne illud est כתיים (camus) reconditum apud me?*

V. Macrob.
Saturnal. 4.
l. c. 6. al. 7.

CAPVT SEXTVM.

Dodanim דודנים *sive Rhodanim* רודנים

- D *Dodanim* Chaldæis *Dardani*, *Esdra*s legit *Rhodanim*. Ita etiam Samaritanus codex. Et LXX qui *Rhodios* reddunt. Sed *Rhodi* nomen tecens, & à *rosis* factum; & ipsa *Rhodus* serò nota; Et angustior quam vt suffecerit vni è filiis Iauan. *Rhodi* primi incolæ *Heliadæ* Mofi æquales. *Rhodanim* sunt *Rhodanenses* qui *Rhodano* in *Galliâ* fecere nomen. *Rhodanus* non est à *Rhodâ* vt volunt; quia *Rhodius* diceretur; Et *Rhoda* est in *Hispaniâ* vltra *Pyrenæos*. Sed à *Rhodano* *Rhodannisia* dicta *Lugdunum*, & incolæ *Rhodanenses* vel *Rhodaniti*. Eodem alludunt *Rhodumia*, *Rhedones*, *Ruieni*. *Rhodani* Phœnicibus vt Arab. *Rhadini* flauum sonat, Galli olim tam naturâ quam studio & arte flauī, Britanni minus flauī licet Borealiores, & ob hoc ipsum Gallicæ originis esse crediti. *Rutilus* tam flauum quam rufum sonat, vt Græcè *ῥαβδός*. Indidem *Celtarū* nomen vel *Galatarū*, quia *ῥαβδός* *Chalta* est *crocus*. Galli *Vrbicio* τὴν *ῥαβδόν*.

- D *Dodanim* דודנים Chaldæi *Dardanos*, recentiores *Dodonæos* interpretantur. Sed prisca lectio habuit דודנים *Rhodanim* per ר non per ד.
- E Ita habetur in genealogiis *Esdra* 1. Paral. 1. 7. Et in *Pentateuchi* versione Samaritanâ Parisiis nuper editâ. Et vtrobique Græci exponunt *Rhodios*, propter vocum allusionem. Quanquam id argumentū parum firmum est: Quia Mose recentius est *Rhodi* nomen. A *Rhodo* puellâ deducit *Diodorus* lib. 5. Grammatici *ῥαβδός* πολλὴν ῥοῦν ἀπέθετο δὲ τὴν ῥαβδόν, ἵνα εἴη φερμένη ἡ γῆ.

Alij ἀπὸ τῆς ῥόδου à rosis potius, quæ ibi magnâ copiâ succreuerint, vt in Carix continente proximo, in quâ Alabandicas rofas Plinius & alij laudant. Vt ab hortensi rosâ Rhodus nominata sit, quomodo à syluestri vicina insula Cynorrhodussa. Ita nonnulli veterum in Pindari scholiaste Olymp.

7. Τινὲς δὲ φασὶ κληθῆναι ἔγωγε, ἀπὸ τοῦ σπυδαίου ἔργου ἑῶδα quidam Rhodū vocari aiunt, quia eximias habet rofas. Vide & Isidor. Orig. lib. 14. cap. 6. Vt sit Rhodum olim multo aliter vocitatum fuisse veteres summo consensu scribunt. Heraclides: ἐκλεῖτε δ' Ὀφίωσα ἀπὸ τοῦ πληθὸς τῆς ἐόντων ὀφείων. Strabo lib. 14. Ἐκλεῖτε δ' ἡ Ῥόδος παλαιῶν Ὀφίωσα, ἔπειτα Σπυδαία, ἔπειτα Τελχινίς.

in Dionys.
V. 505.
lib. 5. c. 31.

Stephanus: ἐκλεῖτε Ὀφίωσα ἔπειτα Αἰθραία. Eustathius. Ἐκλήθη δὲ ποτε, φασὶν Ὀφίωσα, ἔπειτα Τελχινίς. Plinius: vocitata est antea Ophiusa, Asteria, Æthraea, Trinacria, Corymbia, Poessia, Atabyria ab Rege, deinde Macris, & Oloossa. Quid quod insulâ Rhodū è mari emeruisse tradunt, haud dubie quia non statim fuit nota. Ammianus lib. 17. Ἐν Ἀσίᾳ Δelos emerfit, & Hiera, & Anaphe, & Rhodus. Plinius: Clarae jam pridem insulae Delos & Rhodos memoriae produntur enatae. Heraclides: Ῥόδον πλωτῆσιν ἐπαλαίον κεκρύφθη λέγουσιν ἀπὸ τῆς θαλάσσης, ἀναφανῆσαι δ' ὕστερον ξηραίνουσαν Rhodum insulam olim sub mari occultatam fuisse fama est, postea vero arefactam comparuisse. Itaque affirmat Pindarus veterum sermonibus jaçtari, quo tempore Dij, id est filij & nepotes Noæ, terram inter se diuiserunt, Rhodum nondum apparuisse, sed in fundo maris latuisse. Verba sunt Olymp. 7.

Φασὶ δ' ἀνθρώπων παλαιῶν

Ῥήσας, ἔπειτα ὅτε

Χθονὶ δατέοντο Ζεὺς τε καὶ Ἄρνατοι,

Φαρεθὸν ἐν πελάγει

Ῥόδον ἔμμεν ποτίω.

Ἀλμυροῖς δ' ἐν βένθεσι νᾶσαι κεκρύφθη.

Vide & cā de re Philonis locum insignem in libello de mundo. Præterea Rhodus insula est angustior quam vt vni è quatuor Iauanis filiis suffecerit, quibus Europæ magna pars in sortē obtigit. Rhodus quota Græciæ, aut Italiæ, aut verò Hispaniæ portio est, regionū amplissimarum, quas alij tres inter se diuiserunt. Denique ex Zenone didici, quem libro 5. citat Diodorus, Rhodi primos incolas Heliadas floruisse circa tempora Cecropis, qui Mosi fuit æqualis. Proinde cum Mosi auo demum Rhodus habitari cæperit, Rhodaniorum nomine Moses Rhodios non intellexit. Rhodanim igitur seu Rhodanitas, nam id populi nomen est, non in insulam Rhodum, sed in Galliam appulisse putamus, circa ostia Rhodani, quem de suo nomine nuncupauerint. Certe si de voce certetur, Rhodanim ad Rhodani nomen accedit propius quam Rhodi vel Rhodiorum. Præterea videtur Rhodus cum vicinis insulis in Elisæ sortem cecidisse vt iam antea monuimus.

Sed obiectio in promptu est, Rhodanum non à Rhodanim sed à Rhodâ oppido dici, quod à Rhodiis conditum postea Massiliensium fuit. Ita Plinius: Agatha quondam Massiliensium, & regio Volcarum Tectosagum, atque ubi Rhoda Rhodiorum fuit, vnde dictus multo Galliarum fortissimus

lib. 5. cap. 4.

A *amnis Rhodanus.* Et Hieronymus in epistolam ad Galatas : *Oppidum Rhoda coloni Rhodiorum locauerunt, unde amnis Rhodanus nomen accepit.* Hæc Plinius & Hieronymus : At illorum sententiæ cur non accedam has habeo rationes. Primò amnis à Rhodâ non Rhodanus sed Rhodius dictus fuerit, cuius nominis fluuium in Troade Homerus & alij recensent. Præterea Rhodani nomen qui nouitatis arguūt debuerant priscum indicare. Neque enim ante Rhodiorum coloniam eò translata, sine nomine fuit fluuius ingens, quem inter tres Europæ maximos computant Scylax & Solinus. Rhodanum certè constanter vocant non solum Apollonius, Timæus, Polybius, Artemidorus, alij sine numero, sed & his longe vetustiores Æschylus & Euripides apud Plinium. Et Euripide non multo iunior Scylax Caryandensis. Hoc potissimum quod vt à Rhodâ nomen fortiretur Rhodanus, debuit esse Rhodæ vicinus. At à Rhodano Rhoda distat immensum quantum; vt quæ in Hispaniâ sit, non in Galliâ; procul à Rhodani ostiis terrestri itinere passuum millibus fere centum & quinquaginta. Strabo de Rhodiis : *μέχρι Ιβηρίας ἐπὶ πόντου, καὶ ἐπὶ τῷ Πόδον* (*Pódw legit Casaubonus*) *ἕκαστος, ἧς ὄρεσι Μαασηλίωπι κατέσθον ὡς ἕως ἄσπετος* *usque ad Hispaniam nauigarunt, & ibi Rhodam ædificarunt quam Massilienses postmodum occuparunt.* Pomponius Mela capite de Hispaniâ : *Proxima est rupes quæ in altum Pyrenæum extrudit; dein Thicis flumen ad Rhodam.* Ptolemæus in descriptione Hispaniæ Tarraconensis : *Ἐνδὲ γερῶν Πωδὶ πόλις*, vel vt est in emendatis exemplaribus *Πωδὴ πόλις Indigetorum est Rhode urbs.* Stephanus : *Πωδὴ πόλις Ιβηρίας Rhode urbs Hispaniæ,* Liuius : *funde Rhodam ventum & præsidium Hispanorum &c. Ab Rhodâ Emporiarum peruentum &c. Iam tum Emporiæ duo oppida erant muro diuisa, vnum Græci habebant à Phocæâ, unde & Massilienses oriundi, alterum Hispani &c.* Ex his abunde liquet illam ipsam Rhodam, quam condidere Rhodij, & Massilienses tenuerunt, in Hispaniâ fuisse, non in Galliâ. Et verò ea ipsa vrbs hodieque extat in Cataloniâ. *Roses* vocant incolæ. Iam quis in mediâ Galliâ fluuium credat traxisse nomen ab Hispaniâ vrbe trans Pyrenæos. Sed quid viris magnis imposuerit puto mihi esse compertum. Ad Rhodanum fuit Rhodanusia Massiliensium vrbs quam acceperunt pro Rhodâ. Marcianus Heracleota,

Præfat. l. 2.
Iliad. μ. 201.
Strab. l. 13.
Plin. lib. 5. c. 30.
Argonaut. lib. 4. Apud Strab. lib. 4. Plin. l. 37. c. 3. Arrian. In Periplus. Scylax. c. 417065.
lib. 14.
lib. 2. cap. 6.

Οἱ Μαασηλίωπι κτίσαντες ἔχον Φωκίης
 Ἀγάθην, Ποδάρσιον τε, Πωδάρως δὲ μέγας
 Ποταμὸς ἐκτὸς ἴσθμου
 Phocæa Massiliæ oppidi gens conditrix,
 Quam Rhodanus ingens alluit Rhodanusiā
 Habuit & Agatham.

Stephanus : *Πωδάρσια πόλις ἐν Μαασηλία Rhodanusia, vrbs in Massiliensi tractu.* Huius ita meminit Sidonius Apollinarius : *Egresso mihi Rhodanusiæ nostræ manibus.* Lugdunum videtur significare vt carmine quinto versu 578.

lib. 2. c. 6.
lib. 34.
lib. 1. ep. 5.

Obside præcepto nostræ de manibus vrbs.
 Id est Lugduni, vt ipse explicat quarto post versu.

Luc. 9. vid.
& Epi-
phan. Hæ-
resi 34. Hinc & ipsa regio Rhodanusia vocatur, & incolæ rhodanenses. Ire-
Apollon.
Argon. l. 4.
v. 627. neus Lugdunensis Episcopus: Εἰς τὴν χώραν ἡμῶν καὶ ἰμῶν τὴν Ῥοδανίαν, πολλὰς
ἔξῃ παλίν γεσι γυναικας, vbi vetus interpres: *In iis quoque quæ sunt secundum
 nos regiones Rhodanenses, multas seduxerunt mulieres.* Sed in veteri inscri-
 ptione rhodani accolæ *Rhodaniti* dicuntur. Itaque firmum hoc manet,
 nihil ob stare quominus à *Rhodanim* nomen rhodani deducatur. Atque
 eodem alludunt Rodumna Segusianorum vrbs, hodie *Roane*; rhedones
 & ruteni Galliæ populi quorum metropoles hodie *Rennes* & *Rodès*. An
 & hinc Eridani nomen quem cum rhodano confundunt scriptores vetu-
 stissimi.

Iam lector monendus est *Rhodanim* ex terminatione videri nomen
 plurale, quomodo in Misraim posteris, *Ludim*, *Ananim*, *Lehabim*, &c.
 Itaque gentilitia sunt hæc nomina, non hominum singularium. Ita vt hæc
 verba Mosis, *Misraim genuit Ludim, Ananim* &c. non ita sint accipien-
 da, ac si quis *Misraim* nomine ex se immediatè genuerit filios his nomi-
 nibus insignes. Minimè est hæc mens Prophetæ. Tantùm vult ex *Misraim*,
 id est ex Ægyptiis oriundos esse *Ludæos*, *Anamæos* &c. quomodo ex Gal-
 lis orti sunt Galatæ seu Gallogræci, & Pœni ex Phœnicibus. Eodem exem-
 plo *Rhodanim* id est rhodanenses seu Gallos recenset inter filios Iauan.
 Qua ipsa phrasi dixit Esdras 1. Paralip. cap. 2. vers. 50. & 51. Sobalem,
 Salmam & Harephum patres esse totidem urbium; Et ibid. v. 54. Salmæ filios
 esse Bethlechem, Netophathæos &c. Et cap. 4. v. 14. Ioab esse patrem vallis
charasim seu artificum, id est incolarum illius vallis. Sed hoc iam ante est
 obseruatum.

Rhodanim igitur seu rhodani ex Iauane oriundi, cum in eam ipsam
 Galliæ oram appulissent, quam multis deinceps sæculis occuparunt Massi-
 lienses, fluuium quem infederunt de suo nomine *Rhodanum*, & oram ad-
 iacentem *Rhodanusiam* appellauerunt. Porro si quæras amplius de ratione
 nominis, mihi nihil quicquam occurrit verò propius quam si veteri Gal-
 lorum linguâ (quæ vt deinceps multis probo, fuit semi-Hebræa) *rho-*
dani id ipsum fuisse dicas quod Arabibus رادني *rhadini*, id est flauum &
 croceum; *Alcamus*, رادني رادني *rhadin crocus*, احمار رادني (*achmar rhadini*) ru-
 brum flauo commixtum, rubrum flauo distinctum, Gallis, inquam, verissimi-
 le est hoc nomen fuisse inditum, propter colorem capillitij quod plerif-
 que fuisse flauum aut croceum seu rutilum probant hæc loca veterum. Li-
 nius lib. 38. *Gallis promissæ & rutilatæ comæ.* Virgilius lib. 8. *Æn.* de
 Gallis,

Aurea casaries ollis, atque aurea vestis.

Lucanus lib. 10. de Cleopatæ ministris,

--- pars tam flauos gerit altera crines,

Vt nullas Cæsar Rheni se dicat in aruis

Tam rutilas vidisse comas.

Silius lib. 3.

Iam puer auricomo performidate Batauo,

A Et lib. 4. de Sarmente Gallo.

Occumbit Sarmens, flauam qui ponere victor
Casariem, crinemque tibi Gradiue vouebat
Auro certantem, & rutilum sub vertice noxum.

Martialis lib. 5. Epigr. 38. de Erotio puellâ,

Quæ crine vixit Batici gregis vellus,
Rhenique nodos, aureamque nitelam.

Et epigr. 69. ad Lesbiam,

Arctoa de gente comam tibi Lesbia misi,
Vt scires quantum sit tua flaua magis.

B Claudianus in Rufinum lib. 2.

Ind: tri ces flauo comitantur vertice Galli.

Et Stilich. Panegyrico secundo,

--- flaua repexo Gallia crine ferox.

Diodorus: οἰδὲ Γαλατῶν τοῖς μὲν σώμασιν εἶσιν Ἀρκηκίαι, ἣ δὲ ἄρα καὶ τὸν ἐν ἡλ-
κῶν, ἣ δὲ καὶ μόνον ἐκ φύσεως ἔδρωσι, ἀλλὰ καὶ ἄλλοι ἣ κατὰσκευῆς ἐπισηδύουσι αὐ-
ξάν τὸν φυσικὸν ἣ χεῖρας ἰδρύονται. ὑπὸν δὲ ἀπὸ πλούματι σμῶντες τοῖς τεύχεσιν στυγῶν,
καὶ ἀπὸ τῆς μετώπων ἐπὶ τὴν κεφαλὴν καὶ τοῖς τέτοιον ἀναπαύουσι, ἵνα ἀφ᾽ ἑαυτῶν ὦσιν.

C ὅτε τὴν ἀρῆσιν αὐτῶν φαίνεσθαι σαυτέρας καὶ πᾶσιν ἐοικῶν. παχύνον δὲ αἱ τεύχεσιν ἀπὸ
ἣ κατεργασίας, ὅτε μὲν τῆς ἰσπῶν χεῖρας ἀφ᾽ ἑαυτῶν Galli autem corpore
quidem proceri sunt, carne autem humidi & candidi, capillis autem non solum
naturâ flauis, sed & arte student augere naturalem coloris proprietatem, cal-
cis enim ablutione crines assidue purgantes, etiam à crine in verticem atque
cervices retrahunt, ut pellucidi appareant. Ita ut Satyrorum & Panum
speciem præ se ferant. Crassescunt enim assiduâ curâ capilli, ita ut à setis equi-
nis nihil differant. Totum hunc locum non piguit hîc describere, quia do-
cet apertissimè, Gallos hunc colorem in comis aut à naturâ habuisse, aut
sumò studio affectasse. Vt Romanæ mulieres de quibus Martialis l. 8. Ep. 33.

Et mutat Latias spuma Batana comas.

D Id obiter tangit Plinius, quo loco saponem dicit Gallorum esse inuentum
rutilandis capillis ex seuo & cinere lib. 28, cap. 12. Itaque Britanni licet
Gallis Borealiores, tamen minus erant flauis. Strabo de Britannis lib. 4. οἰδὲ
ἀνδρες Ἀρκηκίαι τῆς Κελτικῆς εἶσιν, καὶ ἥσαν ἔδρωσι τῶν Viri autem Gallos
proceritate superant, & comas habent minus flauas. Atque ob hoc ipsum
Britannos Gallicæ esse originis coniectat Iornandes historix Gothorum
cap. 9. quod illis sunt rutilæ comæ. Rutilas dixit pro flauis, quomodo Am-
mianus lib. 15. Candidi pene Galli sunt omnes & rutili, capillitij ratione
scilicet. Nempe licet rutilus in capillis color Varroni sit idem qui rufus,
qui mulieres valde rufas rutilas dici asserit. de linguâ Latinâ lib. 6. Ta-
men etiam pro flauo rutilum sumi docet quod habetur in Samonico.

E Ad rutilam speciem nigros flavescere crines.

Vt & Lucani & Siliij loca quæ nuper adduximus. Et Græca vox ἔδρω-
σις ad vtrumque pariter est homonyma; Quod putauerim Clementi
imposuisse, qui pædagogi tertio Scytharum & Gallorum comis δὲ ἔδρωσιν
ita tribuit, vt aperte doceat iussum à se colorem non flauum intelligi:



Nam sequitur continuo post συγγενές τι ἔχειν τὸ χρώμα τῷ αἵματι *colorem aliquid habere cognatum cum sanguine*. Nempe vt ξαυρός Doricè flauum, ita Atticè πύρρον rufum sonat. At priore sensu Gallis tribui docet Diodori locus, quò ξαυρός fieri dicit πέντε δασυλόματι. Neque enim rufedo crinibus sed fluedo conciliatur calcis ablutione. Hos proinde flauo vertice Claudianus, & aureâ Cæsarie describit poeta summus. A quo colore Hebraicè רודנים *Rhodanim*, vel Arabicè رודيني *Rhadiniun* id est *croceos* à veteribus suspicor fuisse dictos; Nam croceus color idem qui ξαυρός. Vnde est quod ξαυρόπειρα crocum à poëtis appellari obseruat cl. Salmasius in Solinum. Nec ab eò differt flauus, nisi quod paulo dilutior est.

Videtur id posse firmari ex eò quod in Talmudico tractatu *Nidda* נלה pro croco sumitur, siquidem Hebræis fides, & viris vndecumque doctis Boderiano & Buxtorfio. Nam ex נלה *Chalath* Galatarum, id est Gallorum nomen tam commode deduci queat quam ex חלבנה *chelbena* galbanum. Et idem נלה si libeat Chaldæo more inflectere, fiet חלתה *chalta* vel *chelta* vox proximè accedens ad Celtas. Ita croceis capillis Galli tam Celtarum & Galatarum quam Rhodaniorum nomen debebunt. Non possum non addere quod nuper me docuit præstantissimus iuuenis & magnæ spei D. Isaacus Vossius in Vrbicij Tacticis, quæ propediem editurus est, Gallos passim appellari τὰ ξαυρά εἶναι *flauas gentes*. Quod me pæne fugerat Arabs interpres nouæ editionis pro Dodanim vel Rhodanim habet *אדאנה Adana*, cuius nominis vrbs hodieque est in Ciliciâ notissima.

CAPVT SEPTIMUM.

Tarsis תרשיש

Tarsis al. Tarsus Ciliciæ, al. *Carthago* vel *Tunis*, Eusebio recte Ἰβηρις id est Hispani. Hercules Phœnix in Hispaniam & Africâ partem oppositam nauigauit Iosæ temporibus. Columnæ in Tingitanâ erectæ huius expeditionis testes. Græco Herculi id falso tribui docet verus templum Gadiritanam, vbi colebatur Hercules Phœnicio ritu non Græco. Geryon à Græco Hercule victus non regnavit in Hispaniâ, sed circa Ambraciam. Hispania olim opulentissima, ibi Homeri Elysij campi, circa Tartessum & Tudetaniam, vbi Phœnices Gadir, Malacam, Auderam & tandem Carthaginem nouam condidere. Hinc nomina omnia Phœnicia. *Gadir* est septum. *Malaca* vel *Malacha* מעלכה. *Audera* propugnaculum. *Carthago* Solino *Carthada* noua ciuitas. *Baleares* ספרד' ארבעת. Hispania vel *Spania* quasi cuniculosa dicta à copiâ cuniculorum. *Iberia* id est extrema terra. Ibi maris & terræ terminus. Vltima terræ. Iberi primi & extremi eodem sensu dicti. Fabulæ de Sole ibi centuplo maiore, & cum stridore occumbente, & nocte statim post occasum. Ultra Hispaniam loca à *Cæte*, *Chaos*, tenebræ, pars Ocean' inenarrabilis, deserta, mundi finis. Columnæ Herculis Indis proximæ ex sententia Aristotelis. Imperij Messæ fines in Abdiâ *Sarphath* & *Sepharad*, id est Gallia & Hispaniâ iuxta Iudæos. Nerium in Artabris finis terræ. Hispania olim omnis generis metallis fecundissima. Ibyllæ prope Tartessum fodinæ auri & argenti. Ferrum, æs, plumbum, stannum magnâ copiâ effossum. Auri vicena millia pondo annis singulis, Argenti drachmarum XXV millia singulis diebus prope nouam Carthaginem effossa. Aletes pro Deo cultus propter inuentas argenti fodinas. Phœnices in immensum locupletati ex Hispanici auri & argenti permutatione cum rebus vilissimis; Naues illorum argento onustæ, anchoræ etiam argenteæ. De his agit Ezech. 27. 12. Proinde Tarsis esse Tartessum. Mutatio analogica. Tarsis etiam Chrysolitus ex Hispaniâ. Tarseium pro Tartesso, in tabulis fœderis inter Romanos & Pœnos. Thersitæ pro Tartessûs in ænâ tabulâ ab Hannibale descriptâ. Alia Tarsis in Indiâ. Tarsis non est Carthago nec Africa.

Tarsis, Iosepho & Chaldæis & Arabi interpreti quem nuper citauimus Ciliciæ *Tarsus* est, Græcis, vulgato interpreti, Hieronymo, Theo-

A doreto *Carthago*, Arabi Geographo *Tunis*. Vnus veterum mihi videtur rem acu tetigisse, Eusebius scilicet, cuius hæc verba: *Θαρσός ἔστι Ἰβηρῆς, Tarsis ex quo Iberi seu Hispani.*

B Ut probem id ab illo verissimè asseri, necesse habeo pauca præfari de Tyriorum & Phœnicum in Hispaniam nauigationibus, quarum originem arcessunt ab Heroicis temporibus. Nempe Hercule Tyrio duce, quem multi faciunt Mosis σύσχερον, Phœnices in Hispaniam & vsque Gades nauigasse creduntur. Fallor an id eâ ætate factum quâ Iudæi facti compotes terræ Chanaan veteres incolas aliò migrare coegerunt. Ita vt in Boeotiam pars vna secesserit, altera in Africam & Hispaniam. Id certè palam clamitant binæ columnæ olim in Tingitanâ visendæ, cum Phœniciâ inscriptione, quæ docebat fuisse erectas ab iis qui fugerant à facie Iosue prædonis filij Naue, vt legere est apud Procopium Vandalicorum libro secundo. Ex eâ, inquam, inscriptione liquet loca Gadibus proxima iam tum frequentari cœpisse à Phœnicibus.

C Nos non latet Græcos poëtas hanc ipsam expeditionem Herculi suo tribuisse. Sed eos mendacij palam arguit templum vetus Gadiritanum in quo colebatur Hercules Phœnicio ritu non Græco. Appianus in Ibericis: *ὅτε τῷ Ἡρακλέῳ ἱερὸν ὃ ἐν ἑλλάδι Φοινικῆς μοι δοκῶσιν ἰδρῦτα εἶναι, καὶ Ἰβηρῶν ἐπι Φοινικῶς. ὅτε Θεὸς ὡς ἔστι ἡ Ὀθηβαῖος ὅστις, ἀλλ' ὁ Τυρίων Ἡerculὸς fanum, quod est apud columnas, Phœnices mihi videntur exstruxisse; colitur enim hodieque Phœnicio ritu; Et Deus ipsis Thebanus non est sed Tyrius.* Proinde scribit Diodorus hoc templum Phœnices condidisse & in eo instituisse *ἑσίας μεγαλοσπεπέως ἑστὶ τῶν Φοινίκων ἕξει διοικουμένας sacrificia magnifica quæ Phœnicio ritu administrantur.* Ita etiam Arrianus lib. 2. *αἰαλάσ. Τόν γε ἐν Ταρτησῶ πρὸς Ἰβήρων τιμωμένον Ἡρακλέα (ἵνα καὶ ἑλλὰς τις Ἡρακλέος ὠνομασμέναι εἴσι) δοκῶ ἐγὼ ὄν Τυρίων τῆς Ἡρακλέα. ὅτι Φοινίκων κτίσμα ἢ Ταρτησῶς, καὶ ἐν Φοινίκων νόμῳ ὅτε νεὸς πεποίητο Ἡρακλῆος ἐκδὲ καὶ ἑσίας ἑσῶν) Herculem illum qui Tartessi ab Iberis colitur (ubi etiam columnæ quædam sunt Herculeæ dictæ.) puto ego Tyrium esse Herculem. Quia Tartessus à Phœnicibus condita est, & Phœnicum more templum eò loci Herculi structum est, & sacra fiunt.* Philostr. de vitâ Apollon. lib. 2. cap. 14. ait non Thebanum Herculem sed Ægyptium ad Gades venisse, ibique terrarum terminos constituisse. Pomponius etiam lib. 3. c. 6. *Templum Ægyptij Herculis, conditoribus, religione, vetustate, opibus illustre Tyrij condidit. Cur sanctum sit ossa eius ibi sita efficiunt.* In eadem fuit sententiâ Hecatæus vetus historicus, ex quo didici tricorporem illum Ge-
 ryonem à Græco Hercule deuictum, non regnasse in Hispaniâ circa Gades, sed in Græciâ circa Ambraciam. De templo Gadiritano qui plura vult legat Strabonem Narrat is quò insulæ loco & quâ occasione Tyrij templum illud condiderint ab oraculo moniti. Silius etiam de hoc eodem templo multa habet insignia, initio libri tertij, quæque frustra alibi quæras. Sed piget me plura exscribere.

E Sed & in Strabone multa legas de Hispaniæ opulentiâ, maximè circa Gades, de quâ cum Homerus aliquid inaudiuisset ex indicio Phœnicum, campos Elysijs ibi descripsit, & Beatorum insulas. Addit idem Strabo

Arrian.
ibid. Et Euseb.
stat. in
Dionys. v.
161.

Phœnices pleraque Hispaniæ loca circa Tartessum & Turdetaniam tenuisse, & condidisse Gadir, & Malacam, & Auderam, & Carthaginem novam, & Gymnesius insulis à se occupatis Balearidum fecisse nomen.

Et verò locorum nomina merè Phœnicia sunt. Gadir septem vel septem explicant Plinius, Solinus, Festus Auienus, Isidorus, Hesychius item: Γάδρα, τὰ Σεφερά, Φοίνικες. Atque id ipsum est Hebræis גדר gader, Syris & Arabibus گدر gadir.

Malaca vnde dicatur nulli erit ambiguum qui legerit hæc Strabonis: Ταχυίαις ὅ ἐχει μεγάλας *salsamentis autem abundat*. Nempe מלח malach Hebræis est ταχυίαις sale condire; vnde מלח Malacha dictum Salsamentorum oppidum; Græcè scribitur Μάλαρα aspiratione demptâ. Hinc ταχυίαις Γάδρα de quò Eupolis in Maricâ. Vide Stephanum in Γάδρα.

Audera Ptolemæo Abdara, & Stephano Abdera, ad instar Thracicæ Abderæ, Phœnicibus erat אודר & אדר permutatis. Nam Arabicè اوزار Auzar sunt munimenta, propugnacula. Vnde Auzara vrbs ad Euphratem in Arabiâ desertâ, de quâ Ptolemæus lib. 5. cap. 19.

Carthaginis etiam nomen Phœnicium fuit, sed à Romanis interpolatum. Phœniciò enim sermone scribebatur Carthada; à quo propius aberrat Græcum Χαρχιδών. Carthada est νεωὴ πόλις noua vrbs, Chaldæis & Syris קרחה קרחה Kartha-hadath, vel קרחה קרחה Kartha-hadtha. Ne quis putet nos hîc quicquam de nostro comminisci, veteres audiendi sunt. Solinus de Africanâ Carthagine: *Carthadam dixit, quod Phœnicum ore exprimit nouam ciuitatem*. Et de eadem Eustathius; Εὐκλεισε τῇ Λιβύων φωνῇ Καρτιδὸν πόλιν. Et Stephanus: Εὐκλεισε ὅ νεωὴ πόλις. Dein de Hispanicâ Carthagine sequitur apud eundem: ὅτι ὅ ἐ ἀλλῆ Χαρχιδών πόλις Ιβηρίας, ἐκαλεῖτο ὅ ἐ ἀδὴν νεωὴ πόλις. Nempe νεωὴ πόλις noua ciuitas Græco sermone idem erat quod Phœnicio Carthago aut Carthada verius.

Polyb. lib. 3.
Steph. in
Γυμνησία.

Vide & Iob
38. 6. & Gen.
31. 31.
Rom. 15.
24. 28. Plut.
de flum. in
Nilo. Luc.
Ampel. c.
de orbe ter.
Geograph.
sub Const.
c. 59. vide
Voif. de
Idol. l. 1. c.
33. p. 252.

Varro de re
rust. l. 3. c. 12
Plin. l. 8. c.
29. 55 & 58.
Strab. lib. 3.
Ælian. de
anim. l. 13.
c. 15. Gal. l.
3. alim.

Sed & Gymnesiarum incolæ Phœnicio vocabulo dicti sunt *Baleares* quod Polybius, & Stephanus rectè omnino σφενδομήτες *funditores* explicant. Nam Baleares (vel vt Hebraicè scriberetur בארע הברע baale harea) significat ad verbum magistros proiectionis, id est peritos artis proiiciendi lapides. הברע proiectio nomen est formæ הברע à verbo הברע pro הברע, quomodo scribitur 2. Paralip. 26. 15. quò ipsò locò agitur de proiectione lapidum.

Quid quod alibi docuimus ipsum Hispaniæ nomē, vel *Spania* vt veteres scribunt, mere esse Hebraicum. Hebræis enim שפן saphan est cuniculus. Inde שפניא Spanija dicta cuniculosa regio; Quò epitheto partem Hispaniæ Celtiberiam insigniit Catullus. Sed Phœnices iure merito regionem vniuersam, in quâ cuniculi olim fuerunt ita frequentes, vt intactum nil relinquerent, nec radicibus solum & stirpibus & seminibus essent noxii, sed & oppida ipsa continuè suffossionibus subuerterent. Quin & vicinis Balearibus tam infesta fuit hæc pestis, vt ab Augusto coacti sint milites deponere, quibus se tuerentur aduersus hæc animalcula. Vnde est quod plerique veterum de cuniculo sic agunt, quasi esset animal Hispaniæ peculiare. De his videndi è Romanis Varro & Plinius: E Græcis Strabo, Ælianus & Galenus, quorum loca nos citauimus in libro de animalibus.

A Etiam Iberiæ vox ex Phœnicum lingua petenda. Nam Caucasios Iberos in Hispaniam venisse & regioni dedisse nomen meræ nugæ sunt. Quid igitur? Hebræis עבר eber, Chaldæis עברא ebra vel ibra, est transitus, & quicquid est vltius. Inde plurale עברין ebrin vel ibrin, terminos & fines significat. In Euangelio Syro, & in versione Syra Psalmorum passim vsurpatur hæc vox, vbi Græca habent πέρας τῆς γῆς, & Hebræa פסס פסס fines

Math. 12. 42.
Luc. 11. 31.
Ps. 2. 8. & 22.
28. & 59. 14.
& 67. 8. &
72. 8 & 98. 3.
lib. 1. p. 169.
Ibid. pag.
170.

B terræ. Meritò igitur Iberi dicti qui ex Phœnicum sententiâ terrarum fines vltimos occuparunt; Hispani nempe quorum urbem Calpen Tyrij putauerunt esse τέρμους τῆς οἰκούμενης τερραε terminos, vt in Strabone habetur. Tale est quod Gaditanum templum Posidonius scribit esse ἐν γῆς

ἐν θαλάσσης τῆς πέρας τῆς maris τῆς τερραε terminum. Et quod in Homero Proteus Menelaum ita compellat:
 Ἀλλὰ σ' εἰς Ἠλύσιον πεδίον ἐπέετα γῆς
 Ἀθάνατοι πέμψασιν.
 Te sed ad Elysios campos atque vltima terræ
 Mittere Diis libitum.

Od. 8. 563.

Id est in Hispaniam, vt interpretatur Strabo. Quos sequutus Claudianus de Stilichone dicit;

lib. 3.
Pancgyt.

---- in extremos aciem mittebat fberos.
C Pro quò alibi primos vocat, sed eodem sensu lib. 1. in Rufinum:
 ---- à primis Ganges horrebat fberis.

Et in Apollonio Philostratus lib. 2. cap. 14. In ipso (clypeo) Hercules insculptus erat terminos terræ penes Gades collocans. Et lib. 5. initio: De columnis quas veluti terræ terminos posuisse Herculem ferunt. Itaque in Pindaro nihil frequentius quam vltra Herculis columnas non posse nauigari. Vide illum imprimis Olympiâ 3. in fine, vbi de his sermonem ita claudit:

---- Το πόρος
 δ' ἔστι σοφοῖς ἀβάτην
 καὶ σφοῖς, ἢ μὴν διώξω, κενὸς εἴλω

D Quod vltra eas est sapientibus & insipientibus æque inaccessum. Itaque non prosequar, nam vanus essem. In quem locum dicit scholiastes Herculem voluisse vltius progredi. At inquit. γὰρ εὐρὴν ἐν ζόφον, ἔσθαι ἐλάσ, δι' ὧν ἐμήνυσεν τὸ πέλαος θαλάσσης, ὡς μηδὲν εἶπε περιπέρω πλωτῶν cum chaos & tenebras reperisset, columnas constituit, per quas significauit hunc esse finem maris, ita vt vltius nihil sit nauigabile. Quibus consona hæc anonymi Geographi sub Constantio: Inde Oceanum esse dicitur, & huius partem quam nemo hominum narrare potest. Deinde barbarus scriptor quasi cunctabundus addit: Sed quid ibi esse potest? Est enim desertum, & sicut aiunt, est ibi finis mundi. Plura vide apud Erasmmum in adagio Ηοράκλειον ἐλάσ. Inde nugæ illæ olim creditæ apud Posidonium & Artemidorū Solem cum prope

cap. 18.
vbi de
Hispaniâ.

Strab. lib. 4.
Pag. 138.

E Gades occumbit videri ἐκατόνπλοισινα, id est centuplo maiorem, quam alibi appareat, & in ipso Solis occasu stridorem edi, ὡς αἰεὶ σείοντες τὴν πέλαγος καὶ σείειν αὐτὸν ἀπὸ τῆς ἐπιπέδου εἰς τὸ βόθρον, tanquam stridente pelago, cum extinguitur Sol, quia in abyssum demergitur: Et statim ab occasu noctē ingruere, demerso scilicet & extincto Sole. Et quo tempore excrescens

Philostri.
Apollon.
l. 3. c. 1.

Oceani aqua regionem inuadat, animas morientes non deserere. Quales nugas referunt non Græci solum, sed & Romani scriptores. In his Florus cuius verba sunt lib. 2. c. 17. *Decimus Brutus aliquanto latius, Celticos Lusitanosque, & omnes Callæciæ populos, formidatumque militibus flumen OBLIVIONIS, peragratoque victor Oceano, non prius signa conuertit, quam cadentem in mare Solem, obrutumque aquis ignem, non sine quodam sacrilegij metu & horrore deprehendit. Sed nec Aristoteli visum est incredibile quod nonnulli opinantur* *συνάμαρτον δὲ τῶν Ἑκακλείων σήλας ὑποὶ τῷ Ἰνδῶν* locum qui est circa columnas Herculeas ei coniungi qui est circa Indiam. Atque eadem de causâ terræ suæ terminos apud Abdiam *נפח Sarp-phath* & *ספרא Sepharad* Iudæi volunt esse Galliam & Hispaniam, quia Ps. 72. 8. Psaltes Christi imperium extendit vsque ad fines terræ, quos Abenezra in illum locum scribit esse *מערב הרב in extremo occidente*. Denique ab Hispanis ipsis Nerium vel Celticum promontorium in Artabris vocatur *Finis terræ*.

Abd. 29.

lib. 3.

lib. 5. p. 216.

Ibid. p. 217.

pag. 218.

lib. 2. c. 6.

lib. 3. c. 3.

Etiam si verear ne Lectori tædiosa sit tam longa digressio de Phœnicum in Hispaniam nauigationibus; illarum tamen finem & fructum non possum non addere, lucrum scilicet immensum ex metallorum effossione, quibus Hispania tum temporis erat maxime fœcunda. Strabo: *ὅτι ἀργεῖος, σίδηρος δὲ χαλκός, σίδηρος σιδηρός ὑδαμῖν ἰσχυρὸς, ὅτι ὑπὸ ἄγαστος ἀήταςαι ἡρώμεν* & *μετρίων* neque argentum, neque æs, neque ferrum vllibi terrarum, neque tam multum, neque tam bonum gigni compertum est hæctenus. Stephanus: *Ἰβυλλὰ πόλις Ταρτησίης, δὲ Σπυρὸν Ἰβυλλίνου, παρ' οὗς μέταλλα χρυσοῦ καὶ ἀργύρου* *Ibylla urbs Tartesia* (Hispaniæ circa Tartessum) *gentile Ibyllinus ubi auri & argenti fodina*. Item: *Ταρτησὸς πόλις Ἰβηρίας, ἀπὸ ποταμοῦ τῷ ἀπὸ τῷ Ἀργύρου ὄρους ῥέοντι, ὅστις ποταμὸς καὶ καλεῖται ἐν Ταρτησῶν κατεφέρεται* *Tartessus urbs Iberiæ à fluuiio dicta qui ex Argyro monte fluit, qui stannum etiam in Tartessum urbem desert*. Diodorus: *αὐτὴ δὲ ἡ γῆ ἔχει ῥεδόν τι πλεονεχί καὶ καλλίστην ἔχει μεταλλοτόμενον ἀργύριον* Nam ea ipsa regio plurimum ferè & optimum habet argentum fossile. Item: *γινεῖται δὲ κασιτερίη πολλοῖς ὑποῖς τῆς Ἰβηρίας* gignitur autem etiam stannum in multis Iberiæ locis. Item: *καθ' ἃν τὴν Ἰβηρίαν ἡμεῖς λέγομεν καὶ μετὰ τὰ κασιτέρη, καὶ τὰς ἀπὸ τῆς σιβερίης Ἰβηρίας ἐν τῷ ὠκεανῷ ἰσιδίας, τὰς ἀπὸ τῆς σιβερίης Ἰβηρίας κασιτερίδας ὠνομασμένους* Nam supra Lusitanorum regionem multæ sunt stanni fodinæ in insulis in Oceano Iberiæ oppositis, quæ ex argumento Cassiterides nominantur. Mela: *Ferro, plumbo, ære, argento, auroque tam abundans, & adeo fertilis &c.* Plinius: *Metallis plumbi, ferri, æris, argenti, auri, tota ferme Hispania scatet.* Item: *Omnis dicta regio à Pyrenæo metallis referta auri, argenti, ferri, plumbi nigri albi que, id est stanni.* Silius lib. 1. v. 228.

----- hîc omne metallum,
*Electri gemino pallent de semine venæ,
 Atque atros chalybis fetus humus horrida nutrit,
 Sed scelerum causas operit Deus: Astur avarus
 Visceribus laceræ telluris mergitur imis,
 Et redit infelix effosso concolor auro.*

Et lib.

A Et lib. 15. vers. 500.

*Augebant animos argenti pondera & auri
Parta metalliferis longo discrimine terris.*

Et lib. 16. vers. 25.

---- iam terrâ cedit Iberâ,

Auriferis tandem Phœnix depulsus ab aruis.

De auro ex Hispania effosso sic Plinius lib. 33. cap. 4. *Vicena millia pondo ad hunc modum annis singulis Asturiam atque Galliciam & Lusitaniam præstare quidam tradiderunt, ita ut plurimum Asturia gignat. Neque in aliâ parte terrarum tot sæculis hæc fertilitas.* Argenti fodinam prope nouam Car-

B thaginem tam fœcudam fuisse tradit Polybius, ut ex eâ drachmarum eruerentur in dies viginti quinque millia. Addit idem fossile plumbum circa Castalonem atque aliis Hispaniæ locis habere aliquid argenti: Et montem ex quò profluit Bætis ἀργυρῶν argenteum vocari, ἀργυρῶν τὰ ἐν αὐτῷ ob argenti fodinas quæ in eò sunt: Hæc in Strabone Polybius. Idem lib. 10. vbi de Aletæ tumulo prope Carthaginem nouam: δοκὸς δ' ἔστι ἀρετῆς ἡρόμενος ἔργον ἀργυρείων μεταλλῶν, ἰσοθέων τετευχέναι τιμῆς *Illum fama est propter inuenta argenti metalla Diis pares honores esse consecutum.*

C Inde factum ut Phœnices, genus hominum callidissimum & maximè intentum in rem; ἀργυροκόποις τὸ ἀργυρῶν μικρῶς τιμῆς ἀντιδόσεως ἄλλων φορητῶν ἀργυρῶν *magna vi ex Hispanis rerum vilium permutatione comparata*, breui in tantum opum excreuerint ut terrori fuerint omnibus populis, & colonias in Lybiam, Siciliam & Sardiniam deduxerint, adeoque in ipsam Hispaniam maximè circa Tartessum. Hæc ex Posidonio multis refert Diodorus libro quinto Bibliothecæ. pag. 216. *Quibus consona hæc Aristotelis in libris mirabilium: Τοὺς ἀργυροκόπους τῆς Φοινίκων ἐπι Ταρτησὸν πλοῦσι (ἄργυρος, λέγει) τοσούτων ἀργυρίου ἀντιφορητῶν, ἕλαρον ἐν ἄλλων ναυτικῶν ῥύπον εἰσαγαγόντας, ὥστε μηκέτι ἔχον δύνασθαι μήτε ἐπιδέξασθαι τὸ ἀργυρῶν, ἀλλ' ἀντικαθίσταναι ἀπὸ πλείοντος ἐν τῆς Ἑλλάδος, ὥστε ἄλλα πῦρα ἀργυρῶν οἷς ἐχρῶντο καὶ ἀσκήδασθαι, ἐν δὲ ἐν ταῖς ἀσκήδασθαι πῦρας *Primos Phœnices ferunt, cum Tartessum nauigassent, tantam argenti vim oleo aliisque nauticis sordibus permutauisse, ut nec capere naues nec ferre possent, quocirca coactos sub discessum ex illis locis, tum cætera omnia quibus utebantur, tum etiam omnes anchoras ex argento conflare.**

D His perlectis non puto quemquam esse qui non videat *Tarsis* vel esse Hispaniam, vel Hispaniæ partem quam Tyrij maximè frequentabant, Gades nimirum & Tartessum, in loco Ezechielis quo Tyrum ita compellat cap. 27. vers. 12. *Tarsis negociatrix tua præ copiâ omnium: argento, ferro, stannō & plumbo negociati sunt in nundinis tuis.* Cum his ipsis metallis diuitem fuisse Hispaniam, & hanc illecebram Tyrios eò terrarum pellexisse iam abunde probauerimus. Tartessus aliis est Carteia ciuitas prope Calpen unde initium freti Herculei, aliis insula Gades in Oceano, aliis denique insula & vrbs interamna inter duò Bætis ostia, qui & ipse Tartessus dicitur ab Aristotele, Strabone, Pausaniâ & Auieno. Inde & Straboni Tartessus est regio circa Bætis ostia. Circa hæc loca videtur fuisse *Tarsis*.

Quin & nomen Hebræum *Tarsis* potuit à Phœnicibus mutari in *Tartessus*.

Exod. 23. 20.
& 39. 11.
Ezech. 1. 16.
& 10. 9. &
28. 13.
Plin. lib. 37.
cap. 9.

sum vel primâ geminatâ per pleonasmum, vel in תרשן *Tarsis* alterô ׁ in א
mutatô, vt cû תרשן *Aturia* dicitur pro תרשן *Assyria*, & בתן *Batanaa* pro
בשן *Basan*. Sciunt φιλέεσθαι quid velim. Atque indidê patet cur Chrysolithus
Hebraicè dicatur תרשן *Tarsis*, nempe à loco ex quo tum eruebatur.
Plinius de Chrysolithis: *Bocchus author est & in Hispaniâ repertas, quò in
locò crystallum dicit ad libramentum aqua puteis effossis inde erutam.*

Est & cur Phœnices suspicer in voce Tharsis nihil mutasse. Polybius
lib. 3. pag. 179. recitat verba fœderis inter Romanos & Poenos sanciti quò
Μασίας, Ταρσηὶ μὴ ληΐζεσθαι ἐπέκεινα Ρωμαίων μηδὲ ἐμπορεύεσθαι, μηδὲ πάλιν
κτίζειν *Ultra Mastiam & Tarseium Romanis prædâs agere non licet, ne-
que ad mercaturam proficisci, neque vrbes condere.* Ταρσηῖον porro Stephano B
est πόλις πρὸς τὴν Ἑρκλείων στήλων ὀρὸς *vrbs ad Herculis columnas*, cuius gentile
analogicè esset Ταρσηῖτης vel Ταρσειώτης, sed ex vsu est Ταρσηῖος. Rursus
in æneâ tabulâ ab ipso Hannibale descripta quâ Lacinijs se legisse testatur
Polybius eiusdè lib. p. 187. & 188. inter populos quos ex Hispaniâ in Afri-
cam traiecit Hannibal, Therstæ nominatur: ἦσαν δὲ, inquit, Ὀλκαδοὶ
εἰς πλὴν Διούλω Θερίτιν, Μασιδιοὶ, πρὸς δὲ τὰς ὀρεῖταις Ἰβήρας Ὀλκαίδες. *Qui
in Africam traiecerunt erant Therstæ, Mastiani, itē montani quidâ His-
pani Olcades nomine.* Vbi nota Mastianos cum Therstis recenferi, quo-
modo supra Mastiam cum Tarseio. Vnde colligo Therstas eosdem esse C
quos Tarsenos vel Tarseitas, & vtrumque deflecti ex Phœnicio תרשן.

Alia fuit Tharsis in Oceano Indico ad quam contendebant naues pro-
fectæ ex Esiongaber 2. Chron. 20. 36. 37. Ophiræ, vt videtur, id est Tapro-
banæ præxima. Forte ad promontorium Cory quod Hispanicam Calpen
vtcumque refert. Quæ potuit esse causa cur eòdem nomine à Phœnici-
bus appellaretur; præterquam quod vterque locus fuit à Tyro valde remo-
tus, & propter metalla quæsitus. Ex quo ipso colligere est falli LXX inter-
pretes, adeoque quotquot veterum volunt Tharsis esse Carthaginem aut
Africam. Quamuis enim in multis Africæ partibus metalla abunde sup-
petant, tamen id veteres ita latuit vt hanc mundi partem putauerint nihil
esse nisi terram, nec metalli pretiosioris quicquam in ea generari. Lucanus D
lib. 9. in Libyæ descriptione.

*In nullas vitiatur opes; non ære nec auro
Excoquitur, nullo glebarum crimine, pura
Sed penitus terra est.*

CAPVT OCTAVVM.

Gomer גומר

Gomer Chald. *Africa*, Iosepho *Galatæ*; Ezechieli Gomer & Togarma ad aquilonem Iudææ,
Al. *Cimmerios* exponunt. Gomer est *Phrygia*; cuius pars Καππεκαυμίον, id est exusta, dicitur,
quia cinericia & nigra est tanquam ex adustione: Inde *Gomer*, quia *Gamar* Hebr. est consu-
mere, & *Gumrin* Syris carbones. Vt Græcè φρύγιον torrete, vnde *Phrygia*. Phryges cum sese B
iactitent omnium esse antiquissimos, malè deduci à Brygibus Macedoniæ. Eò posse referri Iose-
phi sententiam qui Galatarum nomine Phrygiam intelligit quam occupabant Galatæ. Sed
& Chaldæis גומר Phrygiam esse non Africam.

IAm ex Europâ in Asiam traicientibus primo se offert *Gomer*, cum tri-
bus filiis *Ascenax*, *Riphat* & *Togarma*. Ferri non potest quod Chaldæi

A *Gomer* Africam exponunt; Sed neque quod *Gomer* Iosephus Galatarum facit patrem, nisi Galatarum nomine Phrygas intellexerit, quorum sedem Galatæ inuaserant. Nam multo antequam Galatæ à Galliâ profecti Asiam inuasissent, Gomeritas Ezechiel ad Aquilonem Iudææ posuit prope Togarma, quò nomine Cappadociam significari mox docebimus. Plerique hodie nomine *Gomer* Cimmericos intelligunt, qui ultra Pontum Euxinum versus Aquilonem tam remoti fuerunt, vt eorum famam vix putem ad Iudæam vsque emanasse.

Itaque omnibus expensis terrâ *Gomer* mihi videtur esse Phrygia, cuius portio est regio κατακεκαυμένη, quam alij Mysiæ, alij Mæoniæ adscribunt, vt videre est apud Strabonem. Sed eandem Phrygiæ Hesy chius attribuit vocabulo Εἰναείμωσι; Αἴμα, inquit, ἡνὲς τὴν κατακεκαυμένην τὴν Φρυγίαν χώραν. l. 12. & 13. v. & Steph. in κατακεκαυμένη. l. 3. p. 142.

Arimæ quidam esse volunt Phrygiæ regionem Katakecaumenem, Diodorus item quò locò fabulatur Ægidem belluam ignivomam à Pallade occisam ὅ μιν ἀεὶ τὸν φερόμεναι ἀεὶ τὴν Φρυγίαν, ἐν κατακεκαυμένην τὴν χώραν, ἡ δὲ μέχρι τῶν νῦν κατακεκαυμένην Φρυγίαν ὀνομάζεσθαι primum apparuisse circa Phrygiam, & exussiss: regionem quam hodieque Phrygiam catacecaumenem, id est combustam, nominant. Strab. l. 13. Tam verè quàm quod alij apud Strabonem ἐκ κεραυνόβολων ἐν περσῆρων à fulminibus & ignium procellis hoc contigisse dicentes, eò referunt fabulam Typhonis, à Ioue scilicet fulmine icti. Vt sit Catacecaumene dicitur Phrygiæ portio circa Caystrum & Mæandrum & urbem Philadelphiam de quâ Apoc. 3. 7. cuius campestris regio est περρώδης cinerία, montana autem & saxosa μέλαινα ὡς ἔξ ὀπιούσεως nigra tanquam ex adustione. Terra denique tota est δὲ στυφῶδης, ἐν ἄσπερ fragilis & friabilis, πλήρης τε ἀλμυρίδων, ἐν ἀεκαύρωτος & plena sulfuginis, & facile inflammatur.

Hæc ex Strabonis libris 12. & 13. ideo hîc affero, vt constet ratio nominis *Gomer*, quam puto hinc posse colligi. Nempe terra *Gomer* Phrygia dicta est ratione partis illius quæ velut tacta fulmine aut igne cœlesti ambusta tota videtur in cineres & carbones resoluta. Nam Hebræum גמר *gamar* inter cætera est cõsumere. Chaldei & Syri passim ita vsurpât. Hinc Onkelos Num. 21. 1. אשתא גמר *consumpsit ignis*. Et Syrus Ps. 37. 20. גמרין *consumuntur* & sicut fumus pereunt; vnde & carbonem appellant גמרא *gumra* vel *gumro*.

Neque alio referendum Φρυγίας Phrygiæ Græcum nomen. Nam Græcè φρύγιον est tortere; vnde & Φρυγία dictus locus quidam Oetæ montis; ἀπὸ τῆς ἐκεί περρώχθαι τὴν Ἑρακλέα, quia ibi Hercules ambustus est. Ita Eustathius in Dionysium, & Stephanus in Φρυγία, & Callimachi Scholiastes hymno in Dianam vers. 159. Hinc Hesy chio Φρυγία, ἡ φρύγασσα.

Herodotus atque alij qui Phrygas deducunt è Brygibus Macedoniae, iniuriâ faciunt verustissimæ genti, quæ antiquitatem suam non iactasset tam plenis buccis, si Macedonas habuisset conditores. Itaque in hæc sententiâ sum, tam Phrygiæ quam *Gomer* nomen, cum olim fuisset proprium regionis Catacecaumenes, tandem vniuersæ genti fuisse communicatum; adeoque *Gomer* Hebræis idem esse quod Græcis Phrygiam.

Neque est quod quis arguat nouitatis hanc sententiam. Nam Iosephum iam diximus Galatarum nomine intelligere Phrygiæ partem quam Galatæ

occupauerant. Chaldæis item אפריקי non puto hîc esse *Africanam*, sed *Phrygiam*; Et Aleph initiale ideo additum, quia Phrygiæ vox incipit à duplici consonante. tamen liberum hîc esto Lectori iudicium. Eusebius Cappadoces exponit qui sunt Phrygib. proximi. Arabs nuper editus אלתרן *turcas*; Iam dicendum de filiis Gomer, quorum primus Ascenaz.

CAPVT NONVM.

Askenaz אשכנז Gen. 10. 3.

Ascenaz al. Asia, al. Adiabena, al. Rhegines, al. Mazices, al. Sclau, al. melius Bithynia, vbi sinus Ascanius, Ascanius lacus & amnis. Ascania regio & vrbs, Ascaniæ insulæ. Pontus olim Ascenaz, Græcè Αζενος quasi inhospitalis dictus. Contra Scythas & ceteros Ponti accolas ab æquitate commendari. Abij, Sacæ, Galactophagi, Scythæ reliqui omnium hominum iustissimi, Anaclatis, Abaris. Apud Sunitas virginum optio datur optimis. Jeremiæ propheta de conuocandis Ascenazæis contra Babylonem quando impleta.

Ascenaz quid sit valde incertum: Chaldæi Asiam hîc explicant, in Ieremiâ אשכנז *Asiabenam*: Iosephus *Rhegines*, hoc est ignotum per ignotius: Chronicon Alexandrinum *Mazices* æque ignotos; Nisi sint Mazices Mauritaniam, quò nihil potest fingi absurdus. Arabs interpres אשכנז *Sclauos*. Non pauci hodie Bithyniam in quâ est sinus Ascanius, & Ascanius lacus & amnis, Et Troadem, & Phrygiam minorem, in quibus Ascania regio & vrbs, & Ascaniæ insulæ. In horum sententiam concedo libens, quia antequam Thyni & Mysi ex Europâ in Asiam traiecissent, omnia illa loca tenebant Phryges. Itaque hoc maneat, è terrâ Gomer, id est Phrygiâ maiore, colonos duce Ascenaz in minorem troademque deductos ad Pontum vsque se diffudisse, qui cum ex accolarum nomine diceretur Ascenaz, à Græcis paulum deflexâ voce nominatus est Αζενος, *inhospitalis*; Et postmodum Ευξενος, in contrarium versâ significatione ad vitandam δυσφημίαν. Pyndarus Pythiâ 4. Σωὸν Νότυ δ' ἀνεγείναι ἐπὶ Αζείνοισι φόβον πεμπόμενοι ἤλυθον *Cum Noti flatibus ad Axinos missi venerunt*. Apollonius Argonaut. lib. 2.

Θῆκεν ἐπὶ Αζείνοισι πόδας Θωνιδος ἀκτῆς.

Thynidis Axino vestigia littore fixit.

Vbi Scholiastes Αζενος ἢ Ευξενον πόντον φησὶν οἰοῦναι καλεῖσθαι. Diodorus lib. 4. vbi de Iafone & Argonautis: ἢ δὲ πόντον κατ' ἐκείνους τοὺς χρόνους δειοκόμενον ὑπὸ ἐπὶ τῶν βαρβάρων καὶ πόντεως ἀγείων ἀξενον περιπαρρέουσιν, ξενικουόντων ἢ ἐξωείων τοὺς καταπλέοντας *Pontum autem cum illis temporibus circumhabitaretur à gentibus barbaris & prorsus feris, & locorum incolæ trucidarent hospites adnauigantes, Axenum appellatum fuisse*. Apollodorus apud Strabonem lib. 7. dicit καλεῖσθαι Αζενον, ἢ δὲ δυσχείμεθον καὶ πῶν ἀγείων τῶν περὶ εὐκείνων ἐπὶ τῶν καὶ μέγιστα ἢ Σιδων ξενουόντων καὶ Γερσοφαιόντων, καὶ τοῖς κρηπίοις ἐν πώμασι χρομένων *Axenum appellatum ob nimium rigorem & sauitiam accolentium populorum, & Scytharum maxime hospitum immolatorum carnibus vescentium, ac caluariis poculorum loco utentium*. Similia legere est in Ouidij Tristibus lib. 4. Elegiâ quartâ; Et apud Plinium libri sexti statim initio;

A Et Melæ lib. I. c. 19: Et apud Lucianum in Toxari. Sed ab hoc crimine veteres Scythas & cæteros Ponti accolas Homerus ita absoluit Iliad. v.

Νόσφι ἐφ' ἰπποπόλων Ὀρηκῶν κερδάρμεναι ἀϊφρῶ,
Μυσῶν τ' ἀλγεμάρων, ἔξ ἀγυυῶν ἰσπημολγῶν
Γλαυκὸφάγων, Ἀβίων τε δικυμοτάτων ἀΐθροπων.
Ad Boream conuersus, ubi gens Martia Thraces;
Pugnacesque Mysi, & clarum genus Hippenolgi,
Lætinoriquæ Abij, quis gens non iustior ulla est.

Æschylus item, cuius hæc verba,

B Ἀλλ' ἰππακῆς βρωτῆρες εὐνομοὶ Σκύθαι
Sed iusti equinolactæ qui viuunt Scythæ.

Et Chærilus qui sic habet in Xerxis Diabasi:

Μηλονομοὶ τε Σάκαι, γενεῶν Σκύθαι αὐτὰρ ἔνομοι
Ἀσίδα πυροφόρον: Νομάδων γὰρ μὲν ἦσαν ἀπόικαι
Ἀΐθροπων νομίμων.

Pastoresque Sacæ, Scythicum genus Asida terrani

Qui coluere, vagâ Nomadum de gente coloni.

Iustitiæ cultorum hominum.

C Et Ephorus eisdem asserit τῇ δικυμοσύνῃ πάντων ἀγαθέραν eos omnes homines iustitiâ superare: ὁμοίᾳ τῇ ἀγαθῆς εὐτελεῆς ὄντες, ἔξ ὑποχρηματισμῶν, κατὰ ἀλλήλων δυνάμειν

πῶ, quia cū sint victu frugales, neque quæstui dediti, alij erga alios secundū leges se gerunt. Exemplo sit Anacharsis Scythæ quæ idem scribit νομοδῶν ἐκαστῶν

ἐῖα, τελεία σωφροσύνη ἔξ αὐτῶν ἰστέλας ἀποφασίζονται, ὅτι ἐξ ἑαυτῶν

de septem sapientibus esse habitum. Strabo etiam Anacharsim & Abarin & alios Scythas apud Græcos vixisse refert in magnâ existimatione, ὅτι ἐξ ἑαυτῶν

πῶνα ἡγεμονίαν ἐπέφασιν εὐχολίας, ἔξ ἀποφασίζονται, ὅτι ἐξ ἑαυτῶν

quendam comitatis, & integritatis, & iustitiæ characterem præ se ferebant. Quin affirmat de Scythis etiamnum id ipsum sentire Græcos, ἀπλοτάτους

τῶν ἄλλων, inquit, αὐτῶν νομίζομεν, ἔξ ἡμεῶν κενερέχους, ὅτι ἐξ ἑαυτῶν

ἔξ ἀπλοτάτους simplicissimos enim eos esse existimamus, & minime fraudulentos, ἔξ ἀπλοτάτους

tum nobis multo frugaliiores, & paucioribus contentos. Ita etiā Nicolaus Damascenus in libro de moribus gentium apud Stobæum serm. 5. vbi de Galactophagis: Εἰσὶ δὲ ἔξ ἀπλοτάτων sunt autem iustissimi. Et paulo post: ὁμοίᾳ

τῶν ἄλλων ὅτι ἐξ ἀπλοτάτων, ὡς φασιν, ἔξ ἀπλοτάτων, ὡς φασιν, ἔξ ἀπλοτάτων

τῶν ἄλλων ὅτι ἐξ ἀπλοτάτων, ὡς φασιν, ἔξ ἀπλοτάτων, ὡς φασιν, ἔξ ἀπλοτάτων

τῶν ἄλλων ὅτι ἐξ ἀπλοτάτων, ὡς φασιν, ἔξ ἀπλοτάτων, ὡς φασιν, ἔξ ἀπλοτάτων

τῶν ἄλλων ὅτι ἐξ ἀπλοτάτων, ὡς φασιν, ἔξ ἀπλοτάτων, ὡς φασιν, ἔξ ἀπλοτάτων

τῶν ἄλλων ὅτι ἐξ ἀπλοτάτων, ὡς φασιν, ἔξ ἀπλοτάτων, ὡς φασιν, ἔξ ἀπλοτάτων

τῶν ἄλλων ὅτι ἐξ ἀπλοτάτων, ὡς φασιν, ἔξ ἀπλοτάτων, ὡς φασιν, ἔξ ἀπλοτάτων

τῶν ἄλλων ὅτι ἐξ ἀπλοτάτων, ὡς φασιν, ἔξ ἀπλοτάτων, ὡς φασιν, ἔξ ἀπλοτάτων

τῶν ἄλλων ὅτι ἐξ ἀπλοτάτων, ὡς φασιν, ἔξ ἀπλοτάτων, ὡς φασιν, ἔξ ἀπλοτάτων

τῶν ἄλλων ὅτι ἐξ ἀπλοτάτων, ὡς φασιν, ἔξ ἀπλοτάτων, ὡς φασιν, ἔξ ἀπλοτάτων

τῶν ἄλλων ὅτι ἐξ ἀπλοτάτων, ὡς φασιν, ἔξ ἀπλοτάτων, ὡς φασιν, ἔξ ἀπλοτάτων

Absque hâc genealogiâ, vno Scripturâ loco agitur de regno Ascenaz, nempe Ierem. 51. 27. his verbis: *Conuocate contra eam regna Ararat, Minni & Ascenaz.* De Babylone agitur à Cyrô Rege occupandâ illorum auxiliis quorum regna subuerterat. In his nominantur regna *Ararat, Minni & Ascenaz.* De regnis Ararat & Minni erit alibi dicendi locus. Hic probasse sufficiet incolas regni Ascenaz, id est Phrygiæ minoris, in expeditione Bâbylonicâ Cyro adfuisse. Quod ex Xenophonte clarum, qui libro septimo Cyrop. Cyrum narrat, Sardibus captis, & Caribus sub iugum missis, Hytaspem cum exercitu misisse *ἐπὶ Φρυγίας πρὸς τὴν Ἑλλησπόντον* ad Phrygiam quæ est circa Hellepontum, id est minorem; Et Phrygiæ compotem Hytaspem ex eâ abduxisse *Φρυγῶν πολλοὺς ἰππέας καὶ πελταστὰς* multos Phrygum equites & scutatos, quos Babylonem deduxit Cyrus, alios cum equis & armis, alios solis fundis instructos, prout eos in se nouerat bene aut male affectos.

pag. 125. &
129.

CAPVT DECIMVM.

Riphat רִפְחַת, vel Diphat דִּפְחַת

Riphat al. Riphæi montes, al. Franci, al. Sauromatæ, al. Garamantes. Iosepho Paphlagonæ. Esdras legit *Diphat.* Vt cunque alludit *Tibata* vrbs Paphlagonia. Et Paphlagonicum nomen *Tibius* à monte *Tibio*, quem nonnulli Phrygiæ adscribunt, vnde *Tibia* pro Phrygia. Ad *Riphat* alludit *Rhebas* Bithyniæ amnis in Pontum exiens, al. *Rhebas*, vnde *Rhebasij* & *Rhebantia* regio.

PLerique Riphæos montes hic intelligunt qui nullibi sunt; Chaldæus, ni fallor, Francos: Nam quid aliud sit פִּרְכָּי nullus capio: Et Arabs nuper editus hic habet פִּרְכָּי *Franciam*: Eusebius *Sauromatas*, pro quô scriptum Γαυρομάτες in Chronico Alexandrino. Malo sequi Iosephum qui Paphlagonæ hic habet, populos Asiæ Minoris ad Pontum Phrygibus vicinos.

Cæterum in voce רִפְחַת *Riphat*, *Res* & *Daleth*, literas quam simillimas, scribarum incuriâ puto fuisse permutatas, quomodo in *Rhodanim* & *Dodanim* de quô antea. Nam pro *Riphat* in Esdrâ scribitur דִּפְחַת *Diphat*. A quô non abludit *Tobata* nomen vrbs Paphlagonicæ in Ptolemæo: neque in Paphlagoniâ nomen receptum *Tibius*. Strabo: *Seruis Attici nomina imponerent aut gentis vnde fuerant allati, ut Lydum, Syrum, ἢ τοῖς ἐπιπορευόντων ἐκ τῶν ἐνδομοσίων ἑσπερίων, ὡς Μαύλω ἢ Μίδαυ ἢ Φρύγια, Τίβιον ἢ Πάφλαγονία* aut vstitatis ibi nominibus appellabant, *Phrygem* puta *Manem* vel *Midam*, & *Paphlagonem Tibium*. Verissimile est sic dictos à loco Paphlagoniæ, Tamen Phrygiæ adscribit Stephanus, quia Phrygia & Paphlagonia regiones erant vicinæ. Eius verba sic habent: *Τίβιον, ἢ ἐπὶ Φρυγίας ἀπὸ Τίβειος πηγῆς, ἐκ τῆς τῆς Τίβειος τοῦ δὲ τοῦ καλεῖται Τίβιον, mons Phrygiæ à Tibio quodam, ex quô etiam seruos Tibios vocant. Quin & Suidæ *Tibia* est tota Phrygia: *Τίβια, ἢ ἡ Φρυγία ἢ τὸ καλεῖται*. Sed Straboni credo potius cui *Tibius* est Paphlagon, vnde colligo *Tibiam* vel esse Paphlagoniam, vel Paphlagoniæ partem, vt sit idem quod Hebræum רִפְחַת *Diphat* vel *Dipat*. Nihil necesse est monere literas D & T, & literas B & P esse ho-*

A inogeneas & facile permutabiles, quia sunt eiusdem organi.

Hæc de *Diphat* hæctenus. Tamen si quis πῆρ *Riphat* malit, eo alludet *Rhebas* vel *Rhebæus* vel *Rhebanus* Bithyniæ amnis in Pontum exiens: non procul à Paphlagoniâ. Apollonius lib. 2. Argonaut. vers. 791.

Ἔστι δὲ πῆρ Ῥηβᾶν παρὰ τὸν ποταμὸν τὸν Κολωνίης

Παφλαγονίης.

Ad rapidi vada Rhebæi, scopulosque Colona

Paphlagoneseque.

Orpheus Argonaut. vers. 711.

Ῥηβᾶν παρὰ τὸν ποταμὸν μέλαινον ἄκτινον

Ceruleas petimus Rhebani fluminis undas.

B Forte Ῥηβᾶν legendum vt supra. In aliis habetur *Rhebas*. Arrianus in periplo: ἀπὸ τῆς ἰερᾶς πλεοντὸς ἐν δεξιᾷ Ῥηβᾶν ποταμὸς. Plinius lib. 6. cap. 1. *A faucibus Bosphori est amnis Rhebas, quem aliqui Rhasum dixerunt.* Sed & Apollonius lib. 5. vers. 349.

Ῥηβᾶν ὠκυπέτῳ ποταμῶν, ἀκτινῶν τε μελαινοῦ.

Anne cito Rhebani, nigri littora Ponti.

Et Dionysius in Perieg. vers. 794.

Ῥηβᾶν ἐν τῇ ἐξ ἡμεῶν ἐπὶ τῇ Ῥηβᾶν Ῥηβᾶν,

Ῥηβᾶν ἐν τῷ Πόντῳ παρὰ τὸν ποταμὸν τὸν Ῥηβᾶν,

Ῥηβᾶν ἢ κελύσσον ἐπὶ χροῖ σὺρ' ὕδαρ.

Obliquus Rhebas ubi fundit amabile flumen;

Rhebas vicini qui fertur ad ostia Ponti,

Rhebas qui vitreâ per terram voluitur undâ.

Rhebas etiam regionis nomen, cuius populi *Rhebæi*. Stephanus: Ῥηβᾶν, ποταμὸς παρὰ τὸν Πόντον, ἔστι ἐν χροῖ, ἢ δὲ ἐν δεξιᾷ Ῥηβᾶν. *Rhebas* *Rhebæ* dicitur vnde *Rhebæi*, vel *Rhebas* *Rhebantis* vnde *Rhebantij* & *Rhebantia* terra. Eustathius in Dionysium: τὴν ἀπὸ Βοσπόρου γῆν ἕως ἐπὶ Ῥηβᾶν Βιθυνίης ποτε κατέσθεν *Terram à Bosphoro usque ad Rhebantem Bithyni aliquando tenuere.* Idem ex Arriani Bithynicis: γῆν λέγει Ῥηβᾶν τὴν παρὰ τὸν ποταμὸν τὸν Ῥηβᾶν.

D μὲν *Rhebantiam* terram vocat quæ est ad *Pfillium* amnem. Itaque *Rhebantia* regio dicebatur non solum quæ circa *Rhebantem*. Nam à *Rhebante* distabat *Pfillium* stadiis ccccl, vt ex Periplo constat. Ibi si fuit *Riphat*, ad Bithyniam pertinet potius quam ad Paphlagoniam.

Thogarma תוגרמה

Thogarma Ezech. 38. 6. prope Gomer ad Aquilonem Iudææ, & Ezech. 27. 14. inde equi & muli Tyrum adducti, Chald. Germaniam exponunt. Multi Turcomanniam, vbi nulli muli, nec asini, nec cum Tyriis commercium, Al. Borades, al. Georgianam, al. Barbariam, al. Phrygiam, al. Armeniam, al. Cappadoces & Galatas, Quod verum, Cappadocia equis nobilissimis ferunda, quæ in imperatorum vsu seruata, vnde diuina animalia dicta, Muli etiam Homero noti, & mulæ quæ pariunt: Vnde tributum annuum regi magno, Asini item in pretio. Thogarmæ Græcis Torgama; inde Trogmi vel Trocni Galatæ in parte Cappadociæ, lidem Trocmeni & Trogmades, De Troemo dace quod scribitur tam fabulosum quam quod de Troistoboge, Veti Galatarum daces, Iapheti posteris è Cappadociâ in Ciliciam se diffudere, Anchiæ, Cydnus, Parthenium seu Tarsus ab Iapheti, id est Iapheti, posteris dicti.

THogarma est vltimus filius Gomer, id est vltima è tribus coloniis è Phrygiâ deductis quæ à Mose recensentur. Constat ex Ezechiele Thogarma regionem esse Iudæis Aquilonarem, non remotam à terrâ Gomer, equorum & mulorum præstantiâ nobilem, quos ad Tyriorum nundinas Thogarmæi deducebant. Prophetæ verba sic habent cap. 58. vers. 6. *Gomer & domus Thogarma latera Aquilonis, & cap. 27. vers. 14. De domo Thogarma equos, & equites, & mulos abduxerunt, ô Tyre, ad nundinas tuas.* Chaldæus interpres Ezechielis exponit Germaniam, quomodo & Thalmudici tractatu Ioma: multi hodie Turcomanniam in Tartariâ & Scythiâ. Vtramque remotiorem, quam vt inde quisquam venerit ad Tyriorum nundinas. Vt taceam in Scythiâ non esse mulos propter aëris intemperiem. Herodotus in Melpomene: *οὐδὲ οὐδὲ ἐν τῇ Σκυθικῇ γῆν ἔστιν ὄνος, ἢ τε οἰστρον, ἢ τε ἰππικόν, ἀλλὰ τὰ ἴππικα nullus omnino est in terrâ Scythicâ aut mulus, aut asinus propter frigora.* Strabo: *οὐκ ἔστιν ὄνος τε καὶ ἰππικόν, διότι οὐκ ἔστιν ἐν αὐτῇ, nam neque asinos alunt, est enim animal frigoris impatiens.* Alianus apud Gesnerum: *Portica & Scythica terra, & finitima asinis carent.* Tamen Boëdes Borades hic habet Chronicon Alexandrinum, etiam ipsos gentem Scythicam, Gothis vicinam, de quâ hæc Gregorius Thaumaturgus in epistolâ canonicâ: *ἰν' ἐπιπέδῳ αὐτοῖς Βορῆδοι ἐν Γότθοι τε τῷ πολέμῳ εἰρηάζοντο, αὐτοῖς ἀλλοῖς Βορῆδοι ἐν Γότθοι ἦσαν, ut quoniam Boradi (iidem qui Borades) & Gothi eis hostilia fecerunt, ipsi aliis Boradi & Gothi sint.* Suspisor dici Borados vel Borades potius, pro Boreades, vt apud Diodorum lib. 2. *Βορῆδας in Hyperboreis διατρίβουσιν Βορέα.* Est & Scythiæ ad Caucasum portio *Γεωργιανὰ* seu Iberia, quâ voce Thogarma redditur in Arabicâ paraphrasi citatâ iam aliquoties, Iosephus explicat Phrygiam, & Ierosolymitanus *ברבריא Barbariam*, nisi fallor eadem mente. Neque enim hunc interpretem putauerim fuisse tam fungum, vt Thogarma regionem, quam Ezechiel vt diximus ponit ad Aquilonem, voluerit esse Barbariam Troglodyticam in extremo meridie. Itaque Barbariæ nomine Phrygiam intelligo, quam Barbariam dici non incommode patebit ex his Turnebi Aduersar. lib. 9. cap. 13. *Cum ex antiquo poetâ affertur (lib. 1. Tusculan.) astante ope barbaricâ, barbaricum interpretor Phrygium, vt sit, stante Phrygium imperio.* Sic

A Sic apud Horatium lib. 1. ep. 2. *Græcia Barbariæ lento collisa duello, id est Phrygiæ. Et apud eundem epod. 9. Sonante mixtum tibiis carmen lyra. Hæc Lydium, illis Barbarum id est Phrygium. Et apud Maronem lib. 2. Æneidos, Barbarico postes auro spoliisque superbi, id est Phrygio. Quibus adde ex eodem Turnebo lib. 5. cap. 15. In illo autem versu Lucretij lib. 2. Jam tibi Barbaricæ vestes, Melibœaque fulgens; Barbaricæ vestes Phrygiæ intelligendæ sunt: Vnde & barbaricarj in iure civili (id est Phrygiones) Nam Barbarum pro Phryge dici est frequentissimum.*

Iam si alios consulas, Thogârma Eusebius Armeniam interpretatur: Et Græcus Scholiastes in Ezechiel. 38. *καὶ μὲν Ἰσραὴλ Ἀρμενίους καὶ Ἰβηροὺς, καὶ ὁ ἐπὶ τοῦ Καππαδοκίης καὶ Γαλατίας* iuxta quosdam quidam Armenos & Iberos, iuxta alios autem Cappadoces & Galatas. In quâ interpretatione nihil est quod meritò desideres: Cum & Cappadocia terræ Gomer, id est Phrygiæ, vicina sit, & Iudææ respectu recta ad Aquilonem sita, equisque adeo & mulis nobilissimis tam fecunda vt hac in parte cedat nulli terrarum. Solinus ubi de Cappadociâ: *Terra illa ante alias altrix equorum & prouentui equino accommodatissima est. Solinum sequutus Isidorus: Terra eius ante alias nutritrix equorum. Dionysius Periegetes vers. 973.*

B
 ----- ἐπὶ ἠπειροῖο βασιλεῖς
 Καππαδοκίη γένει, δαίμονες ἰπποσώδων.
*Campi tenet arua patentis
 Cappadocum gens, cura rei quam tangit equestris.*
 Oppianus Cyneg. lib. 1. vers. 197. de equis Cappadocicis.
 Καππαδοκίη τε κλυτοὶ Τάυρα παρὰ τοῖς νέμειν.)
Inclita Cappadocum prope Taurum armenta residunt.

Item;
 Κεραυνότεροι δὲ πέλασιν ὅσα μάλα γηρόσκατοι.
Quod mirere animos addit viresque senectus.
 Claudianus in Rufinum lib. 2.

D
 ----- iam pasua fumant
Cappadocum, volucrumque parens Argæus equorum.
 Et in laudibus Serenæ.

----- delectus equorum;
 Quos Phrygiæ matres Argæaque gramina pasta
 Semine Cappadocum sacris præsepibus edunt.
 Et de equo Arcadij.
 Sive illum Armeniis aluerunt gramina campis,
 Turbidus Argæâ seu niue lauit Halys.

E Argæa gramina, & Argæâ niue id est Argæi montis in Cappadociâ altissimi ad quem sita Mazaca Cappadociæ metropolis. Vnde dici putantur equi Μαζηκῆς in Oppiano lib. 1. vers. 170. Quomodo apud Arabes *مافيك* est equi genus. Ita statuit Ritterhusius in notis ad Oppianum. Tamen equos Mazeces & Cappadoces aperte distinguit Oppianus: cuius verba sunt.

Strab. l. 12.

Κρήτες, Μάζηκες, Α' χειοί

Καππαδοκίαι, Μαίεσι &c.

Lucan. l. 4.
Claud. l. 1.
in Stilich.
Ammian.
lib. 29.

Itaque Μάζηκες equi potius ex Africanâ gente Mazacum vel Mazicum de quâ Lucanus, Claudianus, Ammianus, alij. Nam & Mazacum equos ita commendat Nemesianus vers. 261.

Quemque coloratus Mazaxe deserta per arua
Pauit, & assiduos docuit tolerare labores.

Coloratus id est niger, vt apud poetam,

Vsque coloratis annis deuexus ab Indis.

De Cappadocibus equis qui plura volet legat Philostorgiû, Cappadocem historicum vetustissimum, quem abhinc biennio primus edidit vir doctissimus Iacobus Gothofredus cum accuratissimis dissertationibus, è quibus non piguit hæc exscribere, quia ad rem nostram maxime faciunt:

pag. 115.

Tanta Cappadocum equorum nobilitas fuit, vt Imperatorum ferme vsibus seruantur, vnde: & diuina animalia in dictâ veteris orbis descriptione, id est Imperatoria, de quibus & Nemesianus Cymegetico, & Claudianus in laudem Serenæ. Ex his equis erant Palmati illi de quibus Nemesiani locus, Hesychij, lib. 1. Chronicorum in Glosis Nomicis, lex vn. C. Theod. de grege Dominico: & lex. 1. eod. cod. de equis curulibus, tandem & itinerarium Hierosolymitanum, prout eius verba restituimus. Huiusmodi equis nonnullis nulli fas fuit uti, vel factionibus diuidere præter Imperatorem, ne Consulibus quidem: Vide Capitolinum in Gordianis pag. 152. De quo accipio & quod infra dicitur lib. 11. cap. 6. Nempe Eutropium ab Arcadio capite fuisse multatum, quod cum esset Consul βοσκήματα ἀπεχρήματα animalibus præter fas usus esset, quibus nulli alij præter Imperatorem uti licebat. Locus quem citat vir doctissimus ex veteri orbis descriptione ita habet cap. 21. vbi de Cappadociâ: Vbique eam mittere aiunt leporinam vestem, & Babylonicum pellium, & illorum diuinorum animalium formositatem: Id est præstantissimos illos equos solius imperatoris vsibus destinatos,

Hæc de Cappadocum equis plus satis: Iam de mulis audi Homerum in catalogo.

Ἐξ Ἐρετῶ γενήμονων γένος ἀγροτεσίων.

Ex Henetâ vrbe genus mulis agrestibus vnde est.

Id est ex Amiso Cappadociæ vrbe ad Pontû celeberrimâ, vt veteres interpretantur. Vnde colligit Constantinus Porphyrogenneta them. 7. ὅτι τῶν ἡμιόνων γένος ἐκέρχεν ἀπὸ τῶν ἐκφυβίων mulorum genus inde primo esse ortum. Et

lib. 8. c. 44.

Plutarcho ἀπὸ φιλοπλυστίας in diuitum iumentis censentur ἡμιότει Γαλαταισίν, quia inter Galatas & Cappadocas medij sunt Heneti. De iisdem ita Plinius: Theophrastus vulgo parere mulas in Cappadociâ tradit, sed esse id animal sui generis. Et Strabo Cappadociam scribit Persis conferre quotannis tributi nomine ἑπτακιστῆς & πεντακιστῆς, ἡμιόνους δὲ δυοκιστῆς, equos mille quingentos, & mulos bis mille, vt scias tam mulos quam equos affatim inde venisse, vt à Prophetâ obseruatum. Muli nimirum ex equâ procreantur & asino, in quo genere Cappadoces quam in pretio fuerint vel

lib. 11.

ex Apuleio discere est, qui sub asini scilicet figurâ latens fabulatur à præ-

A éone se pro Cappadociô venditatum. Verba sunt lib.8. Metam. *ἴσ* (emp-
tor) *nimio præstinandi studio præconem rogat cuiatis essem? At ille Cappa-*
docium me & satis forniculum denunciât, vel vt alij legunt, Cappadocum
me fatu & f.d.

Pro *Trogarma* Græci interpretes constanter scribunt *Θρόγαμα* vel *Τρό-*
γαμα. Annon inde Trogmarum & Trocmorum nomen inditum *Ἀλεξριπι-*
ζῶς Galatarum illis qui *trogmam* aut *torgamam*, id est Cappadociam in-
federunt? Strabo lib. 12. *ἔχουσιν ὁ μὲν Τρόγαμοι τὰ πρὸς τὸ Πόντον ἐν τῇ Καπ-*
παδοκίᾳ τρομί Πόντι & Cappadocia confinia possident. Imo in ipsâ Cappado-
ciâ trans Halyn tenuere aliquot vrbes, Androsium putâ, Careffam, Sara-
lum &c. vt ex Ptolemæo constat. Ideo apud Polybium in excerptis c. 108.
B soli Galatarum *τρομί Cappadocum* regi Ariarathi litem de finibus mo-
uent, quam vt componerent legati à Romanis missi sunt. *τρογμος* cum G
scribunt Cicero de diuinatione lib. 2. & rerum Ponticarum scriptor vetu-
stus Memnon apud Photium cap. 20. Sed & iidem apud Stephanum *Τροκ-*
μήνοι trocmeni dicti, & *τροκμάδες* vel *trogmades* in concilio Chalcedonenfi
in quô sæpe nominatur *Κυριακὸς ἐπίσκοπος Τροκμάδων*. Ortelius legit *Τρο-*
μάδων. *trocmeni* porro dicti à *trocmâ*, & *trogmades* à *trogmade*, cuius re-
ctus casus *τρογμάς* plane videtur ex *torgamâ* factus. Ne hilum quidem me
C mouet quod scribit Strabo *trocmos* dici à *trocmo* duce. *τρια*, inquit,
Galatarum sunt genera, quorum duo ἴσ ἡγεμόνων ἐπίνομα ex ducibus nomina
habent, trocmi & tolistobogi, tertium verò à Celticâ gente τεττοσάγες. Ni-
hil est tam obuium quam ducum nomina sibi fingere cum veræ rationes
desunt. tam falli potuit Strabo in *trocmis* quâ in *tolistobogis*, quibus no-
men ex duce non fuit, sed ex gente circa *tolosam*, cuius meminit Florus.
Et verò Gallorum in Asiam traiectionis duces ex Memnone notissimi sunt
Leonorius & Lutarius, quorum illum nominat Strabo, Liuius corruptè
lib. 38. scribit *Lomnoriū & Lutatiū*. Ergo ex illorum nomine Galatæ dicendi
fuerant *Leonorij & Lutarij*, non *trocmi & tolistobogi*.

Obiter notâ Iapheti posteros è Cappadociâ vt verissimile est, in vicinam
D Ciliciam se diffudisse. Iapetum saltem Cilices pro conditore agnoscunt.
Stephanus: *Ἀγχάλη, πόλις Κιλικίας ἠδὲ Ἀνατολίας τῇ Τάρσῳ ἐν Ζεφυρίῳ, ὅστις ἴσ*
κτίσμα Ἀγχάλης ἴσ Ἰαπετῶ ἡγεμόνων, ὡς Ἀθηναίων ἐπὶ τῷ αὐτῷ περὶ τοῦ γένους
Anchiale vrbs Ciliciae in eodem littore cum tarso & Zephyrio. Est autem
opus Anchiales Iapeti filia, vt habet Athenodorus de sua ipsius patriâ scri-
bens. Ibidem ex Diodoro Grammatico hæc citantur, tanquam iis consen-
tanea quæ à Ptolemæo rege scripta sunt (sive *Lagum* intelligas aut *Euer-*
getem. Vterque enim historias scripsit) *γίνεσθαι Ἰαπετῶ ἡγεμόνη Ἀγχάλη, ἐν*
κτίσει πόλιν Ἀγχάλω, Ἀγχαλέα (lego πρὸς Ἀγχαλέα) τὴν ἠδὲ κτίσκει μὲν ποτα-
μόν. ἡγεμόνα δ' ἴσ Κύνδρον, ἀφ' ἴσ ποταμὸς Κύνδρον ἐν Τάρσῳ. ὅδε Κύνδρον ἴσ Παρ-
E *θένοιον ἀφ' ἴσ ἡ πόλις μετωνομάσθη Παρθενία, μεταπεσόσθης ἴσ τῷ ὀνόματι τῶν*
ἐκλήθη Iapeti filia Anchiale adiacentem annem Anchialem, Anchialem
urbem condidit. Eadem Cydnum peperit, à quo Cydnum Tarsi fluius: Cydnum
autem filiam habuit Parthenium à quo Parthenium vrbs, quæ mutato nomine
tarsus postmodum appellata est. Idem habet Eustathius ad Dionysium Perie-

getem. tamen Sardanapali sepulchro inscriptum fuit: *Αἱ χάλις ἔδμεθ* A
Τα ποδὶ μὴν ἡμέρῃ Anchiaten & Tarsum uno die condidit, vt Strabo, Arri-
 anus, Athenæus & alij scribunt. Sed is restaurare potuit vrbes iam ante ab
 ab aliis conditas.

Strabō l. 14.
 Arrian. A-
 lex. l. 2. A-
 then lib. 12.
 Suidas &
 Phavor. in
 Ἀρχαῖα.
 Eulath. in
 Dion. f. Eu-
 feb. ad A.
 1184.

CAPVT DVODECIMVM.

Tubal חובל & Mesech משך

Tubal & Mesech semper in Scripturâ iuncti, vt cognati populi; Chaldæi *Italiam & Ausoniam*
 explicant. Iosephus *Iberos & Cappadocas*. Eusebius *Illyrios & Thessalos*. Arabs *Sinas & Chorasani*.
 Chron. Alexandr. *Macuacos*. Talmudici *Vniakos* quorum casei veriti. Potius *Mesech* vel *Mo-*
soch & Tubal sunt *Moschi & Tibareni*. L & R saepe permutari. Moschi non sunt iidem qui Mo-
 synæci. Verus Moschorum situs. Moschici montes vbi Tibareni. Moschos & Tibarenos vici-
 nos fuisse populos. Ex Tubal & Mesech mancipia & vasa ærea Ezech. 27. 13. Mancipia multa
 in Ponticis regionibus, maximè in Cappadocia, cuius pars Tibarenia. Ibi ferri venales 4.
 drachmis. Libertas Cappadocibus intolerabilis. Aes Mossynæcum splendidissimum. Aes Iberi-
 cum vbi Moschi optimum. *Πρωτόν* etiam chalybem significat. In Tibarenia Chalybes vbi cha-
 lybis primo reperiuntur, & omnium laudatissimus. Eudoxus emendatus. Daimachi locus de Cha-
 lybis generibus. *Χαλύβες τὰς* vox Aeolica. Tibarenis mixti Chalybes qui & Chaldæi. Mesech &
 Tubal terribiles Ezech. 32. 26. quia populi fortissimi & immanissimi. Malè probari ex Ps. 120.
Mesech esse in Arabia. *Mesech* ibi non esse loci nomen sed temporis, nec conqueri Psaltem,
 quod in *Mesech*, sed quod diu sit peregrinatus. Quam inepte Iudæi nomine *Mesech* Christiani-
 nos intelligant, vt Iudeas nomine *Kedar*. *Mesech* Arab. pellis, vt *Μίξος*. *Μαχάριον* Scenitarum
 vrbs vnde dicitur. *Aben-Ezra* *Mesech* Tuscia; Et equi bene pasti *משכי* *maschim* Ierem. 1. 8. equi
 Tusci. Sed ibi *maschim* plene aliud. Versiones conferuntur; Emendatur Chaldaea versio. Malè
 colligi ex Es. 66. 19. Moschos ab arcus tensione dici: neque enim arcus habuere sed hastilia in
 bello. Moschum Sidonium huc non pertinere. Sed Moschicam *משך* *Mesech* vocati à longo tra-
 ctu mentium: Gens Tubal transfuit in nomen Tubal-Caini qui primus traiecit ferrum. Ara-
 bicè *חובל* *Tubal* est squama ferri.

DE Tubal & Mesech ideo coniunctim agemus, quia eos non solum
 Moyses & Esdras, sed & Ezechiel vbique iungit tanquam cognatos
 populos. *Tubal*, inquit, & *Mesech*, ipsi institores tui cap. 27. vers. 13. Item:
Ibi Mesech & Tubal; & omnis multitudo eius cap. 32. vers. 26. Item: *Prin-*
cipem capitis Mesech & Tubal cap. 38. vers. 2. & 3. & cap. 39. vers. 1. Chaldæi
Tubal & Mesech, quantum licet colligere ex vestigijs vocum quæ valde
 corruptæ sunt, Italiam explicant & Ausoniam. Iosephus Iberos & Cappa-
 docas. Atque Iberorum nomine, non Colchidi vicinos populos (quæ Io-
 sephi mens fuit) sed Hispanos intelligit Hieronymus. Quin & Es. 66. 19.
 pro *Tubal* Italiam habet. Multo aliter Eusebius qui nomine Mosoch Illy-
 rios & nomine Tubal vel Thobel Thessalos intelligit. Quod sequitur
 Epiphanius in hæresi Sethianorum. At pro *Tubal & Mesech* Arabs habet
אלצין *Sinas* & *חורסאן* *Chorasani*. Pessime omnium author Chronici Alexan-
 drini, qui nescio quos *Μαχάριος* *Macuacos* hîc sibi fingit qui nusquam
 sunt. Neque fortasse melius Talmudici qui *Vniakos* reddunt. *Tubal*, in-
 quiunt, *בית אוניקי* *est domus Vniacorum*. Quamuis aliquam esse gentem
 huius nominis ex eò colligatur, quod in tractatu Iomâ prohibiti sunt
בבית אוניקי *casei domus Vniacorum*. Vnnos intelligi suspicor, quorum
 casei Iudæis ideo prohibiti quia ex equino lacte facti. Hippacen Græci
 vocant.

A Mihi *Mesech* (vel vt veteres scribebant *Mofoch*) & *Tubal* sunt *Mofchi* & *Tibareni*, qui apud Græcos scriptores eodẽ modõ iunguntur quõ apud Hebræos *Mesech* & *Tubal*. Herodotus in *Thaliã* cap. 49. *Mofchis autẽ & Tibareni* & c. *Μόγχοι δὲ Τιβάρηνοι τρεῖς ἑκατὸν τάλαντα ἰμπεράτουν.* Et in *Polymania* cap. 78. *Τιβάρηνοι δὲ & c. κατὰ περ Μόγχοι ἐστνεύοντο ἑστὲν τὸν Τιβάρην* autem & c. eodẽ ornatu militabant quõ *Mofchi*. Item: *τῶν δὲ οὐρέτων ἀρχόντες οἵδε, Μόγχοι μὲν & Τιβάρηνοι Ἀχιμαρδὸς hos uerõ regebant hi duces, Mofchos quidem & Tibarenos Ariomarus.* Vides eadem arma, atque eodẽ in bello duces; vnde hos populos colligas arctissimã inter se necessitudine fuisse iunctos. Itaque cum à *Mesech* vel à *Mofoch* *Mofchos* rectẽ deducant non pauci recentiorum, est quod miretur lector nulli dum venisse in mentem *Tubal Tibarenos* condidisse vt *Mesech Mofchos*. Neque enim si ex *Tubal* Græci fecerunt *Tibar* & *Τιβάρη* *χόγχοι* vt habet Diodorus, aut *Tibaros* vt Eusebius & Strabo libro II. & crescente voce *Tibarenos*, mutatio hæc tanti fuit vt debuerit doctorum oculos configere: Cum Græcos sit notissimum scribere *Πιχόρ* pro *Picol*, & *Σαεδ* pro *Saled*, & *Βελιάρ* pro *Belial*. Tale est quod ex *Vzal* vel *Auzal* factum *Αύσαγ*, & ex *Chalmadda* *Χερμάνδη*. Iam de singulis seorsim.

Diod lib. 4.
Pag. 417.
Euseb. de
prepar. 1.1.

B *Mofchos* putat Stukius eosdem esse quos *Mossynos* vel *Mossynoecos*, sic dictos à turribus ligneis. *Μόσσυνας* Græce appellant. Tamẽ apud veteres omnes, adeoque ipsum Herodotum *Mofchi* habitant diuersi à *Mossynceis*. *Mofchi* habitant montes *Mofchicos*, qui Iberiam diuidunt ab *Armeniã* & vtramque à *Colchide*. Vnde est quod apud Strabonem *Mofchicã* partem *Iberes* tenent, partem *Armenij*, partem denique *Colchi*, in qua situm fuit *Leucotheæ* templum à *Phryxo* conditum. *Pomponius Mela* *Mofchos* admouet *Hyrano* mari; *Plinius* fonti *Phasidis* & *Ibero* amni in *Cyrum* defluenti; *Hecatæus* apud *Stephanum Matienis* vicinos facit, id est *Mantienis* montibus, vnde oriuntur *Gindes* & *Araxes* fluuij. *Soli Prolemæus* & *Strabo* *Mofchicos* montes producant longo tractu ab *Iberia* finibus vsque ad *Pontum Cappadocium*. Tamen ne sic quidem *Mofchi* *Mossynoecos* attingunt, quos *Xenophon*, *Diodorus* & *Plinius* ponunt inter *Cerasuntem* & *Cotyorum* *Ptolemæo* *Cyteorum* vrbes in orã *Ponti* notissimas.

Strab. l. 12.

Plin. l. 6.
cap. 4. & 10.

Xen. lib. 9.
Diod. l. 14.
Plin. lib. 6.
cap. 4.

C Inde difficultas non leuis; In eõ ipsõ interuallõ, sed *Cotyoro* propiores fuere *Tibareni*. Nam cunctibus occasum versus post *Mossynoecos* occurrebant *Chalybes*, post *Chalybes* *Tibareni* in quorum agro est *Cotyorum*. Ita testantur præter *Xenophontem* qui loca illa peragrauerat, & *Diodorum*, & *Plinium* quos citauimus, *Dionysius Periegetes*, *Mela*, *Marcellinus*, & tres scriptores *Argonauticon* *Orpheus*, *Apollonius*, & *Valerius Flaccus*. Vno verbo inter *Mofchos* qui sunt ad *Phasi* & *Tibarenos* *Cotyoro* vicinos, hi fere populi censentur, *Biferes*, *Sapires*, *Bechyres*, *Macrones*, *Phylires*, *Mossynoeci*, *Chalybes*, de quibus vide *Stukium* in *periplum Ponti Euxini*. Itaque non videntur *Mofchi* potuisse cum *Tibareni* quicquam habere commercij, tot gentibus interiectis, iisque feris admodum. Tamen in copiis *Xerxis*, vtrisque eadem fuere arma, iidem duces; Et in

Dion. vesp.
767. & c.
Mela lib. 1.
cap. 20.
Anm. l. 22.
Orph. v. 739.
Apoll. l. 2.
Val. Fl. l. 5.

Ezechiele, Mose & Esdrâ semper iunguntur Mesech & Thubal, id est Moschi & Tibareni tanquam vicini populi.

Solui poterit iste nodus, si dicamus alios fuisse Tibarenos prope Phasim & Moschicam, quomodo alios ibi Chalybes lib. 4. memorat Xenophon testis ἀλλ' αὖτις, quos distinctionis ergo Plinius Armenochalybes appellat. Et hi Tibareni erunt Iberi, si Iosephum sequimur, cui Θόβηλοι, id est filij Thobel vel Tubal, ij sunt ὀϊνῆες ἐν τοῖς κατὰ τὴν Ἰβηρίαν καὶ λυβῶν) qui nunc Iberi vocantur. Iberi scilicet Moschis tam vicini sunt, vt Strabone teste, partem Moschicæ regionis teneant, eam nempe quam ponit Plinius ad Iberum fluum genti cognominem.

Sed & aliud potest regeri, Hebraïca nimirum nomina Mesech & Tubal multo patere latius quam Græca Moschorum & Tibarenorum; Et vel omnes, vel plerisque populos interiectos sub iis contineri. Moschos igitur præter Moschicam propriè dictam putauerim occupasse quicquid est montium à Phasi vsque ad Pontum Cappadocicum, atque inde esse quod illi montes Moschicorum montium nomen eò vsque integrum atque illibatum seruant, vt videre est in Strabone & Ptolemæo. Atque eos statim excepisse Tibarenicas gentes ex Strabone colligitur, qui Tibareniam & Tibarenorum fines extendit vsque ad Pharnaciam & Trapezuntem, Moschicosque & Colchicos montes: Ita vt mediij fuerint inter Trapezuntios & Armeniæ minoris incolas. Hoc sibi volunt illa Strabonis lib. 7. ἐν δὲ τῇ ὀρειῇ τῆς Ταύρων, καὶ τῇ ὀρειῇ ὅστις ὁ Τετραπέζυς ἐμὸνυμον τῇ πόλει, τῇ δὲ Τιβαρηνίῳ καὶ τῇ Κολχίδι. Est & in montanis Taurorum mons Trapezus cognominis urbi quæ est circa Tibareniam & Colchidem; Et lib. 11. de Caucaſo: σὺν δὲ τοῖς Μοσχίοις ὄρει καὶ Κολχίδι μεχρὲ τῆς καλεμέων Τιβαρηνίων ἀτtingens etiam ad Moschicos & Colchicos montes vsque ad eos qui vocantur Tibareni. Et lib. 12. τῇ δὲ Τετραπέζυτι (ὅστις καλεῖται) καὶ τῇ Φαρνακίᾳ Τιβαρηνῶν τε καὶ Χαλδαίων &c. καὶ ἡ μικρὰ Ἀρμενία, supra Trapezuntem vero & Pharnaciam Tibareni & Chaldaei sunt &c. & Armenia minor. Et rursus: κατὰ μὲν καὶ τῆς δὲ Φαρνακίᾳ καὶ Τετραπέζυτι ὄρει Τιβαρηνῶν καὶ Χαλδαίων μεχρὲ τῆς μικρῆς Ἀρμενίας supra Pharnaciam & Trapezuntem sunt Tibareni & Chaldaei vsque ad paruum Armeniam. Addit continuo post eos Armeniis paruiffe, vt Trapezuntem & Pharnaciam attigisse probet Armeniorum ditionem.

Itaque iam exhaustum est quicquid erat difficultatis, & Moschorum montibus Tibarenos vicinos fuisse constat ex testimonio principis Geographorum, quem hîc maximè fidem mereri fatebuntur omnes qui scient eum Amasîæ natum in Ponto Galatico, ita vt horum locorum fuerit apprimè gnarus.

Nunc facile erit explicare Scripturæ loca de his populis. Tubal & Mesech (inquit Ezechiel cap. 27. vers. 13.) institores tui fuerunt, mancipiis & vasis æreis negotiantur in commercio tuo. Mancipia enim duci solita è Ponti regionibus quarum incolæ plerique homines erant ad seruitutem nati. Hinc Polybius lib. 4. Ponti regiones suppeditare δὲ τῆς ἐν τοῖς δυνείας ἀγομένων σαρμάτων πλεῖστον σερυιλium corporum maximum numerum. Et Philostratus lib. 3. Ponticos &c. seruos gregatim hîc aduectos inuenire licet. Sed ex omnibus

pag. 309.

pag. 327.

pag. 348.

pag. 348.

A

B

C

D

E

F

A Ponti regionibus Cappadocia imprimis, cuius pars Tibarenia, hoc genere mangonij fuit celebris. vnde Cicero in oratione post reditum in Senatum: *Cappadocem modo abreptum de grege venalium diceret.* Et Horatius Epistol. 6. lib. 1.

Mancipiis diues eget æris Cappadocum rex.

Id est Turnebo interprete, mango & venalitiarius qui mancipiorum greges venalium habet, vt apud Persium Sat. 6. Aduers. l. 22. c. 8.

---- *ne sit præstantior alter*

Cappadoces rigida pingues pauisse catasta.

B Id est ne sit vllus venalitiarius qui plures seruos habeat. Et Martialis lib. 10. Epigr. 76. Id. Aduers. l. 30. cap. 7.

Nec de Cappadocis eques catastis.

Id est de seruo Cappadoce eques Romanus factus. Et lib. 6. Epigr. 77.

Quid te Cappadocum sex onus esse iuuat?

C Inde mancipiorum ibi tanta vilitas vt Lucullo Cappadociam peragrante Romani venales seruos reperirent quatuor drachmis. Appianus in Mithridaticis: *ὁ μὲν αἰδοῦν ποδὸν τετάρων δραχμῶν ἀντίον ἐγένετο.* Et Plutarchus in Lucullo: *εἰς ἑσάτιον ἤλθεν διπολίον, ὡς τὸ μὲν βοῦν ἐν τετραπέδῳ δραχμῆς, ὁ δὲ δρῦδος ποδὸν τετάρων ὄνιον εἶ.* Nempe Cappadocum ingenia tam erāt seruilia, vt cum illis Romani permisissent viuere suis legibus, libertatem deprecati sint, & *ἡδύνασθαι φέρειν αὐτῶν ἔφατ, vt quam esse sibi intolerabilem dicerent.* l. 16. p. 504. Hæc de suis conciuibus refert Strabo ipse Cappadox.

Etiam id ad rem nostram est quod additur à Prophetâ *Tubal & Mesech vasis æreis negotiari.* Nam in Tibarenis sunt Mosynæci de quorum ære insignis est hic Aristotelis locus: *φασὶ τὸ Μοσύνιοισιν χαλκὸν λαμπρότατον ἐξ ἀργύρου εἶναι, & ἄσθραμι γινόμενον αὐτῶν κασιπέου, ἀλλὰ τῆς ἑνὸς αὐτῶν ἡγομένης ἐξ οὐρανῶν αὐτῶν Αἰνὴ Μοσύνου αἶς splendidissimum & candidissimum esse, non admixto illi stanno, sed terrâ quâdam ibi nascente, & simul cum eò coctâ.* Sed & in Iberiâ cuius partem Moschi incolunt, creditur esse æs omnium præstantissimum. Vnde est quod lib. 7. Chalcondylas æs Paphlagonicum ita commendat, vt asserat nulli cedere præterquam Iberico.

De mirabil. auct. cult.

D Verum enimvero vt plenius intelligatur Ezechiel, Lector hic monendus est vocem *נחש* quâ vtitur, & æs significare vt vulgo, & chalybem vt Iud. 16. 21. & Lament. 3. 7. Vnde est quod *נחש* chalybeum Hebræi interpretantur Leuit. 26. 19. Iob. 6. 12. Et Es. 48. 4. Vide Kimchium in Lexico, & R. Leti in Iobum, & Iarchium in Threnos. Quò sensu si hîc sumatur, quis nescit celeberrimos chalybis artifices in Tibarenia vixisse cum Mosynæcis; Chalybes, inquam, populos à quibus chalybi nomen, quomodo à gente *Tubal* squama ferri & æris Arabicè dicitur *توبال Tubal* apud Auicennam & alios? Nempe Chalybes creduntur primi tractasse ferrariam. Arrianus

Vid. Auic. lib. 2.

E lib. 22. *Chalybes per quos erutum & domitum est primitus ferrum.* Arrianus in Alexandro: *Χαλκῆς αὐτῶν δὲ δρῦδων ἀπὸ τῶν ἔχουσι χαλκὸν περὶ σίδηρον Chalybibus crimini datur quod primi cuderint ferrum.* Puto illum respexisse, cum id scriberet, hos Callimachi versus,

Apud Eustach. in Dionys. Apud Apollon. schol. l. 2.

---- *Χαλκῶν ὡς ἀπὸ τοῦ γένους,*

A

* lege ερ-
τέλλον τι.

Γείοθεν * ἀπ'τέλλοντα κεινὸν φύσιν εἰ μὴν ἔφηνον

---Chalybum gens malè differeat,

Per quam inuisa cauâ stirps è tellure reuulsa est.

Quos ita reddidit Catullus in de comâ Berenices:

---Chalybon omne genus pereat:

Et qui principio sub terrâ quærere venas

Institit, & ferri frangere duritiem.

Nempe ignorabant ante Chalybes vixisse Tubalcainum, quem Vulcanum esse multi putant. Interim fieri potest vt Chalybes post diluuium primi tractarint ferrariam; aut ferrum in chalybem durandi artem excogitauerint. Vtvt sit hoc certum chalybem à Chalybibus ideo dictum, quia chalybs nulli præstantior est quam apud Chalybes populos. Eudoxus lib. 1. εἰς τὸ Χαλύβων χώρας ὁ σιδήρεος ὁ εἰς τὰ σωματικά ἐπαγνόμενον ἔχει. Ex Chalybum regione ferrum ad aciem indurandam laudatissimum aduehitur. In Stephano Χαλύβων legitur pro Χαλύβων nullo sensu. Præstantissimum illum chalybem Græci Χαλύβδιον vocant. Ita Daimachus in Poliorceticon insigni loco de chalybis generib. σωματικάτων ἢ τῶν Χαλύβδιον, ὃ τῶν Σιωπηλῶν, ὃ τῶν Λυδίων, ὃ τῶν Λακωνικῶν. Καὶ ὅτι Σιωπηλῶν ἔστι Χαλύβδιον εἰς τὰ τεκτονικά: ὃ τῶν Λακωνικῶν εἰς ῥίνας ἔστι σιδηροῦ παρὰ τὴν γαστήρα, ἔστι εἰς τὰ λιθουργικά: ὃ τῶν Λυδίων ἔστι εἰς ῥίνας ἔστι μαχαίρας ἔστι ξυστήρας. Chalybis enim genus aliud Chalybdicum, aliud Synopicum, aliud Lydium, aliud Laconicum. Synopicum autem & Chalybdicum ad fabrilia adhibetur; Laconicum ad limas, & terebella, & characteres, & ferramenta lapidaria. Lydium autem & ipsum ad limas, et gladios, et nouaculas, et scalpella. Χαλύβδιον Ἰολίκε ἴδον quod Χαλύβδιον, vt monet Isacius in illud Lycophronis:

Χαλύβδιον κνώδοντι σωπετραυμένη.
Mucrone ferri vulnerata Chalybdici.

Vnde obiter colligere est non solum ad fabrilia sed & ad arma adhiberi ferrum Chalybum.

Nunc in rudiorum gratiam libet apponere loca veterum ex quibus patet Chalybes promiscuè habitasse cum Mossynæcis & Tibarenis.

Cyri Min. lib. 5.

phon: Ε'περβύθη ὁ κτω σαρμακὸς, ἔτι ἀφικνῶν εἰς Χαλύβων: ἔτι ὀλίγοι ἦσαν, ἔτι ἔπι-
χοι τῶν Μοσσυνοίων, ἔτι ὁ βίβλῳ τῶν πλείστοις αὐτῶν ἀπὸ σιδηρέας; ἐν τῷ δὲ ἀφικ-
νῶν εἰς Τιβαρήνας ὀβτανὸν castris venerunt ad Chalybas, qui pauci erant et
Mossynæcis subiecti, et victus plerisque erat ex ferarriâ; inde venerunt ad Ti-
barenos. Orpheus Argonaut.

Καὶ Χαλύβες, Τιβαρῖνά τ' ἔειπεν, καὶ τ' ὀπίχαιρες
Μίδων σὺ Μοσσυνοίων πέδον εἰναπέπασαι.
Et Chalybes, socieque manus, et proxima Moschis
Gens permixta solo Tibarenica degit eod. m.

lib. 1. c. 20.
Seph.
Apud

Pomponius Mela: Tibareni Chalybas attingunt, quibus in risu lusuque summum bonum est. Ex Ephoro, cuius verba: Τιβαρῆνοι καὶ τῶν Πόντων, καὶ τῶν γα-
λῶν εἰς τὴν ἐσθλαχίαντες καὶ μετῆσαν δι' δαίμονι ἀρτῶν τομίζαν. Stephanus: Τιβαρῖνια,
χώρα εἰς τὸ Πόντον παρὰ τὴν Χαλύβων καὶ Μοσσυνοίων Τιβarenia regio ad Pon-
tum vicina Chalybibus et Mossynæcis. Sic apud Strabonem Chalybes modo iun-

B

C

D

E

A iunguntur Mosynoecis, vt cū dicit *Chalybibus* & *Mosynoecis ademptam* lib. 11. p. 528.
 fuisse *Paranetum*; modò iunguntur Tibarenis, vt cum supra Trapezun- lib. 12.
 tem & Pharnaciam ponit Tibarenos & Chaldæos, id est Chalybes: Addit pag. 148.
 enim non multo post: *Ἡ μὲν Χαλδαῖα Χάλυβες δὲ παραίων ἀνομάζοντο* qui au-
 tem nunc Chaldæi Chalybes olim vocabantur. Eadem in Dionysio legas, & Dion. vers.
 Apollonio, & Plinio, & Valerio Flacco, & Ammiano Marcellino. 767.

Alter est locus de gentibus Mesech & Tubal Ezech. 32. 26. quò dicun- Apoll. 1. 2.
 tur in iis occubuisse plures qui olim terrorem incusserunt in terrâ viuen- Plin. lib. 6.
 tium: Chaldæus intelligit de dominatione in terram Israel, cum terra vi- cap. 4.
 uentium sit vbicumque viuunt homines. Atque vt hos populos scias non Val. lib. 5.
 immerito fuisse terrori, Xenophon dicit Chalybes fuisse *ἀνδραγαθῶν ἀμύμων* Argon.
τάτους, omnium eorum quos pertransierunt fertissimos, & prælium iniisse Marcell.
 cum cantu & tripudio. Et apud Apollonij Scholiastem Nymphodorus tam lib. 22.

B generosos esse Tibarenos, vt non nisi indicto bello, ac ipsius prælij loco, lib. 4. Cyr.
 tempore, ipsaque horâ prius denunciata manum conferere solitisint. Et Min.
 Mosynoecos scribit Strabo tres Pompeij cohortes interemisse, & bero- Strab. 1. 12.
 rû campestria tenere homines agriculturæ & pacis studiosos, sed monta- Ibid. 1. 11.
 na, id est Moschicam, viros bellicosos qui viuunt more Scytharum.

C Addo incussisse terrorem ratione immanitatis & belluinæ ferociæ. *Æf-*
chylus de Chalybibus

Ἀνήμεροι δὲ αὐτῶν ἀπέπρωτοι ἐξένοισ. in Promethæ
Namque efferi sunt atque inaccessi aduenis. vinc. v. 690.

Eusebius de Tibarenis seu Tiberis: *Τίβαροι δὲ ζῶντες κατερρήμιζον τὰς ἐγγύ-* Præp. lib. 1.
τάτω γέροντας Tibari autem viuos praecipitabant eos quibus imminebat pag. 9.
senectus. Xenophon de Mosynoecis: *τὰτους ἐλεγον ὅτι ἐξευστάμενοι βαρβαρώτατους*

διελθεῖν, ἐπὶ πλείστοι δὲ Ἑλληνικῶν νόμων κερωρισμένους hos dicebant nostri commi-
 litones omnium esse, per quorum fines transfussent, inhumanissimos, & *ἀ*
Græcorum moribus maximè alienos. Denique Strabone teste *ἀπαντες ὄρειοι*
τῶτων ἀγροὶ πελέως quotquot illorum montes incolunt sunt plane feri. Dicitur
 capite sequenti cur Ezech. 38. & 39. Gog in terrâ Magog dicatur esse prin-
 cept capitis Mesech & Tubal

D Non est quod quemquam moueat obiectio Beroaldi qui contendit ter-
 ram Mesech esse in Arabiâ Kedarenâ, fretus hoc loco Psalmi 120. vers. 7.
Hei mihi quod peregrinatus sum in Mesech, habi' aui in tabernaculis Kedar.
 Neque enim ibi *משעך* loci nomen est, sed temporis. Et verba He-
 braea *משעך* non reddenda sunt *peregrinatus sum in Mesech*, sed *peregrin-*
natus sum diu, vel vt Aquila *ἠερισθὲν ἐν μακρίσμῳ* aduena fui longo tem-
 pore. Alius (nî fallor Symmachus) inuersis verbis reddidit *περιστῶν περιλά-*
κωσα, id est *ἠερισθὲν* *περιλάκωσα* *protraxi* sup. tempus, pro *משעך*. Rursus
 aliter LXX ἢ *περιστάμω* ἐμακρύθη id est *משעך* *ἠερισθὲν* *incolatus meus prolongatus*
 est, vt habet vulgatus interpres, quos sequuntur Syrus & Arabs. Tamen
 idem sensus manet. Nempe verbum *משעך* propriè est trahere. Vnde ad
 tempus translatum est differre & prorogare, quò sensu Romane dixeris
 trahere bellum & trahere comitia. Sic Ezech. 12. 25. & 28. *עוך משעך* *non*
trahetur amplius, id est non differetur. Pro 13. 12. *משעך* *spes tracta*

id est quæ differtur. Nehem. 9.30. שנים רבות *traxisti super eos annos multos*, id est ultioné distulisti. Es. 13.22. לא ימסכו *dies eius non trahentur*, id est non prorogabuntur. Pf. 85. 6. אפך לדר ודר *Trahes iram tuam*, id est prorogabis, & *generatione in generationem*. Eôdem sensu legitur משה הוסיף *trahere seu prorogare benignitatem* Pf. 36.11. & 109.12. Proinde ex eô verbô nomen משה *mesech* est dilatio, prorogatio, vel simpliciter spatium, longitudo, tractus temporis; vt cum Hebraei dicunt שנים במשה *intra spatium decem annorum*, & במשה הוסיף *tractu temporis*. Ita plane in verbis Psaltis משה גרהי *pro peregrinatus sum longo tempore*: Quomodo interpretatur ipse, cum statim addit versu sequente רבה שכנה לה נפשי *multum (sup. temporis) incola fuit anima mea*, LXX πολλά παράμυσει.

Vid. Lex. Talmud. Buxtorf. pag. 274.

Solus veterum Chaldæus interpres משה *Mesech* pro populo accepit. Quem auidè sequuti Hebraei posteriores, nomine משה *Mesech* Tusciam, id est Italiam & Romanorum imperium intelligunt, vt nomine קדר *Kedar* Saracenicum & Turcicum. Itaque his verbis agi volunt de captiuitate suâ inter Christianos & Turcas. Ac si dixerit Propheta locutus sub personâ Iudæorum, quos hodie miseræ seruitutis iugum opprimit: Hei mihi quod peregrinatus sum in ditione Christianorum, & habitauit cum Ismaëlitis, id est Turcis & Saracenis. Sed è Iudæis Kimchium puduit huius commenti; Is itaque משה ad temporis diurnitatem referens verba Psaltis sic φησὶς, *Hei mihi quod protracta est captiuitas mea valde*.

Tamen dato non concessio משה *Mesech* in verbis Davidis, proprium esse loci nomen, non statim sequetur locum eundem designari cum illo *Mesech* qui cum Tubal semper iungitur. Neque id probabit aduersarius, nisi prius subuerterit quæcunque à nobis disputata sunt de vero situ Tubal & Mesech. Potuit inter Arabes Kedarenos siue Scenitas locus aliquis vocari משה *Mesech*, non à Mesecho filio Iaphet, sed à pellibus quibus tentoria obtegebantur. Chaldæis certè & Syris משה *mesach*, & Arabibus مَشَح *mesch* est pellis, vnde Græcorum μέσση, pro vellere vel pelle quâuis. Hesychius ex Nicandro: μέσση, κάδιον, δέρμα, Νίχμηδ' εως. Atque eô alludit nomen *Maschanes* vrbis Scenitarum Arabum, de quâ Quadratus in Parthi-
cis. Stephanus: Μασσιάνη πόλις πρὸς τὴν Σελωιτῆρ' Ἀραβῶν. Κνάδ' ἐστὶν ἰσθμὸς Παρθίων. Nisi *Maschanen* quis malit esse Arabicum מסכן *Maschan*, id est scena, tabernaculum; vt sit eadem cum Scenis vrbe Scenitarum Arabum quam describit Strabo lib.16. Quæ ratio nominis סוכות *Succhoth* oppidi in tribu Iudâ Gen.33.17. vbi LXX Σελωί. Sic in Ægypto *Scenæ Mandrorum*, *Scenæ Veteranorum*, *Scenæ Extrage*, vel vt alij *Scenæ Sexta Gerasa*, totidem urbium nomina.

Sunt & alia Scripturæ loca quæ ad hunc ipsum populum perperam referuntur. Sic de equis è terrâ Mesech tanquam præstantissimis agi putat *ben-Ezra* in his Ieremiæ verbis משה מיוני מסוכים, quæ ita interpretatur, *sunt ut equi Mesechæ bene pasti*, id est, inquit, oriundi è Mesech, unde veniunt fortes equi qui fremunt & appetunt feminam. Mesech porro, si credimus, est Italiæ Tuscia. Sed ibi מסוכים plane aliud, nempe qui mane surgit, vt Os. 6. 4. מסוכים הל *ros matutinus*, non *ros Moschorum*. Itaque Pro-

Kimch. in Lex. rad. משה Ierem. 5. 2.

A phetæ verba sic sonant, ut equi bene pasti cum mane surgunt, unusquisque ad uxorem proximi sui adhinnunt. Ita Selomo & Kimchius recte ex mente Prophetæ. In loco facili mirum est cespitasse tot interpretes. Vocem Hebræam מַשְׁכִּים *maschim* Septuaginta securè prætereunt: Græcorum alij reddunt ἄλλοτριος *trahentes* (ac si esset מוֹשְׁכִים *moschim*). Vt ostendatur, inquit Hieronymus in hunc locum, *magnitudo genitalium*. Proinde explicat *emissarios*. Chaldæus תַּרְדֵּי *tardantes*, nullo sensu. Sic habent exemplaria quotquot videre mihi contigit. Sed nullus dubito quin legendum sit מַשְׁכִּים id est mane quærentes, vt respondeat Hebræo מַשְׁכִּים.

Rursus agitur de gente Mesech Esaiæ 66. 19. si sequimur Seniores qui

B habent מוֹשֶׁכַּי מוֹשֶׁכַּי *Mosoch Ludæi & Mosoch* pro Hebræis מוֹשֶׁכַּי לְיִשְׂרָאֵל *Ludæi trahentes arcum*, id est *tendentes* מוֹשֶׁכַּי vt explicat Ieremias cap. 46. vers. 9. Ita 1. Regum 22. 34. וְיָשָׁא בְּקֶשֶׁת מוֹשֶׁכַּי *et vir traxit in arcu*, id est tetendit arcum, vel iaculatus est arcu. Quod cum palam sit Ludæis non Moschis tribui; vt suo loco pluribus explicabimus, tamen inde multi colligunt ab arcûs tensione

C Moschis fuisse nomen. At ex Herodoto discere est Moschos pro armis arcus non habuisse, sed ἀσπίδας & ἀιχμῆς μικρῆς, ῥόχλαι δὲ ἐπιήματα μεγάλαι *scuta & hastilia breuia, quibus inerant longi mucrones*. Sic in Xenophonte Chalybum his proximorum arma non arcus neque sagittæ, sed hasta longa cubitorum decem & quinque, & μαχαιρίων gladiolus de zonâ pendens ὄσον ἑσθήνη Λακωνικῆ vt *harpe Laconica*. Probo vocabulorum origines quæ historiam astruunt, non quæ destruunt. Multo absurdus Stukius in Arrianum Moschorum originem ad Moschum refert Sidonium Philosophum quem de atomis disputasse volunt Posidonius & Strabo ante Troiani belli tempora. Quid quod Moschum Sidonium è stirpe Chanaan eundem esse vult cum Mosoch filio Iaphet? Ego vt dicam quod res est, non puto Mesech nomen esse singularis hominis, sed populi vel terræ quæ מוֹשֶׁכַּי dicta sit à longo tractu montium. Sic Ps. 126. 6. *Dauid dixit* וַיִּתֵּן יְהוָה טְרַף מוֹשֶׁכַּי *tractum feminis* propter sulci longitudinem in quem semen tractim spargitur, vt habetur Amos 9. 13. Huic coniecturæ facilius assentietur, qui in Ptolemæi tabulis

D inspexerit quam longo tractu ferantur Moschici montes ab intimâ Iberiâ vsque ad Pontum Cappadocicum. Et fortasse non absimili de causa Ægyptij vocantur מוֹשֶׁכַּי *gens tracta* vel in longum extensa Es. 18. 2. Nam supra Delta Ægyptus tota in longitudinem patet vsque ad Æthiopiæ fines.

Gentem Tubal nemo non videt in illius transiisse nomen cuius artem intermortuam prima post diluuium exfuscitavit. Tubalkainum intelligo de quô Gen. 4. 22. Nec leue superest vëstigium vetustæ rei, in eô quod iam diximus, Arabes gentis illius priscò nomine *Tubal* hodieque vocare squamam ferri & çris. Auicenna lib. 2. capite וְיָשָׁא בְּקֶשֶׁת מוֹשֶׁכַּי id est de ferro וְיָשָׁא בְּקֶשֶׁת מוֹשֶׁכַּי

E *thubal* Assaburchan accedit ad *thubal aris*, id est squama chalybis fere eiusdem est virtutis, cuius est squama æris. *Saburchan* est chalybs naturalis vt מוֹשֶׁכַּי *phulad* chalybs artificialis. Hæc Auicennæ verba respondent his Dioscoridis quæ Plinius non intellexit: Λεπίδες δὲ συμμομιεῖται δυνάμεις ἐστὶν αὐτῆς τῆς αἰχμῆς λεπίδος. Vide Cl. Salmasium in Solinum pag. 1084.

CAPVT DECIMVM - TERTIVM.

Magog מוגוג

Magog alij aliter, Iosephus, Eustathius, Hieronymus & Theodoretus optimè Scythas reddunt, nempe qui sunt circa Caucasum. In loco Ezech. 38. 2. ראש רבוס vel appellativum est vel proprium. Si prius, Gog in terrâ Magog dicitur esse princeps capituli, id est in initio Mesech & Tubal, vel terræ Scythiæ quæ inde incipit vnde desinit Mesech & Tubal. Huius locutionis plura exempla. A Gog dicitur קאגאס quasi Goghasan Gogi munimentum, & Armeniæ Gogarenem. At si Rhus sit proprium, ut Græci reddunt; sensus erit Gog, id est Scythas incolæ terræ Magog, id est Scythiæ, insuper fuisse principes terrarum Rhus, Mesech & Tubal. Rhus loci nomen negat esse Hieronymus, quia aliunde est ignotum. Sed multa alia habet locorum nomina idem Ezechiel æquè ignota. Arabibus Rhus est Araxes. De eo locus Nubiensis Geographi explicatus & emendatus. Et in Gogionide Rhus habitant circa Cyrum Araxi vicinum, Scythas olim & Sacas imperium suum cõvsque promovisse; Et primum habitasse circa Araxem. A Rhus & Mesech, id est Rhus & Meschis descendisse Russos & Moscovitas, Rhus appellari Tauricam Chersonesum, Rhusalani vnde dicitur. Eorum sedes. Magyni dicitur à Magog. Equi & equites Gog & Magog Ezech. 38. 3. 4. 15. id est Scytharum qui semper in equis. Eorum arcus Ezech. 39. 3. ארסותם. Scythæ sagittarij, Scuten iaculari Germanicè. Arimaspi curvuculi. Amazones vnde dicitur. Mulieres Scythicæ quam bellicosæ. Duellum apud Sacas inter futuros coniuges. Equites Gog induti מכלל id est cataphracti, Scytharum equites ארסותם. Persarum equites cur libanarij dicitur. קלכאר pro thorace apud Græcos recentiores. Vocem esse Persicam & Chaldaicam. גלבה galba ferri squama Chald. גלבין lorica squamata. Aruch & Elias notati. Galba vel gliba idem quod קלפה kalpha & קליפה klipha. Inde gibanar libanarius. Clibanariorum lorice hamata & ex squamis seu laminis ferreis. Vaticinium Ezechielis de excidio gentis Gog & Magog quando impletum non satis scimus. Ezech. 39. 11. 15. 16. vrbis & valli ab iis dicitur ad Orientem maris, nempe Scythopolis ad ortum lacus Tibetiadis; Ira Chaldaus & Eusebij Chron. Hierapolis vnde dicitur Magog. Magog est Prometheus, cuius filius Hierapolim condidit.

Ambros. de fide ad Gratien. lib. 2. c. 4. Hieron. quest. in Gen. & præfat. lib. 11. Ezech.

MAgog Ambrosio Gothorum, Eusebio Celtarum & Galatarum, authori Chronici Alexandrini Aquitanorum, Chaldaeis Germanorum, Arabibus Tartarorum, Iosepho, Eustathio, Hieronymo & Theodoretis Scytharum pater fuit; quod verissimum.

Colligitur id ex verbis Ezechielis cap. 38. vers. 2. *Ponit faciem tuam contra Gog in terrâ Magog* וְהוּבַל מֶשֶׁךְ וְתֻבַּל *principem capituli Mesech & Thubal, vel principem Rhus, Mesech & Thubal.* Vtramque versionem verba Hebræa ferre possunt. Priorem sequuntur Chaldaus interpres, Aquila, Hieronymus. Posteriores (ἀρχὴν Ρῶς. Μασὼχ καὶ Θούβελ) Septuaginta interpretes, Symmachus, Theodotion & Proclus episcopus apud Socrate histor. lib. 7. cap. 43. Vtramvis sequaris nostrâ nil refert. Quia ex vtrâque videtur sequi terram Magog esse in Scythiâ.

Quippe si stamus priori interpretationi, verborum Ezechielis hic erit sensus, Gog incolam terræ Magog in illis imperare locis vnde incipit terra Mesech & Tubal. Notum enim ראש caput passim apud Hebræos pro initio sumi. Sic 1. Paralip. 14. 15. cum audieris incessum בראשי הכנאים *in capitibus mororum*, id est in initiis, non in cacuminibus ut volunt. Neque enim in mororum cacumine quisquam incedit. Et in Esaiâ & Nahumo ראש כל הוצות *in capite omnium platearum*, id est in principio. Et in ipso Ezechiele toties ראש דרך *caput viae* est initium viae. In Ieremiâ denique Galaad vocatur ראש הלבנון *caput Libani*, quia Libanus inde incipit vnde desinit Galaad. Hieronymus de locis: *Galaad mons &c. est ad tergum Phœnicis &*

Es. 51. 20. Nah. 3. 10. Lam. 2. 19. Ez. 16. 25. 31. & 21. 24. & 42. 12. Ier. 22. 6.

A Arabia, collibus Libani copulatus. Brocardus in descriptione terræ Sanctæ. Ultra Iordanem sunt varij montes, nempe mons Seir, mons Hermon, mons Libani, & mons Galaad, qui tamen omnes sunt vnus mons continuus, nisi quod in diuersis locis diuersa sortitur nomina. Itaque vt mons Galaad vocatur Libani caput aut initium, quia Libanus ex eò incipit, pari ratione terra Gog, vel quod, idem est, terra Magog poterit appellari גֹּג וּמָגוּג caput seu initium *Mesech*, quia terræ continuæ sunt, & terra *Mesech* incipit à terrâ Magog. Sic terra Gog vel Magog erit Scythiæ pars circa Caucaſum, quam Colchi & Armeni, quorum dialectus erat semichaldæa, גֹּג הַסָּן *Gog-hasan* vocauerint, id est Gogi munimentum, atque inde Græci Κάυγασσι, sono molliore, vt cum pro גַּמֶּל *gamel* גַּמְלוֹן dicunt. Sed & ipsissimum nomen Gog integrum Græci seruarunt in Γωγάρην *Gogaren*: Iberiæ parte trans Cyrum quam Iberis Armeni ademerunt, vt testatur Strabo libro vndecimo. In Stephano *Gogarene* est γωγειον μετὰ τὸν Κόλχον & Ἰβήρων τῆς ἀπὸ Ἰβηρίας locus inter Colchos & Iberos Orientales.

Res eòdem recidet, si cum LXX senioribus רְחוֹס *Rhos* sumamus pro nomine populi vel regionis. Quod quidem negat Hieronymus, sed argumento non satis certo: *Nec in Genesi, inquit, nec in alio Scripturæ loco, nec in Iosepho quidem, qui omnia Hebraicarum (malim Hebraica) gentium in primo antiquitatum libro exponit nomina, hanc gentem potuimus inuenire. Ex quò manifestum est Rhos non gentem significare, sed caput. Nempe virtantus, cum hæc scripsit, non cogitabat in illo ipso Ezechiele multa locorum esse nomina quæ alibi nusquam occurrunt, Putâ^a Chebar, ^b Gammadim, ^c Chelmad, ^d Chub, ^e Chetlon, ^f Sibraim &c.* Itaque etiam si *Rhos* nec in Iosepho, nec in aliis extet Scripturæ locis, tamen nihil obstat quominus possit esse loci nomen. Et mihi quidem *Rhos* videtur esse Armeniæ fluius Araxes & Araxene regio.

^a Ezech. 1.
1. &c. ^b Ezech. 27. 11.
^c Ez. 27. 23.
^d Ezech. 30.
^e Ezech. 47. 15. ^f Ezech. 47. 16.

Clim. 5.
part. 6.

Arabicè saltem constat in Geogr. Nub. *Rhos* vocari Araxem: In Armenia, inquit, duo sunt fluij magni nominis, nempe גֹּג וּמָגוּג *fluuius Rhos* & *fluuius Kor* (id est Araxes & Cyrus) ambo ex occasu ad ortum labentes, & quidem *fluuius* (Cyrus) qui magnus est & nauiger, oritur prope montem (Caucaſum) Et excurrens ad Tiflis (Zalissam Prolem.) indeque tendens ad fines Hanua & סַמְסוּן *Samsun* (vno puncto addito quo Arabicè N & T differunt, legerim *Samsut* potius, vt sit Prolemæi Σαυτῦτα *Sanguta*) confluit cum flumine *Rhos* (Araxe) & exit in mare חֹזָר *Chozar* (Caspium.) Similit er flumen *Rhos* (Araxes) est magnum valde: Egreditur ex partibus אֲרַמֵּיָה Armenia interioris [non minoris, vt habet Latina versio] è *Calicala*. [Turcis Carachala, id est nigrum castellum] Cætera ibi vide & confer cum Itinerario Guilliemi de Rubruquis cap. 49.

E Ex his cum constet plus satis *Rhos* esse fluium Araxem, est & cur putetur accolas eòdem nomine appellari. In Iosepho Bengorjon hæc legere est: capite primo Venetæ editionis: רְחוֹסֵי הַיָּם עַל נְהַר בִּירָא [lege בִּירָא] חֲסוּךְ *Rhossi habitant ad fluium Cyrum qui desluit in mare Georgian, id est Caspium.* Cyrum pro Araxe dixit, quia sunt vicini amnes, quique

adeo confluentes vno, & eodem ostio in mare Caspium exeunt. Et ad vtrumque Rhossi habitant in regione interamni quæ Græcorum est Araxene.

Ex istâ interpretatione, verborum Ezechielis hæc erit paraphrasis: *Pone faciem tuam contra Goz*, obfirma vultum tuum ad prophetandum contra regem Scytharum, *in terrâ Magoz*, qui regni sedem habet in Scythiâ prope Caucasum: *Principem Rhos, Mesech & Tubal*, principem Armeniæ Araxenæ, Moschicæ, & Tibarenicæ, regionum contiguarum quæ tum erant Scythici iuris. Scythas enim vel Sacas, quod idem est, imperij sui limites cõ vsque promouisse disertis verbis testatur Strabo lib. 11. Σάκαι, inquit, ἢ Ἀρμενίας κατεκτήσαντο πρὸ ἀείλιω γλῶ, ἡ δὲ ἐπίνομον ἑαυτοῖς κατέλιπον πρὸ Σακισίων, ἐμέλει Καππαδοκῶν, ἐμέλινα τῆς πρὸς Εὐξειῶν, ὅς Ποντικῆς καὶ καλοῦσι, πρὸ ἡλθον Sacæ optimam Armeniæ regionem occuparunt, quam à se Sacasenam denominarunt, & vsque ad Cappadoces, eos maxime qui Pontici dicuntur, ad mare Euxinum progressi sunt. Quin Scythæ in Trogo leguntur iuxta Thermodonta confedis. Et Thermodon in Plutarcho de fluuiis ποταμός ἐστὶ Σκυθίας fluuius est Scythiæ, in Philostrato Scytharum limes.

Iustin. 1. 2.
De viâ A.
pollon. 1. 7.
cap. 12.

Nec defunt qui Scytharum circa Araxem sedem antiquissimam fuisse volunt. Ita habetur in Herodoto: Σκυθίας τῶν Νομάδας οἰκίοντας ἐν τῇ Ἀσίῃ ποταμῷ καταδέντας πρὸ Μασαγετῶν, οἵ γε δὲ ἀπέβησαν ποταμὸν Ἀράξια ὅτι γλῶ Κιμμερίω Scythas Nomades qui Asiam incolunt, cum à Massagetis bello vexarentur, Araxe traieclo in Cimmeriam abiisse. Cimmeriam id est Scythiam. Scythia enim dici cœpit postquam Cimmeriis pulsas Scythæ illam occupauerunt. Id ipsum multo expressius docet Diodorus libro secundo: ὃ μὲν γὰρ πρὸ τῆς [ἠ] Σκυθίας] πρὸ τῆς Ἀράξια ποταμὸν οἴκοντες κατὰ τὸν ποταμὸν Ἀράξια ἠδὲ κατὰ τὸν ποταμὸν Σκυθίας πρῶτον ἀδελφοὶ κατέφρασαν, μετὰ τὴν Scythæ primum iuxta Araxem annem pauci habitauerunt, & propter ignobilitatem despecti. Sequitur montanos Scythas inde vsque ad Caucasum esse progressos: Campestris verò vsque ad Maotidem paludem, & Tanaim, & Septentrionalem Oceanum.

Credibile est ex ὅτι Rhos & τῶν Mesech, id est Rhossis & Moschis, vicinis populis circa Araxem de quibus Ezechiel, descendisse Russos & Moscouitas, gentes in Europæâ Scythiâ celeberrimas, quæque latissime patent. Russi transmissò Araxe videntur primò occupasse Tauricam Chersonesum, & de suo nomine Rhos appellasse. Tauri enim sic nominantur apud Tzetzem, Cedrenum, Curopalatem. Tzetze nihil est expressius:

Chil. 11.
hist. 393.

Ταύροι, τῶν ἵππων τῆς βοῶν [ἠ] ἄρρενες καλοῦνται.
Ἔστι καὶ ἵππος Σκυθικὸν, ἐπεὶ δ' ἀδελφὸν τῆς
Σαφέστερον ἐδήλωται Ταύροις τῶν Ρῶς καλεῖται.

Tauri generis bouum masculi vocantur. Est & genus Scythicum. Quia autem hoc obscurum est, clarius indicam, Tauros vocari gentes Rhos. Tzetzis æuo scilicet notius erat nomen Rhos quam Taurorum. Vnde est quod Ταυρογλυφῆς ibidem exponit Ρῶσσογλυφῆς. Itaque in Scytharum censu ab eodem alibi ponuntur ἠ Ρῶς: Et ex anonymo poëta, citatur hist. 396.

Τέταρτον ἢ Ρῶς ἀλλὰ ἠ ἵππος Μυσοῦς.

A *Quarto è Mysorum gentibus Rhos non erat.*

Geographi quidem veteres tauros nusquam ita nominant. tamen hoc nomen non esse hodie & heri natum docet vox composita *Roxalani* apud Plinium. *Hamaxobij*, inquit, aut *Aorsi*, alias *Scythæ degeneres* & a *Seruis orti*, aut *Troglodytæ*, mox *Alani* & *Rhoxalani*. Rhoxalanorum enim nomen conflatum esse nemo non videt ex *Ῥhos* vel *Rhos* & *Alanis*. Tanquam ex utroque mixtis populis, quod vel ex situ patet. Nam inter tauros & Alanos medij sunt Rhoxalani circa paludem Mæotidem. Ptolemaeus lib. 3. cap. 5. *Καὶ παρ' ὅλῳ τῶν πλῆθει τῆς Μαώτιδος, Ἰαζυγες, καὶ Ρῶξο- λαίνοι, καὶ ἐνδοτέρῳ τῶν τῶν οἴτε Δμαξέβιοι καὶ Ἄλαῖνοι Σκύθαι* Et per totum Mæotidis latus, *Iazyges* & *Rhoxolani* [Rhoxalani] & iis interiores *Hamaxobij* & *Alani* [Alani] *Scythæ*. Plura de illorum situ vide apud Iornandem c. 36. A *Roxalaniâ* *Russiam* dici asserit Matthias à Michou de *Sarmatiâ* *Europæâ* lib. 2. cap. 1. Circa eadem loca *Magynorum* fuit sedes, quos inter *Scythiæ* populos versus *Thraciam* & *Tanaim* *Tibullus* ita recenset in *Panegyrico* ad *Messalam*:

Quaque Hebrus Tanaisque Getas rigat atque Magynos.

Porro ut ex *Ros* & *Mesech* *Russi* & *Mosconitæ*. Ita *Magyni* à *Magog* videntur traxisse nomen.

C Pergit Propheta vers. 3. & 4. eiusdem cap. 38. *Ecce me contra te ô Gog &c. Educam te & omnes copias tuas, equos & equites &c.* Et vers. 15. *Nonne venies è locò tuò, à partibus Aquilonis, tu & populi multi tecum insidentes equis omnes &c.* Nempe *Scythis* etiam in plenâ pace id in more fuit ut semper equis vectarentur. Hippocrates libro de aquis & locis de *Scythis* ita loquitur: *Ἐπὶ τῆς ἰσππων ἀεὶ κροτάμενοι ἀδενδὲς γίνονται* Eis τῶν μῆξιν ex equitatione semper defessi imbecilli fiunt ad coitum. Item: *Ἐπὶ τῆς ἰσππασίης ἀνεύς κέδματ' ἀλαμῶν, ἀτε ἀεὶ κροτάμενων* Ἐπὶ τῆς ἰσππων ὅτι ποσὶν ab equitatione ipsos corripunt articolorum dolores, quia pedes ipsorum semper ab equis propendent.

D Nec temerè id prætereundum ex eiusdem prophetæ cap. 39. vers. 3. *Excitiam arcum tuum è manu sinistra tuâ, & sagittas è dextra tuâ diiciam.*

Nam *Scytharum* arma perpetua sagittæ & arcus. Ideo *Scytharum* equites vocantur ἰσπποτόξα *hipphotoxotæ* ab *Herodoto* & *Luciano*. Nempe à teneris iaculari assueuerant etiam κινέμενοι ἀφ' ἰσππων dum ab equis monebantur: Idque tantâ peritiâ, ut rarò à scopo aberrarent. Vnde est quod in *Plutarchi* *Symposio* dicit *Anacharsis* animalia *Dei* motionibus nõ minus obsequi ἢ Σκύθαι ὄξαι, ἢ Ἑλλῆσι καὶ ἄλλοι συμπαθεῖσιν quàm *Scythis* arcus, *lyraq;* *Græcis* et *tibiæ* obsequuntur. Et apud *Herodotum* *Mediæ* rex *Cyaxares* filiū suū *Scythis* cõmittit, ut ab iis addiscat τὴν τέχνην τῆς ὄξαι sup. κροτάμενων, artem arcu iaculandi. Et in *Ctesia* *Persicis* *Darius* & *Scytharces*, hic *Scytharū* rex,

E ille *Persarum*, ἀπὲρ πέμπτον ἀλλήλοισ ὄξαι, ὅτι παρατέσθον δ' ἰὼ τῶ τῆς Σκύθων arcus sibi misere mutuo, sed *Scythicus* præualebat, quod *Darium* ita perculit ut fugâ sibi consuluerit. Eò *Scytharum* nomen multi reuocant, quia *Germanis* scutten sunt iaculatores. Quomodo *Scytharum* pars *Scythicâ* voce *Arimaspi*, id est *coclites* vel *vnoculi* dicuntur, διότι ὄξαι μὲν τῶν ὄντες ὅτι μὲν

Plin. lib. 4.
cap. 12.

Herod. l. 4.
c. 46.

Lucian. in
Toxari &
in Her-
mor.

lib. l. c. 73.

Eustath. in Dion. vers. 3. Ex Herod. 3. n6. & 4. 27. Eustat. in Dionys. vers. 828. Iustini. 1.2.

ὅτι ἔπειθε ὀφθαλμοῖν, ἀλλ' ἐπεὶ βολῶν ἕνεκα quia cum sint iaculandi peritissimi, altero oculo conuient, ut colliment rectius. Et Amazonum nomen tractum est ab alterius mammae iactura: ἐπεὶ οὐκ ἐβρεφόθεν τὴν δεξιὴν μάστιγος, ὡς οὐ μὴ ἐπιπυλῶν τὴν ἄξιαν dexteram quippe mammam ab infantia inurebant, ne sagittarum iactum impediret. Quod fabulosum non esse prorsus colligere est ex Platone cuius verba sunt de legibus lib. 7. οἶδα ὅτι μυριάδες ἀρσενικῶν γυναικῶν εἰσι τῆς ἡμῶν Πόντου, ἀπὸ Σαυροματίδας καλεῖσθαι, αἷς ἔχουσιν ἵππων, ἀλλὰ καὶ ἄξιαν καὶ τῆς ἄλλων ὀπλων κοινωῖα καὶ τοῖς ἀρσενείοις ἴσθαι ποσειταχμένην, ἵσως ἀσκήσται noui circa Pontum innumeras esse mulierum myriadas, Sauromatidas dictas, quibus non equorum modo sed & arcuum & reliquorum armorum communis cum uiris exercitatio sit instituta: Sed & de iisdem hæc habet Hippocrates ubi supra: τὸ πᾶν αἱ γυναῖκες ἵππους ἰππάζονται τε καὶ ἄξιαν ἔχουσιν, καὶ ἀσκήσται ἀπὸ τῆς ἵππων, ἐμάχονται τοῖς πολεμίοις, ἕως οὗ παρθένοι εἰσίν· ὁ δὲ ἀσκήσται οὐκ ἀσκήσται οὐκ ἀσκήσται, μέγιστος οὗ τῶν πολεμίων τῶν ἀσκήσται horum autem mulieris equitant & arcu utuntur, & iaculantur ex equis, & cum hostibus congreduuntur, quandiu sunt virgines, neque uiris copulantur, priusquam tres ex hostibus confecerint. Et paulo post: τὴν δεξιὴν δὲ μάστιγος ἐχουσιν, παιδίους δὲ ὄντας ἔπι νηπίοις, αἱ μητέρες χαλκίον τετεχνημένον ἢ ἐπὶ αὐτῶν τῶν ἡμῶν ποιέσται, ὡς τὴν μάστιγος τῆς δεξιᾶς, ἐπιπυλῶν dexteram autem mammam non habent; Puellis enim adhuc infantibus matres aneum instrumentum in hunc usum paratum igne candefacientes, dextræ mammæ applicant, & exuritur.

Ap. Scob. Scem. 5.

Hæc Plato & Hippocrates in re seriâ de Scythis sui temporis. Neque aliter Nicolaus Damascenus in libro de moribus gentium, ubi de Galactophagis: Μάστιγος δ' ἔχει ἡ τὸν αὐτῶν αἱ γυναῖκες ἢ ἀρσενες, ἐν συμπολεμίοις ἀλλήλους ὅταν δεῖν non minus pugnares uiris sunt eorum mulieres, & cum uiris bellum ineunt si res postulat. Et ubi de Sauromatis: Παρθένοι δ' ἐπὶ ποσεισται οὐκ ἀσκήσται οὐκ ἀσκήσται γάμοις πρὶν ἄν πολέμιοι ἀρσενες κτείνῃ virginem ad nuptias non admittunt, antequam aliquem ex hostibus interfecerit. Et Ælianus Var. lib. 12. cap. 38. Cum apud Sacas quis puellam ducturus est, μονομαχίᾳ τῆν παιδίσκην, ut penes victorem sit imperium. Sed & apud Tzetzem chil. 13. hist. 451. Sacarum mulieres συμμάχονται τοῖς ἀρσενείοις. Et Massagetides,

Συνὸς τοῖς ἀρσενείοις τοῖς αὐτῶν ἢ μάστιγος ἐκαρτέρει
Et ut de Thomiri taceam, Turgataüs Mæotidis & Amages Sauromatidis ἀρσενεῶν ἀσκήσται nota sunt ex Polyæno lib. 8. Stratag. Mela etiam consulendus lib. 1. cap. 21. & lib. 3. cap. 4. ubi de Sarmatiâ.

Etiam id obseruandum in exercitu Magog censerī equites ἔτι τὸν ἡμῶν ἱπποδρόμοις indutos perfectione, vel ut Chaldaeus ἱπποδρόμοις vestitos penitus. Kimchius interpretatur instructos omni genere armorum. LXX; ἐπιδεδυμένους θώρακος; & vulgatus, vestitos lorica. Non malè: Nam intelligitur lorica cataphractorum, quæ à collo ad genua vsque demittitur. Atque ita ἢ τὰ τέρμα μόνον, ἀλλὰ ἐν τῷ σώματι ἄλλο ἀπὸν τεθωρήσται, ut habetur in Heliodoro. An hi sunt Scytharum equites quos apud Lucianū Toxaris appellat ἵππίας ἀσκήσται, ubi interpres vir doctissimus equites ad plenum instructos? Non deerunt qui sic accipiant. Tamen iis accedo potius quibus equites ἀσκήσται ii dicuntur qui suo sumptu viuunt, quales voluntarij quos vocant, qui sponte

Aethiop. hist. lib. 9.



A sponte dant militiae nomen nullo stipendio adstricti.

Libet hic docere obiter, quod doctissimos fugit haecenus, absit inuidia dicto, cur cataphracti Persarum equites dicti sint *clibanarij*. Sunt qui vocem peregrinam Romanâ ciuitate donant, vt author Glossarij nomici: Κλιβαράειοι, inquit, ὁλοσίδησοι: Κλιβαράειοι παρὰ τοὺς Ῥωμαίους τὰ σιδηρὰ καλύμματ' αὐτῶν κλιβανάρη, plane ferrei: Romani enim *clibana* vocant ferrea in tegumenta. Alij ex Græco sermone *clibanarios* quasi thoracatos dici volunt, quia κλιβαρόν vel κλιβάνιον apud Græcos recentiores pro thorace sumitur.

Sic in Achmete κλιβαρίον μονομέρῃς thorax simplex, κλιβάνιον πολυμέρῃς ἢ πολύτμητον thorax multiplex ἢ multifidus. Et in Codino de officiis aulae Constantinop. Φορουῖτες καὶ ἐπὶ ἄνω κλιβαράειοι φερέντες etiam *supernè loricas coloris auri*. Et in Leonis Tacticis: Εἰ δὴνα ἴκνηται ὁ κλιβαράειος κλιβανία. Si fieri potest vt etiam thoracatos habeant qui nunc vocantur *clibania*.

Et quod maximè ad rem facit, his *clibanis* veteres armasse dicit equitem cataphractum. Verba sunt: ὁπλιζόν τ' ἤ καταφρακτὸν κλιβαράειον πανταχόθεν ἀπὸ τῆς καὶ τ' ἴστω αὐτῶν, καὶ τ' ἡ ἀφ' ἑαυτῶν κλιβαρίοις ἢ σιδηροῖς, ἢ ἐκ κεράτων ἢ ἐκ λέμνις armabant quidem equitem cataphractum undique, et ipsum et equum illius, & virum quidem lorice et *clibanis* aut ferreis aut ex cornibus intextis. Et paulo post: καὶ ἐκ τῶν κλιβαρίων, ἢ κλιβανίων, ἢ ἀλλης ὅλης κατέσκευον et colla equorum *clibanis* aut lorice, aut alia materia integebant.

Itaque ab illis *clibanis* vel *clibanis* *clibanarios* dici cataphractos equites valde verisimile est. Nondum tamen res est confecta: cum κλιβαρόν vel κλιβάνιον sit vox barbara, quam ignorarunt Græci veteres. Itaque Romani agnoscunt *clibanarij* vocabulum à Persis se accepisse.

Alexander Seuerus apud Lampridium: *Cataphractarios, quos Persæ clibanarios vocant, decem millia in bello interemimus*. Ammianus lib. 16. *Sparsi quoque cataphracti equites, quos clibanarios dicitant Persæ*. Nempe Chaldaeis qui tum erant sub imperio Persarum גלבי galba est ferri squama seu lamina. Hinc 1. Sam. 17. 5. vbi textus Hebraeus habet קשקש ריגון גרצי ג' וג'.

Vulgatus lorica *squamata*, legitur in versione Chaldaicâ גלבין galbin. Baal Aruc & Elias perperam legunt גלבין galbin. His imposuit similitudo literarum ב beth & כ caph. Kimchius item in notis ait legi per caph; sed monet continuo post se reperisse גלבין galbin in quibusdam exemplaribus. Quæ scriptura hodie obtinet, & haud dubiè vera est. Quia mutatis literis homogeneis גלבי galba idem est quod קלפא kalpha,

quâ voce pro squamâ passim vtuntur Chaldaei & Syri scriptores. Vnde magistris Hebraeorum ריגון קליפה sirjon kelipha est lorica squamata. Ita citatur apud Kimchium. Itaque id ipsum significabit ריגון גלבי sirjon galbin vel גלבא gilbana; vnde גלבא גלבאן gilbanar (formæ גילבאן phialar vel גילבאן sandal) erit *clibanarius*. Nihil verius hâc coniecturâ. Veteres enim disertè scribunt *clibanariorum* loricas fuisse ex squamis vel laminis confertas, ne motus impeditur. Ammianus vbi supra: *Cataphracti equites quos clibanarios dicitant Persæ, thoracum muniti tegminibus, et limbis ferreis cincti, vt Praxitelis manu polita crederes simulachra, non viros quos laminarum circuli tennes apti corporis flexibus ambiabant*. Nota hæc verba *lami-*

Cniroctici
cap. 156.
cap. 5. 5. 49.

cap. 6. 5. 4.

I bid. . 31

vid. Chald.
Leuit. 11. 9.
10. 12. Deut.
14. 9. 10. &
Syr. Act. 9.
18.



1.9. hist. Æthiop.

narum circuli tenues, id est γαλβιν galbin. Sed Heliodorus multo expressius in elegantissimâ illâ descriptione Persarum cataphractorum: ἐργασία δὲ τῶν θωρακῶν οὐδὲν ἄλλο ἐστὶν ἢ ἡμιπέδιον ἐκ χαλκοῦ καὶ σιδηροῦ ὅσον ἀπὸ μίσης πρὸς ἑξήκοντα εἰς ἑξήκοντα τετραγώνων ἐξίσαντες, καὶ ἄλλω ἐπὶ ἄλλω κατ' ἀκρὰ τῶν πλάτων ἐφαρμόζοντες (ὡς τῆν ἑκατέρωθεν πλὴν ἀσφαιμένω ἀεὶ, καὶ τῆν πλάγην πλὴν ἀσφαιμένω καὶ ὁ σωεὶς ὄντι βαρῆ) καὶ ῥαφῆς ὑπὸ τοῦ ὀπίσθενος πλὴν συμπλοκῶν ἀκυστῶσαντες ἡπάντα ὑπὸ φολιδωτῶν ἀπεργάζονται.) Loricæ autem opificium tale est: Laminas æreas & ferreas fere palmares undiquaque in quadrangulam formam ducentes, & aliam super aliam ad extrema laterum adaptantes (ita ut inferiorem superior, & transversam adiacens continuâ serie semper transcendat) & suturis subter commissuras texturam connectentes, tunicam quandam squamatam efficiunt. Squamatam id est γαλβιν galiba vel γαλβαν gilbana, vnde clibanarius. Itaque has laminas poëta squamas appellat Æn. lib. 11.

Spumantemque agitabat equum, quem pellis ahenis In plumam squamis auroque inserta tegebat.
 In quem locum Servius: Cataphractum eum fuisse significat. Et paulo post: ahenas squamas, aneas laminas intelligimus. Non possum non addere clibanariorum equitum insignem descriptionem ex lib. 2. Claudiani in Rufinum,

Quos operit formatque chalybs, coniuncta per artem Flexilis inductis hamatur lamina membris (Horribilis visu) credas simulacra moneri Ferrea, cognatoque viros spirare metallo. Par vestitus equis, ferratâ fronte minantur, Ferratosque mouent securi vulneris armos.

Sed ut è diuerticulo redeamus in viam; cum vix ex historiis possit colligi quando impleta fuerint Ezechielis vaticinia de excidiô gentium Gog & Magog: Hâc omissâ disputatione, ne cogar diuagari extra limites, solum id obseruabo, prædixisse Prophetam vers. 11. 15. & 16. capitis 39. fore ut copiiis Gog ad orientem maris excisis, & multis Gogæorum seu Scytharum ibi sepultis, vallis & vrbs proxima nomen ab illis sortiantur. Nunquid ea est Scythopolis, vrbs in Aulone seu Scythopolitanâ valle nobilis; ad orientem lacûs Tiberiadis, quem Syri vocant mare Ginnosar. Huic certè coniecturæ plurimum fauet Chaldæus interpres, qui sic habet vers. 11. Dabo γαλβιν Gog locum commodum in cæmeterium, in valle transeuntium, ad orientem maris Ginnosar. Et cum Scythopoleos vetus nomen fuerit Bethsan,

vt ex Iosepho constat, non alia occurrit ratio cur prisco nomine antiquato nouum istud sit substitutum. Nisi malis credere Scythas à Libero Patre eô fuisse deductos, vt ex Plinio perperam colligit Solinus. Liber pater, inquit, condidit hoc oppidum &c. Incolæ deerant, è comitibus suis Scythas delegit. Me pæne fugerat Eusebij locus Græci Chron. lib. 1. pag. 40. qui videtur ad hanc rem maximè pertinere: Σωθῆν πλὴν Παλαιστίνης κατέδραμον, καὶ πλὴν Βαπτῆν (lege Βαπτῆν) κατέδρα πλὴν δὲ αὐτῶν καὶ ἑτέροις Σωθῆσιν Scythæ Palaestine nam percurrerunt & Βαϊσαν (id est Bethsan) occuparunt, quam de suo nomine vocarunt Scythopolim. Sed vnum hîc me malè habet, quod Scytharum

Antiq. l. 5. c. 1. & l. 6. c. 11. & l. 12. c. 12. & l. 13. c. 10. &c.

A excursio sub Cyaxare, de quâ ibi Eusebius, videtur Ezechielis vaticinium præcessisse aliquot annis.

Scytharum in Syriam expeditionis aliud vestigium id fuit, quod Syriæ urbem Bambycen vel Hierapolim (Alep hodie vt multi putant) Syri appellabant *Magog*. Plinius lib. 5. cap. 28. *Cale habet Apamiam &c. Bambycen, quæ alio nomine Hierapolis vocatur, Syris verò Magog.* Sed origo huius nominis mihi quidem videtur altius reperenda; nempe ab illo ipso Magog filio Iapheth à quo Scythæ sunt oriundi. Magog scilicet Hebræorum idem est qui Græcorum Prometheus, à cuius filio Deucalione consecratum fuisse Hierapolitanum templum docet Lucianus in libro de Deâ

B Syriâ. Proinde vrbi nomen inditum vel ab ipso conditore, vel à Syris in conditoris memoriam, qui filius fuisse Magog, & è terrâ Magog in Syriam venisse credebatur. Plura de hoc argumento habentur capite secundo libri primi, quæ non necesse est hic repetere.

Vrbis vel regionis *Magog* in Syriâ meminit etiam Rabbi Moses filius Maimon in *Halicoth therumoth* cap. 1. §. 9. vbi inter Syriæ loca memorantur דמשק וחלב וחרן ומגוג, Legendum *Damascus & Alep & Haran* seu Carrhæ & *Magog*. Vnde videtur colligi Magog seu Hierapolim & Alep esse diuersa oppida.

CAPVT DECIMVM-QUARTVM.

Madai מדאי Gen. 10. 2.

Medi non dicti sunt à Medo Medæ filio, vt Græci fabulantur, sed à conditore *Madai*, vel ab Arab. מדאי quo significatur terminus. Media etiam vrbs nomen, quæ est *Medena*, & articulo præfixo *Hammedena*, hodie *Hamadan*. Ibi Iudæorum quinquaginta millia, illorum reliquæ quos in Mediam deportauit Salmanassar. *Chalab* est Ptolemæi Chalacena. *Chabor* ἡ Χαβώρας, *Gozan* *Gauzanis*; Et ἡ Ἀρία. 1. Par. 5. 26. est *Aria*. Vnde Medi Arii dicti, aliis *Ariani* prope Cadusios, id est Mediæ pars montana. Fullerii coniectura Cadusios esse ex stirpe Iudæorum cur parum vetissimis. De præstantiâ Mediæ Polybij locus insignis. Mediæ caput Ecbatana vrbes omnes alias longe antecellit. Ambitus: Thesauri. Sepulchra Regum.

D Templum Anaitidis. Murorum descriptio mirabilis in libro Iudith. Polybio tamen vrbs *Ecbatana* ambitum de quò obiter. Pinna gradatim prominentes quibus coloribus distinguitur. Inde *Ecbatana* vel *Aghatana* dicta à אֶבְתָּא *agbatana* quod significat vario colore distingui. Aliæ vocis origines à doctis allatæ hæcenus. Regiæ magnificentia incredibilis ex Polybio & Aristotele. Ecbatani dies æstiuos, vt Sufis hybernos agebat Rex Persarum. Aelianus notatus. Sufis quam immensus calor. Regiæ conditor Propheta Daniel creditus. Ideo eius custodia Iudæis semper commissa. Vrbs varij conditores. A quo Semitamidis iam extitisse. Regiam à Daniele conditam miratur Iosephus suo æuo adhuc recentem apparuisse. Sed vetustam illam exciderat Tigranes. Et recentior alius reparauerat. In Isidoro Characeno quid sint *A' Ecbatana*. Ecbatana in plano fuit, non in monte vt vult Plinius. Et eò ipso Rhagis opponi in Tobia Hebræo. De situ plura. Parthorum regiæ ex Ecbatani Rhagas translata. Sarmatæ Medorum soboles. Sarmatæ Parthi & Medi gentes affines. Sarmatæ quasi שַׂר מַדַּי *Sar madai* Medorum reliquæ.

E **S**I Arabem excipias, qui hîc habet מַדַּיָּא *Mabat*, quod non capio, *Madai* מדאי Medorum esse gentem apud omnes in confesso est. Quippe pro Medis & Persis libri Danielis & Estheræ passim habent *Paras* פָּרַס & *Madai*. De Mediæ situ dicere nihil necesse, quia res est notissima. Græci

Dan. 5. 28.
& 6. 8. 12. 15
& 8. 20. E-
sther. 1. 5. 14.
18. 19. & 10. 2

πολλῶν χρημάτων. Ecbatanis scilicet fuit *ἡπταεφουράκιον*, vt author est Isidorus Characenus. Sed sepulchra Regum, & templum Anaitidis eandem urbem non parum nobilitarunt.

Muri sic describuntur libri Iudith cap. i. iuxta Græcam editionem, à quâ vulgata differt nonnihîl: *ὠκεδομήσεν ἐπὶ Ἐκβατάνων κύκλῳ τείχη ἐκ λίθων λευκοζευμένων εἰς πλάγους πηχῶν πρῶτον, εἰς μήχος πηχῶν ἕξ. Καὶ ἐποίησε δὲ ὕψος τῶν τείχεος πηχῶν ἑβδομήκοντα, καὶ τὸ πλάγους αὐτῶν πηχῶν πενήκοντα. Καὶ τὸς πύργους αὐτῶν ἔστησεν ἐπὶ τῶν πύλων αὐτῶν πηχῶν ἑκατόν. Καὶ τὸ πλάγιον αὐτῶν ἔθεμελίωσεν εἰς πηχῶν ἑξήκοντα, καὶ ἐποίησε τὰς πύλας αὐτῶν πύλας διεγχειρούμενας εἰς ὕψος πηχῶν ἑβδομήκοντα, καὶ τὸ πλάγιον αὐτῶν πηχῶν τεσσαράκοντα. ædificauit Ecbatanis circumquaque muros ex lapidibus cæsis in latitudinem cubitorum trium, & in longitudinem cubitorum sex. Muri item altitudinem fecit cubitorum LXX, & latitudinem cubitorum L. Et turres C cubitorum imposuit portis eius. Et fundamenti latitudinem extendit vsque ad cubitos LX: Et portas eius erexit in altitudinem cubitorum LXX, & latitudinem cubitorum XL.*

Herod. l. 1.
cap. 8.

Thucyd.
lib. 2.
De orat.
6. Aristid.
in Panathen.
Dio Halic. l. 4.
& 9. Plut.
in Nicia
Strab. l. 6.
Dioscor.
lib. 5.

Tamen, si Polybio credimus, vrbs ipsa erat ἀπέχουσι sine mœnibus. Sed arcem habuit manufactam *ἡμμοπίως πρὸς ὀχρεότητα καὶ αἰθριασμένῳ ad firmitatem ad miraculum vsque munitam*. Illam scilicet ambibant muri septem sic constituti vt extimus esset humillimus, & supra illum secundus, & supra secundum tertius totis pinnis prominere, atque ita gradatim reliqui vsque ad septimum: Adiuuante ipso loci situ vt qui collis esset sensim assurgens: Horum murorum amplissimus teste Herodoto æquabat Athenarum ambitum, quem Thucydides definit stadiis CLXXVIII: Dion Chrysostomus stadiis CC: Aristides diei itinere; Dionysius Halicarnassæus cum Româ confert amplitudine, & Plutarchus cum Syracusis, quarum mœnia stadiis CLXXX patuisse testatur Strabo. Pinnæ murorum quas descripsimus gradatim prominentes coloribus distinguebantur. In extimo scilicet pinnarum color erat albus, in secundo niger; in tertio purpureus; in quarto cæsius; in quinto sandaracinus, qui rubor est intensissimus: Sandaracha enim illa maximè probatur quæ est *κακασπὴς πυρρὰ καὶ κινναβαρίζουσα τὴν χεῖρα rubra ad satietatem & colore cinnabaris*. Sextus denique argento, & septimus auro fulgebant.

Ab hæc colorum varietate putauerim *Ecbatana* dicta, quia Arabicè hodieque *ἄγβαθ* *agbatha* idipsum significat. Giggeius: *ἄγβαθ* (*agbatha*) vario colore distinctus fuit. Huc facit quod Ecbatana dicebantur ipsa mœnia tot coloribus interstincta. Herodotus vbi de conditore Dejoce: *ὠκεδομήσεν τείχη μεγάλα τε καὶ κατὰ πλάγους, ταῦτα τὰ νῦν Ἐκβατάνων κέλευθον* mania construxit ampla simul & valida, quæ nunc Ecbatana vocantur. Quid quod Stephanus ex Herodoto pro Ecbatanis legit *Agbatana*, voce quæ merè est Arabica, quomodo & multi veteres. Idem Stephanus: *Δημήτριος δὲ φησὶν Ἀγβάτῳ τὰ ἐπὶ τῆς Μυδείας, τὰ δὲ τῆς Συρίας*. Item: *Κτησίας δὲ πᾶν τὰ ἐπὶ τῆς Περσικῆς τῆς Ἀγβάθης Μήνης Ἀγβάτῳ τὰ ἐπὶ τῆς ἀγαθῆς*. Item: *Ἐλλάδης ἐν τῷ ἀσπιδίῳ παρὰ τῆς δὲ ἐπιπέδου Ἀγβάτῳ τῆς*. Scaliger compositam vocem esse asserit ex ignoto *ἄγ* ac vel *ἄγ*, & Chaldaico *ἰθῖ* *bithan*, quod palatium exponit, cum *interius* sonet potius vt plerique reddunt Esther. i. 5. Alij Ecbatana volunt

- A** Strabo disertè scribit : Verba sunt : ἡ δὲ περὶ τῆς ὀρέης ἐξ Ἰαχθῆς ἐξ Ἰούχθας, Καδυσίων καὶ Γαλίας ἤδη ὀρέων ἐξ Ἀμαρδῶν, ἐξ Ταπύρων, ἐξ Κυρτίων, ἐξ ἄλλων τοῖστων, ὁ μετὰ τὴν εἰς Media pars Aquilonaris montana est, & aspera, & frigida. Cadusiorum montanorum sedes, & Amardorum, & Tapyrorum, & Cyrtiorum, aliorumque id genus qui aduenae sunt. Et Amardos quidem & Cyrtios ex Armeniâ venisse in sequentibus idem docet. Sed Cadusij & Tapyri vnde migrarint nobis reliquit diuinandum. De illis igitur quæri possit non immerito, an Israëlitarum sint reliquiae. Quæ Fulleri est sententia, qui Cadusios dici vult, quasi כְּדוּשִׁים Kedoshim sanctos ratione vocationis : Et Gelas apud Plinium à Chald. גְּלָא gela quod migrare est. Et in Festo Auieno Gerros, id est גְּרִים gerim aduenas. Sed fallaci etymo non est nitendum. Cadusios & Tapyros non esse aduenas patet ex vetustissimo scriptore Ctesia, qui utrosque Nino subiicit. Εὐελδοσε, inquit, τὸ τε Καδυσίων χῶρος ἐξ Ταπύρων Imperauit Caddusiorum regioni & Tapyrorum. Narrat idem Caddusiorum bellum ingens cum Artæo vel Arfaxo rege Medorum, quem cum octingentis hominum millibus in Cadusios irruentem vicit Parsodes. Inde inter Medos & Cadusios odia & bella perpetua vsque ad Cyrum. Quò imperante, cum Persarum iugum volentes subiissent, & denuo rebellassent sub Artaxerxe Longimano, is expeditionem in illos suscipiens, trecentorum millium peditum & decem mille equitum exercitu instructus, re tamen infectâ rediisset, nisi duos Cadusiorum reges dolo circumuenisset Tiribazus. Vide Plutarchum in Artaxerxe.

Diod. l. 3.
pag. 64.

Ibid. p. 84.

Xenoph.
Plutarch.
in Artax.
Appian.
Parth.

- C** De præstantiâ Mediæ veteres multa recensent : sed nemo meliora Polybio, qui ut Molonem Mediæ Satrapam terribilem fuisse doceat ἀφ' ὅθεν δὲ δυναστείας propter dominatus quem obtinebat magnitudinem, hæc de Mediâ scribit historiarum lib. 5. πάντες δὲ ἰσσοφόροι πάντες τὰ βασιλικὰ Μήδους ἐγκλείουσι, σίτου τε ἐξ ἰσσοφόρων πλῆθος ἀναείδμητον παρ' αὐτοῖς ἔστι. οὐκ ἔστι μὲν τὸ ὀχυρότης, ἐξ τῶν μεγέθους τὸ χῶρος, ἀλλ' ἀπὸ εἰπεῖν δύναται ἀξίως εἶδειν. ἢ δὲ Μήδων κείνου μὲν μέγιστον πᾶσι Ἀσίαν. ἀφ' ὅθεν δὲ ἐξ ἡμετέρας, ἐξ πᾶσι εἰς ἕως ἀράττων, πᾶσι τῶν ἡμετέρας ἕως πᾶσι Ἀσίαν ἕως πᾶσι ἕως μέγιστον χωρὸς μέγιστον equorum enim armenta regia omnia sunt in manu Medorum [in Nisæo sc. campo, in quo equorum quindecim vel sedecim myriades pauisse ferunt] deinde frumenti & pecoris infinita quædam apud illos est copia. De munitione verò & magnitudine regionis pro argumenti dignitate nemo dixerit. Sita enim est Media in Asiæ medietate. Et si hanc partem cum cæteris contendas & amplitudine spatij, & altitudine montium quibus cingitur, omnibus Asiæ locis eam præstare deprehendes. Similis est locus lib. 10. ὅθεν εἰς τὴν Μήδων καὶ τῆς ἡμετέρας ἀξιοχρεωτάτη τῶν πᾶσι Ἀσίαν δυναστείων, ἐξ ἡμετέρας πλῆθος, ἐξ ἡμετέρας ἀφ' ὅθεν τὸ ἀράττων, ὁμοίως δὲ ἐξ ἡμετέρας ἰσσοφόρων Prouinciæ Asiæ opulen. ssima est Media, cum propter regionis magnitudinem, tum propter copiam & præstantiam quâ virorum, quâ equorum.

E Mediæ caput erant Ecbatana, quæ eidem Polybio lib. 10. videntur πᾶσι τῶν ἐξ ἡμετέρας πολυτελεία μέγα τι πᾶσι τῶν ἡμετέρας διεννησθέναι πόλεις urbes omnes alias opibus & operum magnificentiâ longo superasse interuallo. Diodorus lib. 17. ambitum constare dicit stadiis ccl, & in eâ haberi ἡμετέρας

πολλῶν χρημάτων. Ecbatanis scilicet fuit *σηταυροφυλάκιον*, vt author est Isidorus Characenus. Sed sepulchra Regum, & templum Anaitidis eandem urbem non parum nobilitarunt.

Muri sic describuntur libri Iudith cap. i. iuxta Græcam editionem, à quâ vulgata differt nonnihil: *ὠκεδομήσεν ἐπὶ Ἐκβατάνων κύκλῳ τείχη ἐκ λίθων λευκαζευμένων εἰς πλάτους πηχῶν τεσσάρων, εἰς μῆκος πηχῶν ἕξ. Καὶ ἐποίησε δὲ ὕψος τῶν τείχους πηχῶν ἑξοκτάκωντα, καὶ δὲ πλάτους αὐτῆς πηχῶν πενήκοντα. Καὶ τὰς πύργους αὐτῆς ἐποίησεν ἐπὶ τῆς πύλας αὐτῆς πηχῶν ἑξοκτὼν. Καὶ δὲ πλάτος αὐτῆς ἑμελίωσεν εἰς πῆγους ἑξήκοντα, καὶ ἐποίησε τὰς πύλας αὐτῆς πύλας διεγειρομένας εἰς ὕψος πηχῶν ἑξοκτάκωντα, καὶ δὲ πλάτος αὐτῶν πῆγους τεσσαράκοντα. *ædificauit Ecbatanis circumquaque muros ex lapidibus cæsis in latitudinem cubitorum trium, & in longitudinem cubitorum sex. Muri item altitudinem fecit cubitorum LXX, & latitudinem cubitorum L. Et turres C cubitorum imposuit portis eius. Et fundamenti latitudinem extendit vsque ad cubitos LX: Et portas eius erexit in altitudinem cubitorum LXX, & latitudinem cubitorum XL.**

Tamen, si Polybio credimus, vrbs ipsa erat ἀπέχουσα sine mœnibus. Sed arcem habuit manufactam *ἡρωικῶς πρὸς ὀχρότητα καὶ τασιδιασμένῳ ad firmitatem ad miraculum vsque munitam.* Illam scilicet ambibant muri septem sic constituti vt extimus esset humillimus, & supra illum secundus, & supra secundum tertius totis pinnis prominere, atque ita gradatim reliqui vsque ad septimum: Adiuuante ipso loci situ vt qui collis esset sensim assurgens: Horum murorum amplissimus teste Herodoto æquabat Athenarum ambitum, quem Thucydides definit stadiis CLXXIII: Dion Chrysostomus stadiis CC: Aristides diei itinere; Dionysius Halicarnassæus cum Româ confert amplitudine, & Plutarchus cum Syracusis, quarum mœnia stadiis CLXXX patuisse testatur Strabo. Pinnæ murorum quas descripsimus gradatim prominentes coloribus distinguebantur. In extimo scilicet pinnarum color erat albus, in secundo niger; in tertio purpureus; in quarto cæsius; in quinto sandaracinus, qui rubor est intensissimus: Sandaracha enim illa maximè probatur quæ est *καὶ ἀκρῆς πύρρα καὶ κινναβαρίζουσι πλὴν χεῖδρ* rubra ad satietatem & colore cinnabaris. Sextus denique argento, & septimus auro fulgebant.

Ab hac colorum varietate putauerim Ecbatana dicta, quia Arabicè hodieque *ἄγβαθα* agbatha idipsum significat. Giggeius: *ἄγβαθα* (agbatha) vario colore distinctus fuit. Huc facit quod Ecbatana dicebantur ipsa mœnia tot coloribus interstincta. Herodotus vbi de conditore Dejoce: *ὠκεδομέδ τείχεα μεγάλα τε καὶ καπερὰ, ταῦτα τὰ καὶ Ἐκβάτωνα κέκληται* mœnia construxit ampla simul & valida, quæ nunc Ecbatana vocantur. Quid quod Stephanus ex Herodoto pro Ecbatanis legit Agbatana, voce quæ merè est Arabica, quomodo & multi veteres. Idem Stephanus: *Δημήτριος δὲ φησὶν Ἀγβάτωνα εἶναι, τὰ μὲν τῆς Μηδείας, τὰ δὲ τῆς Συρίας.* Item: *Κτησίας δὲ πρὸς ταχὺ τῆς Περσικῶν τὰ καὶ τῆς Μηδίας Ἀγβάτωνα λέγει τῶν ἀγαθῶν.* Item: *Ἐλλάδης ἐν τῷ ἀσπιρίῳ παρέρχεται δὲ εἰς τὴν Ἀγβάτωνα.* Scaliger compositam vocem esse asserit ex ignoto *ἄγ* ac vel *ἄγ*, & Chaldaico *ἰθῖ* bithan, quod palatium exponit, cum interius sonet potius vt plerique reddunt Esther. i. 5. Alij Ecbatana volunt

Herod. l. 1. cap. 8.

Thucyd. lib. 2. Di. orat. 6. Aristid. in Panathen. Di. Halic l. 4. & 9. Plat. in Nicia Strab. l. 6. Dioscor. lib. 5.

A

B

C

D

E

A à Chaldaeis dici *achmatha*, pro quò Hieronymus habet *Ecbatanis* Esdr.6.2. Et Græci *Ἐκβατάνοις* lib. 3. Esdræ. Tamen *σκηνα* est *scrinium*, quo modo & ibi fumitur. Taceo Fungeri somnium in Etymologico trilingui Ecbatana deduci ab *αὐτοκτί* & *οἶκος* *domo* & *οἶκος* *gratiofo*.

Prope arcem idem ambitus includebat τὰ βασιλῆα *regiam domum*, quæ stadia habuit in circuitu septem. Huius materia è cedro aut cupressu. Trabes, lacunaria aut columnæ in porticibus & peristyliis, laminis partim argenteis partim aureis erant circumamictæ; omnes item tegulæ fuere argenteæ. Laminarum porro istarum pleræque in Alexandri & Macedonum

B aduentu sunt detractæ, cæteræ cum Antigonus & Seleucus Nicanor rerum potiebantur. Adhuc tamen quò tempore eò profectus est Antiochus, fanum quod ἱ Ἄϊνης *Ænæ* indigetant (Malim Ἀναΐας *Anææ* id est Anaitidis) columnas circa habuit deauratas : lateres quoque & tegulæ ex auro & argento ibi congestæ restabant, ex quibus pecunia conflata est ad talentorum ferè *ivm* summam accedens. Hæc omnia ex Polybio, quibus consonant hæc Aristotelis aut Nicolai Damasceni verius lib. de mundo, vbi de magno rege :

C Ἀὐτὸς μὲν δὲ, ὡς λόγῳ, ἱδρυθεὶς ἐν Συσσοῖς ἢ Ἐκβατάνοις, πᾶσι ἀοργήθη, θωμάσθων ἔχων βασιλῆος οἶκον, καὶ ἀέθρολον χρυσῶν, καὶ ἠλέκτρον, καὶ ἐλέφαντι ἀσβεστόν, πικρὰ ἴσθ' πολλοὶ καὶ συμεχρῆς, ἀσβεστόν τε συχοῖς εἰρηόμενα σταδίοις ἀπὸ ἀλλήλων, ἴσθ' ἴσθ' τε χερσὶ καὶ τείχεσι μεγάλοις ὠχέετο, id est Apuleiò interprete, qui vagatur paulo liberius : *Cum apud Susam & Ecbatanas, ut in fano quodam sacratus, nulli temere notitiam moris sui panderet, sed circumseptus admirabili regiâ, cuius tecta fulgerent eboris niue, argenti luce, flammis ex auro vel electri claritate. Limina verò alia præ aliis erant. Interiores fores, exteriores ianua imminebant, portæque ferratæ & muri adamantinâ firmitate.*

Iunguntur Susa & Ecbatana, quia vt æstiuos dies Ecbatanis, ita hybernos Susis agebat rex Persarum. Ita Xenophon, Strabo, Plutarchus, Athenæus, Eustathius; alij. Vt vel falli necesse sit vel corruptum esse Ælianum, quo loco regem Persarum describit *Ἐκβατάνοις*, repugnante naturâ rerum. Ecbatanis enim æstate multo commodius degebat, quia clima frigidius est quam Susis vbi aër æstiuus est tam feruidus vt lacerti & angues circa meridiem in viis intercepti vstulentur. Ita habetur apud Strabonem.

xenoph. Cyrop. l. 8. Strab. l. 15. Plut. de exil. Athen. lib. 12. Eustath. in Dionys. Arist. in orat. de Rom. Ælian. de anim. l. 10. cap. 6.

D Ecbatanorum regiæ conditor fertur esse Daniel Propheta. Iosephus antiq. lib. 10. cap. 12. ὡς δὲ δὲ μνησεν ἐν Ἐκβατάνοις τοῖς Μηδικῶς βασιλεῖ, δι' ἡσπερ ἐστὶν τι καὶ ἀσκήνασμα, καὶ θωμάσιως πεποιημένον, ἢ μέχει δὲ ἐθ' μὲν ἐστὶ καὶ σάξ' ἀ) *adificavit Ecbatanis Mediæ regiam, opus elegantissimum & mirabili arte constructum, quæ hodieque durat.* Tamen ædificij splendor & amplitudo videtur superasse opes priuati hominis. Nec virum sanctum credibile est in tam infanæ molis structuram pecunias suas temerè profudisse. Addo Danielem Susis non Ecbatanis sepultum esse, vt ex Beniamine constat. Interim hanc de Daniele famam non esse plane futilem suadet quod ad suam vsque ætatem in more fuisse scribit Iosephus vt regiæ illius custodia Iudæo sacerdoti concrederetur. Ταύτῳ πεπιστεύμεν Ἰουδαῖο ἐστὶν ἱερεὺς, καὶ τὰς ἡμέρας

E

μέχει τὸ σήμερον ἡμέρας. Itaque Darium Medum, cui idem opus alij tribuunt, in operis œconomia & architecturâ crediderim Danielis operâ & consilio vsum. Quô munere cum vir magnus egregiè functus esset, Regem in gratitudinis monumentum hoc sanxisse vt Iudæorum fidei regia deinceps committeretur,

Plin. lib. 6.
cap. 14.

Scio alios Ecbatana recentiora facere. Nam juxta Plinium *Ecbatana caput Mediæ, Seleucus Rex condidit*. Vicissim alios vetustiora. Sic in libro

Euseb. Chr.
lib. 1. p. 37.
Herod. 1.
Diod. li. 14.
pag. 72.

Judith Arphaxad Medorum Rex Nabuchodonozori æqualis Ecbatana condidisse narratur. In Chronico Eusebij *Δηϊόνης ὁ Μήδων βασιλεὺς ἐκτίσεν Ἐκβάτωνα πλὴν μεγάλης ἐπιπέδου*, quod habetur ex Herodoto. Quin si Diodoro credimus qui Ctesiam se sequi profitetur, Ecbatana iam extabat æuo Semiramidis, quam Oronte monte perfosso, stadiis XII ab vrbe difsito, aquas ex magno lacu eò deriuasse tradit. Vnde factum vt vrbs antea languens penuriâ aquarum egregiè esset irrigua. Sed in historiis tralatiuum est vt vrbes ij dicantur condidisse qui vel auxerunt vel instaurauerunt. Proinde vni vrbi varios conditores tribui nil mirum.

Miratur Iosephus regiam tanto ante conditam tam videri recentem quam si nuper esset extracta. *Ὅτις δ' ὄρωσι, inquit, δοκεῖ παροφάτως νεωτεροῦντα, καὶ ἐπ' αὐτὴν ἐκείνης ἢ ἐκείνου ἀντικειμένη ἡμετέρας ἰσχυρὰ γεγονέναι ἕτως καὶ ἐπ' αὐτὴν ἀκμῆσιν δὲ καὶ καὶ μηδαμῶς γεγενῆσθαι ὑπὸ τοσούτου χρόνου* Spectantibus apparet recentis esse structura, & illâ ipsâ die esse absoluta quâ quisque illam viderit, tanta est nouitatis species, & formæ vigor integer, quem nullo modo consumpsit ætas tam longa, Anni scilicet sexcenti minimum qui à Danielis obitu fluxerant. Sed regiam Ecbatanorum, quæ Iosephi æuo extabat, non puto fuisse tam vetustam, quia in Isidori stathmis Parthicis memini me legere Tigranem Armenium excidisse *Ἀδραπάναντα βασιλεὺς ἦν Βατάνων*, id est *Ἐκβατάνων*. *Ἀδραπάναντα* corruptum ex *Ἀχασδαρπανα*, quali *Σατραπείων* dicas, vel palatiū Satrapæ. Ita vocabatur regia, quia rege absente, vt plerumque, ibi habitabat Mediæ Satrapa. Itaque veterē regiam à Tigraue subuersam recentior aliquis crexerat & instaurauerat.

Supereft de situ dicamus. Plinius lib. 6. cap. 26. Ecbatana oppidum translatum fuisse tradit ab Dario Rege ad montes. Alij tamen in planis locant. Ammianus *sub Jafonio monte* in terris Syromedorum. Polybius *ὑπὸ πλὴν παραρείαν πλὴν ὄρει* sub montanâ regione quæ est ad Orum. Pro Oro Orontem ibi habet Ptolemæus. Et Diodorus ex Ctesia, postquam descripsit *Ἐκβάτωνα πόλιν ἐν πεδίῳ κειμένῳ*, subiungit aliquanto post: *ἦν δ' Ἐκβατάνων ὡς δώδεκα σταδίων ἀπέχον ἕστιν ὄρος ὀρεγλίται μὲν ὄρεος* Ab Ecbatanis stadiis circiter XII distat mons Orontes nomine. Hæc sunt apud Strabonem *Ἐκβατάνων ὄρη*. Itaque Ecbatana erant in plano fere ad radices montium, non in ipsis montibus. Quô ipsô Ecbatana Rhagis opponit Tobias Hebræus cap. 5. his verbis: *והגש בהר והאנחנים בשדה* *Raga sunt in montanis & Ecbatana in campo*. Ibidem Ecbatana distant à Ragis *שני ימים*

Plin. lib. 6.
cap. 13. & 14.
& 17.
Strab. 1. 11.

דו ימים iter bidui. Et in Plinio Ecbatana DCCLM pass. absunt à Seleuciâ magnâ, à portis Caspiis XXM, à Susis CCCCLM, totidem à Gazis Atropateneis quæ sunt *Γαζα* Strabonis, scriptorum sacrorum *Gozan*, Ptolemæi *Gau-*

A *zania*. Diodorus è Nisæo campo Alexandrum septem diebus Ecbatana venisse scribit. Quæ cum videantur ἀσύρα, malo sequi Ptolemæum, dum lux aliunde affulgeat. Diod. 1. 17. 2. Reg. 17. 6. & 18. 11. & 19. 2. 1. par. 1. 26. H. 37. 11.

Lector obiter monendus est sub Parthorum imperio Mediæ regiam ex Ecbatanis translata fuisse Rhagas. Athenæus lib. 12. Παρθων ὁ βασιλεὺς ἐκ Ἐκβατανῶν ἐν Ραγαῖς, χαμυκίζουσι δὲ ἐν Βαβυλωνίᾳ Parthorum autem reges ver traducunt Rhagis, & Babylone hyemem. Et verò iuxta Isidorum Characenum μέγιστη πόλις ἐστὶν ἐν τῷ Μιδίασιν ἢ Πάρθια Media urbium maxima est Rhaga. Rhaga idem quod Rhagæ. De illius conditore & situ iam diximus.

Sunt qui ad Medos reuocant Sarmatarum originem. Plinius vbi de B Mæoti lib. 6. cap. 7. *Incolunt Sarmatæ Medorum ut ferunt soboles, & ipsi in multa genera diuisi.* Mela lib. 4. cap. 3. *Sarmatæ gens habitu armisque Parthiæ proxima.* De Parthis porro sic Trogus lib. 41. *Sermo his inter Scythicum Medumque medius ex utroque mistus. Vestis olim sui moris, postea quam accessere opes, ut Medis perlucida ac fluida. Armorum patrius ac Scythicus mos.* Ex his videtur colligi Sarmatas, Parthos & Medos gentes fuisse affines. Et forte dicti Σαρματῶν ex Chaldæo סר-מדי Sear vel Sar-Madai, quasi *Medorum reliquias* dixeris. Æthicus Medos & Parthos pro iisdem habet populis: *Generaliter, inquit, Parthia dicitur, quamuis vniuersæ Scripturæ sæpe Mediam vocant.* Legendum *uniuersam.* Ita enim est in Orofio quem hic sequitur ὁ ποδὶ: *Generaliter Parthia dicitur, quamuis Scripturæ sanctæ uniuersam sæpe Mediam vocant.* Orof. lib. 2. cap. 2.

CAPVT DECIMVM-QUINTVM.

Populi ex Iapheti filiis oriundi iuxta Iosephum Ben-Gorjon.

D Gomer Franci. Riphat Britones. Thogarma populi decem, plerique Istri & Volgaæ incolæ. Ianan Macedones. Medi Arzali & Corafan. Thubal circa Pisas, & Mesech Senis in Tusciâ. Thiras Russi, Pofnani & Angli. Elisa Alemanni, Burgundi & Brabantii. Tarsis Cilices. Citthim Romani. Dodanim Dani, Dalmatæ, Croatæ, Sclauæ, Serui, Liburni, Carpathes, Bosni. In plerisque his Gorjonidem cæcutiisse.

E **C**VM in his totus essem, incidit in manus meas historia Iosephi Ben-Gorjon Venetiis edita A. 1644. in qua multa reperi quæ in Basiliensi editione desiderantur, in his delineationem profapiæ Iapheti ex mente Iudæorum. Quæ licet in multis vana sit & commentitia profus, tamen quia quædam habet quæ ad sacræ Geographiæ illustrationem aliquo modo pertinent, operæpretiū me facturum putavi si eam hîc exhiberem mendis si non omnibus saltem plerisque purgatam. Quod non ita fuit obuium; Neque enim memini legisse me quicquam deprauatius. Hebraica verba prout reperi exhibeo, & meas correctiones seu coniecturas verius appono ad marginem.

Gomer.

בני גומר הם א פרנקוס ויושבים בארץ א פרנקוס
 פרנצא על נהר ב פרנסא על נהר סינא : ב פרנצא

Filij Gomer sunt Franci qui habitant in terrâ Francia, ad flumen Francie, id est ad flumen Seina. (Sequana.)

Verus Iosephus Galatas, id est Galatiæ vetustissimos incolas, qui Phryges erant, è Gomero deduxerat. At hic illius simia Galatarum nomine non Gallos modo, sed & Francos intelligit, adeoque Francos illos qui sunt in agro Parisino prope Sequanam.

Riphat.

ריפת הם כרטונים חיושבים בארץ ברטניא
 על נהר לירא ושופכים מי סינא ולירא כי
 אוקיינוס הוא הי הנדול :

Riphat sunt Britones qui habitant in terrâ Britannia ad fluium Lira (Ligerim.) Aqua autem Seina & Lira (Sequanæ & Ligeris) defluunt in mare Oceanum, quod est mare magnum.

Putauit scilicet ex ריפת factum esse פריה prith per ἀπὸ ἀρχαίων, & Britonum nomen inde oriri. Cæterum in Gomeri filiis Askenaz hîc fuit ommissus.

Thogarma.

חוגרמה הם עשר משפחות מהם כוור ופצינג
 ואליקנוס וכולגר d ורגביג' וטורקי וכו
 וזוכר ואונגרי וטילמן. כל אלה חונים בצפון
 ושמות ארצותם על שמותם והם חונים
 על נהרי היתל הוא f אטלאך אך אונגר וכולגר
 ופוצינג חונים על נהר הנדול הנקרא h דובני :
 דובני vel

Thogarma sunt decem familiæ, scilicet Chozar, & Patzinac, & Anchialus, & Bulgari, & Ragbiga, & Turca, & Buz, & Zabuc, & Hungari, & Tilmats. Omnes illi in Aquilone degunt, & terras suas de nominibus suis appellarunt. Habitat autem ad fluium Ethel qui est Elatach. Tamen Hungari & Bulgari & Patzinacæ habitant ad magnum fluium Danubium.

Quia familiis Thogarmæ assignantur latera Aquilonis Ezech. 38. 6. Pseudo-Gorjonides ex iis deducit plerosque Aquilonares, Danubij maxime & Rha seu Volgæ accolæ. Quem cum Arabibus appellat Ethel & Etalach aut Elatach verius, quomodo scribunt tabulæ Ismaëlis Abulfedæ. Has porrò familias vult esse decem numero. Prima Chozar, Ortelio Cursar perperâ, est locus ad mare Caspium à quò vocatur mare Chozar à Geographo Nubiensi. Secunda Patzinac, est Dacia veterum. Suidas: Ἀδύες (ἢ Πανζινάκι), Patzinacas habet Cedrenus. Tertia Anchialus (ita scribo Pro Alichanus) est Thraciæ vrbs ad Pontum. Quarta Bulgaria quam nota est, tam ignota est quinta Ragbiga, sed rescribendum Raguzza, id est Epidaurus. Sextam, id est Turcas, Mela & Plinius describunt ad paludes Meotides. Septima Buz, aliis Buzza, est Daciæ vetus oppidum, Ptolemæo Napuca. In octauâ pro Zaboch puto legendum Zanolch זנולך. Hæc Tartarorum est familia celebris prope Volgham. Nonâ id est Hungariâ nihil notius. Decima Talmits videtur esse Germaniæ Misnia, quæ olim Dalemincia.

vid. Geogr. Nub. clim. f. pag. 7.

Clim. f. p. 7.

A
B
C
D
E

A

Jauan.

Filij Iauan sunt Iones (Græci) qui habitant in terrâ Macedoniæ.

Res ex Daniclé constat qui Alexandrum Macedonem appellat regem Iauan. De Magog ne gry quidem, qui in sacro textû præcedit Iauan.

Madai.

Medi sunt Arzali qui habitant in terrâ Borasan.

B

Quis hoc capiat? Sed legendum Arzali & Chorasan. Arzali forte iidem qui Arzanij in Procopij Perficis; vnde Arzanene Ammiano regio Transtigrana. Chorasan propriè est Aria veterum. At hîc sumit multo latius; quod & alij faciunt.

Thubal.

Thubal sunt qui habitant in terrâ Tusciæ ad fluuium Pifarum, id est Arnum.

C

Sic Thubal Hieronymus Italiam exponit Es. 66. 19.

Mesech.

Mesech ij sunt qui habitant Sana. Quæ & ipsa Tusciæ oppidum est. Inde est quod Kimchius in Miclol radice scribit à Iosepho Ben-Gorjon Mesech exponi Tusciam.

Thiras.

Thiras sunt Russi, Posni (vel Posnani in Poloniâ) & Angli qui habitant ad mare magnum. Russi habitant ad fluuium Cyrum qui desluit in mare Georgian, id est Caspium.

D

Credibile est scilicet Russos, Posnanos & Anglos eandem esse gentem.

Elisa.

Elisa sunt populi Alemanniæ, qui habitant inter montes Iou & Septimo, ex quibus sunt Lombardi, qui sunt trans montes Iou & Septimo, & subegerunt terram Italiæ, quam hodieque obtinent ad fluuios Ticinum & Padum, cuius aqua desluunt in mare Veneticum. Burgundi item qui habitant ad magnum fluuium Rhodatum nomine, & Brabantii Rheni accolæ qui exit in mare magnum.

E

His consona quæ de Latino rege capite tertio fabulatur

Iste Latinus bellum intulit

DD ij

Alemannia & Burgundia incolis filiis Elisa, & iis tributum impofuit. Alemannia nomine hic significat eas Gallia & Italiae partes quae Germaniae tum temporis erant annexae; & Germanos imperatores pro Dominis agnoscebant. In his 1. Arelatense regnum inter montes *Jou & Septimo*; id est Iuram & Septimanos. Nam Arelatense regnum complectebatur Prouinciam, Delphinatum & Sabaudiam. 2. Lombardia quam dicit esse trans Iuram; id est trans Alpes ad Padum & Ticinum. 3. Burgundia quae est ad Ararim, non ad Rhodanum; Sed Ararim paulo infra Burgundiam excipit Rhodanus amnis. 4. Brabantia ברבנדיא quomodo legendum putamus pro ברדיא voce nihili. Et hoc nomine etiam reliquas intelligimus Belgij prouincias, quae ratione situs & commercij linguae ad Germanos potius quam ad Gallos attinent.

חרשיש

Tharsis.

חרשיש הם באו במקדוניה בדה אחת מהם טרסוס ויהי כאשר לכדו ישמעאלים אח ארץ טרסוס ברחו יושביה בנבול בני יון הם נלחמו עם הישמעאלים אשר בטרסוס

Tharsis populi in eandem legem conueniunt cum populis Macedoniae; Ex iis sunt Tarsenses, qui cum eorum terras inuasissent Ismaelita, fugerunt ad Graecorum fines. Inde mouerunt bellum contra Ismaelitas qui Tarsi erant.

Ita verus Iosephus & alij plures nomine Tharsis Tarsenses intelligunt.

כהים

Citthim.

כהים הם רומיים החונים בבקעת קנפנייא על נהר ה'כראו

Citthim sunt Romani qui degunt in valle (agro) Campania ad fluum Tiberim.

Hæc verissima puto, nisi quod Campaniam ad Latium vsque extendit perperam.

דודנים

Dodanim.

דודנים הם עבד דנישני היושבי הון ערי לשונות אוקיאנוס בארץ דינא מכבא דניא ובארדנא בתוך הגדול אשר נשבעו לבלתי יעברו לרומניים ויתחבאו בתוך גלי י אוקיאנוס ולא יכלו בני הניע שם ממשלת רומי עד אחרית איי היים ב וגלי תציאו וקראוטי וסקליי ד וליצפיי' ל וומי' ורכאר ג וכיורמן c וסקליי d ובזמן מבני דודנים יחשבו והם הונים בחוף חים מנכול בולגרי עד בונדקיא ומשם מושבים e עד הנכול עד היים הגדול הים הנקראי g ורכונין סקלבי ואומרים אחרים שהם מבני ננען אך הם מתחסים לבני דודנים: h

*Dodanim sunt populus Daniscorum (Danorum) qui occupant urbes sitas in mediis sinibus maris Oceani in terra Dania, * Mecbam & Bardanam, in medio maris magni. Quia iurauerant, nisi transirent ad Romanos, fore ut latitarent in medio fluctuum maris Oceani. Et alibi non potuerunt: quia iam peruenerat imperium Romanorum ad extremas insulas maris. Dalmatae item & Croatiae, & Sclavi, & Serui, & Liburni, & Carpates (circa montem*

cognominem) & Craczi [incolæ Cracæ Stiriaë vrbis ad Muram fluum] & Bosni reputantur è filiis Dodanim. Habitant autem in sinu maris à fini-

* vrbes ignotas. Medium subelle subpicot. dלמצואה c וסקליי d ובזמן מבני דודנים e וליורני f וכרבאת g ורכונין h בזנין

A bus Bulgariae usque ad Venetiam. Sclavi porro qui vocantur, inde sese extendunt usque ad terminos maris magni. Eos autem dicunt esse à filiis Chanaan. Reuera tamen genus suum referunt ad filios Dodanim.

Hæc mire corrupta & deprauata explicavi ut potui. Rectene an secus doctorum esto iudicium. Vtut sit plus satis constat Pseudogorjonidem in plerisque his cæcutiisse prorsus. Gomer, Tubal & Mesech, Ezechiel ad Aquilonem, iste ad occasum Iudææ ponit in Galliâ & Italiâ. Thogarma, vnde Tyrij mulos & equos sibi comparant Ezech. 27. 14. ponit ad Volgam, vbi nec vlli muli, nec vllum fuit vnquam cum Tyriis commercium. Elifam, vbi purpuræ piscatio Ezech. 27. 6. describit ad Rhenum, & Padum, & Rhodanum aut Ararim in mediterraneis. Tarsis vnde afferuntur argenti, ferri, stanni & plumbi metalla Ezech. 27. 13. vult esse Ciliciæ Tarsum, vbi fodinæ nullæ. Itaque apparet Pseudojosephum hæc effutire sine iudicio, & delirasse Iudæos, qui in illius verba iurarunt.

C

D

DD ij

B

LIBER QVARTVS.

DE CHAMI POSTERIS.

CAPVT PRIMVM.

De Chamo.

Chami portio in diuisione terræ. Arabes è Chami stirpe 1. Par. 4. 40. Aegyptus terra Cham, Eiusdem nominis alia vestigia in Aegypto & tota Africâ. חם Cham calidus & חם cham niger. Chamo nomen tam conueniens non datum sine numine. Α'α' Aegyptiis χημία & χημια χαμια χαμια. Vtrumque ex Hebræo חם cham absorpto L. At Dei nomen Ammon ex חם Ham vel Cham demptâ aspiratione, quam alias per χ exprimunt vt in χημία Chamum Pseudoclemens vult esse Zoroastrem, & inuentorem Magiæ. Ita etiam Cassianus. Noë à Chamò scilicet deuotatus & obligatus. Chami libri Magici. Contra Zoroastres Magus Chamo multo recentior, solum sexcentis annis ante Xerxem; Et perperam confunditur cum Bactrianorum Rege Zoroastre Nino æquali, quem Ctesias Oxyartem appellat non Zoroastrem, nec scribit fuisse magû. Magiæ inuentores Angeli ante diluuiû in libro Enoch apocrypho. Idem emendatus. Locus Agarhiq de ætate Zoroastres. Zoroastrem scriptorum vulgus exponit astrum vinum. At Dinon Persicorû nobilis author ἀστράτω. Malim ἀστράτω αλτρονû contemplatorem, voce composita ex Hebr. & Persicâ. חם Hebr. contemplari, & αλτρον Persis astû sonat. ψ sape per Z exprimi. Chemiæ vel Alchymia nomen à Chamo nonnullos exsculpere. Multæ similes nuge. Moïsis, Mariæ, Hermetis, Olthanis, Democriti, Ori Chymica, Iasonis vellus aureum, liber Chymicus. Chymici libri in Aegypto à Diocletiano conquisiti & exusti. Tubalcainus Chymicus ab Angelo doctus. Chama liber Chymicus ab Angelis ante diluuium traditus. Contra, Alchymia nemo meminit ante Iulium Firmicum; Et Arabicè חם Cham & חם chemia non scribantur iisdem literis. Nomen est ab occultando: quia hæc ars studiose cælatur, tanquam sacra & Diuina; quamque non nemo Sacris Scripturis præferre ausus est. Ex Eusebij Chronico de Alchymia locus suspectus.

Mat h. 5. 4. CHAM licet maledictus, non tamen fuit exclusus à terrenis benedictionibus illius qui Sole suò illuminat bonos & malos, & pluuiam ex æquo dimittit super iustos & iniustos. Quippe in mundi diuisione, illi præter Aegyptum atque Africam vniuersam, Syriæ magna pars obtigit atque Arabiæ, vt de Babyloniâ, & Sufianâ, & Assyriâ, & aliis terris taceam quas Semi filiis eripuit Nimrod Chami nepos.

Inde est quod illi Arabes quorum pascua inuadunt Simeonitæ 1. Paral. 4. 40 dicuntur esse חם Cham stirpe. Et à Dauide passim Aegyptus appellatur terra Cham; Et in Plutarcho χημία Chemia; Et in Stephano voce compositâ Ε'ρημοχημία Hermochymius. Aegypti denique Nomorum vocabula Chemmis, Psochemmis, Psittachemmis, ad Chami nomen palam alludunt. Idem pro Chamo ab Aegyptiis & Afris Α'α' dictus: vnde Ammonia vrbs in Marmaricæ littore, & Ammoniaca regio, vbi Ammonis oraculum & templum toto orbe celeberrimum, & Africa vniuersa Ammonia, vt ex Alexandro Polyhistore probat Stephanus Byzantinus. Sed & Thebas Aegyptiæ, vt Græcè Διόσπολις, ita Hebraicè à Prophetis appellari חם חם Ammon-No, vel חם חם No-Ammon, id est Hammonis ædem, quia Ioui Ammoni id est Chamo, sacra fuerunt, suo loco probauimus. Et totam de Saturno & Ioue fabulam natam esse ex historiâ Noë & Chami.

Hebræis חם cham calidum, & חם cham nigrum sonat: Itaque Chami nomen vel à calore vel à nigredine factum. Neque vt videtur sine numine, cum quæ Chamo contigit Africa immodico æstu laboret, eiusque posteri

- A fere omnes vicini sideris ardore sint exusti, atque infuscati. Quod ipsum pono in parte maledictionis; Quamuis in Africâ loca sint, quæ nulli parti terrarum fertilitate cedunt. Ægyptij, quos huius vocis significatio latuit, de Ammonis nomine multa comminiscuntur. In Plutarchi Iside Manethos Sebennita Ἀμμῶν interpretatur ὁ κρυμμένος ἢ ἡ κρύψις, occultum & occultationem. Et Hecataeus Abderita hoc verbo Ægyptios uti scribit, ὅτι οὐκ ἔστιν ἡ ἀλλοτρίω, ἀλλοτρίω δὲ εἶναι πλὴν φωνῶν, cum aliquem accersunt, vocem enim esse vocatiuam. Nempe Ægyptij Amon dicebant pro Hebræo אמון Almoni, quod Septuaginta κρυφίον reddunt. At Aquila & Theodotion ἡ δέξια [Gallicè dixeris *un tel*] nomen est fictitium quò vocatur aut vir aut locus cuius nomen nos latet. Fit à radice ἄβυδ id est abscondere, γ & κ permutatis. Exempla sunt Ruth 4.1. & 1. Sam. 21.2. & 2. Reg. 6.8. Patet igitur Ægyptiis Amon id ipsum fuisse; cum alij occultum explicent; alij vocantis esse velint, plane eadem ἀμφιβολία. Itaque Amon ex Almoni factum, literâ L aut absorptâ inter pronunciandum, aut etiam prorsus inductâ, ut in Gallicis vocibus *chaume* & *coure* pro Latinis *culmus* & *culter*. At Dei nomen Ἀμμῶν, vel Ammon plane aliud. Omnino enim factum est ex ὄν Cham vel Ham mollitô sonô Hebrææ aspirationis. Quam iidem alibi per χ exprimunt, ut in voce Χημία quâ dicebatur Ægyptus. Atque ut illam Hebrææ ἄβυδ chum synonymam fuisse scias, audi Plutarchum: Ἐστὶν, inquit, πλὴν Ἀιγυπτίων ἐν τοῖς μέγιστα μετέστηθον ἔθνεσσι, ὡς περὶ δὲ μέλας τῶν ὀφθαλμῶν Χημία καλεῖται. Adhuc Ægyptum, cuius solum maximè nigrum est, Chemiam Ægyptij vocant, ut nigrum illud quod est in oculo. Non vacat addere Græcorum nugas de Ammone ἄπὸ τῆς ἄμμυς.

- Chamum eundem esse volunt cum Zoroastre Mago; Huius sententiæ primus author, quod quidem sciam, est Pseudoclemens, qui libro quarto recognitionum Magiam scribit, hominibus ante diluuium à mulierosis illis Angelis traditam, Ægyptiorum conditorem Mesraimum didicisse à Chamo patre; Et Chamum à posteris huius artis admiratoribus Zoroastrem seu viuum astrum propterea fuisse dictum, & pro Deo habitum. Id sequutus Cassianus collationis octauæ cap. 21. *Quantum*, inquit, *antiquæ traditiones ferunt*, Cham filius Noë, qui superstitionibus istis & sacrilegis fuit artibus ac profanis infectus, sciens nullum se posse super his memorialem librum in arcam prorsus inferre, in quam erat cum patre iusto ac sanctis fratribus ingressurus, scelestâ ac profanâ commenta diuersorum metallorum laminis, quæ scilicet aquarum inundatione corrumpi non possent, & durissimis lapibus insculpsit. Quæ diluuiio peractô eadem quâ celauerat curiositate perquirens, sacrilegorum ac perpetuæ nequitie seminarium transmisit in posteros. Inde inualuit hæc opinio Chamum fuisse Magum, & carmine Magico patrem, dum dormiebat nudus, ita deuotasse & obligasse, ut deinceps ad mulierem non poterit affectari, & Magicos libros scripsisse, quorum partem combusserit Ninus, alterâ superstite. Nam hodieque extat impium opus continens elementa & praxim artis Necromanticæ sub titulo *Scripturæ Chami filij Noë*.

Vid. Be-
rof. Ann.
lib. 1.
Hist. Scho-
last. c. 39.
Biblioth.
Sexti Sen.
lib. 2.

Sed Chami memoriam fictitiis criminibus infamare nihil est opus, cum

vera suppētant satis superque, quorum nomine constat à patre merito
 fuisse maledictum. Chamum quidem prauū contortique ingenij fuisse
 oportet, cum non modo expij patris dedecore voluptatem ceperit, sed
 & eum traduxerit apud fratres. At non sequitur fuisse Magum, aut eundē
 cum Zoroastre. Certe tempora non conueniunt; Chamo enim multis sæ-
 culis recentiorem esse constat magum illum Zoroastrem, cuius oracula
 Græce edita cum Pselli & Plethonis Scholiis circumferuntur. Illum qui-
 dem Fudoxus apud Plinium sex millibus annorum ante Platonem vixisse
 prodidit, id est multo ante mundum conditum. Nec multo agunt mo-
 destius qui ibi citatur Hermippus, & Plutarchus in Iside, & Hermodo-
 rus Plonicus apud Laertium in proœmio, qui eundem faciunt quinque
 annorum millibus bello Trojano vetustiore. Sed has annorum chiliadas
 mutauit in centurias todidem ignotus author apud Suidam. Et his omni-
 bus vetustior Xanthus Lydius nonnisi sexcentos annos numerat à Zoroas-
 tre vsque ad Xerxis transitum. Laertius vbi supra: *Ἐρμῖος ὁ Ἰουδαῖος εἰς τὴν
 Ἑρμῖον ἀναβάντων ἀπὸ τοῦ Ζωροάστρου ἐξηκαστὰ φησὶν ἔτη γεγονῆναι.* Quin Apuleij Flo-
 ridorum lib. 2. legitur Pythagoras doctores habuisse *Persarum Magos ac
 præcipue Zoroastrem omnis diuini arcani antistitem.* Ita vixerit Zoroastres
 diu post Troiana tempora. At plerique scriptores æquo faciunt antiquio-
 rem, quia Magum illum confundunt, cum Bactrianorum Rege Zoroas-
 tre Nino æquali. Vnde Trogus lib. 1. *Postremum illi [Nino] bellum cum
 Zoroastre Rege Bactrianorum fuit, qui primus dicitur artes Magicas inuenis-
 se.* Et Arnobius lib. 1. *Vt inter Assyrios & Bactrianos, Nino quondam
 Zoroastreque ductoribus, non tantum ferro dimicaretur & viribus, verum
 etiam magicis & Chaldaeorum reconditis disciplinis.* Et de eodem Augusti-
 nus de ciuit. Dei lib. 21. cap. 14. *Magicarum artium fuisse perhibetur inuen-
 tor.* Et paulo post: *A Nino rege Asyriorum cum esset ipse Bactrianorum Rex
 bello superatus.* Orosius lib. 1. cap. 4. vbi de Ninō: *Zoroastrem Bactriano-
 rum regem, eundemque Magicæ ut ferunt artis repertorem pugna oppressum in-
 terfecit.* Sed Ctesias, ex quo Diodorus, Bactrianorum Regem in quem
 dimicauit Ninus, *Ὀξυάρτην Oxyartem* appellat, non Zoroastrem, ne-
 que magum fuisse dicit, aut viribus hostium magicas artes opposuisse,
 quamuis hoc bellum referat multo pluribus quam quisquam alius vete-
 rum. Pone tamen Bactris regnasse magum Zoroastrem; Quid hoc ad
 Chamum Noæ filium, cui Bactriana non obtrigit, sed Africa, & Asiæ por-
 tio in Africæ finibus à Bactris remotissima? Itaque vt à Zoroastre Oxyar-
 tes, ita Cham ab utroque plane fuit diuersus. Et Magiam à Chamo tam
 falsum est post diluuium fuisse inuectam, quam ab Angelis ante dilu-
 uium. Quod videtur sumpsisse spurius Clemens ex Enochi libro apocry-
 pho, vbi in earum artium censu quas ab Angelis magistris edidicerunt
 antediluuiani homines etiam Magiæ fit mentio in hæc verba: *ὁ δὲ Ἰαφάρ-
 μαρος ἐδίδασκε φαρμακείας, ἐπιαιδίας, σοφίας, καὶ ἐπιαιδῶν λυτήρια* undecimus au-
 tem Angelus *Pharmarus* nomine docuit *veneficia, incantationes [Mago-
 rum] artes, & incantatorum sacrificia expiatoria.* Credat Iudæus Apella
 non ego. *Φαρμαρὸς* corruptum ex *Φαρμακὸς* vel *δισπάρω Φαρμαρὸς* quâ voce
 à Græ-

Plin. lib. 39.
 cap. 1.

Diod. lib. 2.
 pag. 66.

A

B

C

D

E

A

B

C

D

E

A à Græcis mutuata Ebraei veneficum significant. Itaque sic dictus est Angelus qui docuisse putatur *τὰς φαρμακείας*.

Non possum non addere locum insignem de Zoroastre ex Agathia lib. 2. vbi de Persis: *ἀλλοίοις δὲ ὕσι καὶ οἷον ἰεριοθιμέοις χρῶν ἰνομίμοις, ἐκ τῆς Ζωροάστρου τῆς Ὀρμιάσδεως διδασκάλων καὶ τακτικῶν γέντες. Οὗτος δὲ ὁ Ζωροάστρ (lego Ζωροάστρ) ἢ Ζωροάδης (διτὴν δὲ ἐπ' αὐτῆς ἢ ἐπωνυμία) ὁπλίω καὶ ἤκμωσε πλὴν ἀρχῶν, καὶ τὰς νόμους ἐθετο, ὥστε ἐστὶ σαφὲς ἀξιολογῆσαι. Πέρσων δ' αὖτε ἐν τῇ Ἰστῶν Ἰστῶν, ἔπειθ' ἀπὸ τῆς ἀπλῆς φωνῆς γέγονεν, ὡς λέγουσιν ἀμφιγνοῦσθαι καὶ ὥστε ἐπιμαθεῖν, πόποτε δ' ἀρεῖα πατήρ, εἴτε καὶ ἄλλοι ἔτι ἰσχυροῦν Ἰστῶν: ἐφ' ὧν δ' ἀπὸ τῆς ἰσχυρῆς χροῖας, ὑψηλῆς αὖτις ἐκείνη καὶ κατηγεμῶν τῶν μαγικῶν γέγονεν ἀγείας *Alienis vero ac**

B *veluti adulterinis institutis utuntur, Zoroastri Oromasde filij disciplina delinuti. Ille vero Zoroaster aut Zaradus (is enim fuit biromius) quando primum floruerit & leges condiderit liquido non constat. Persæ vero huius ætatis sub Hystaspes simpliciter fuisse dicunt, ita ut valde ambigatur neque certo sciri possit, an Darij pater aut alius quispiam hic Hystaspes fuerit; Quocumque vero tempore floruit, author eis & dux Magicæ religionis extitit. In his de Zoroastri ætate Agathias ita dubitat, ut palam faciat se iis non assentiri qui volūt tam esse antiquum. Alioqui non poneret in incerto an ille Hystaspes, cui Zoroastres fuit æqualis, Darij fuerit pater qui Cambysi successit Cyri filio.*

C *Iam ut de nomine dicam non nihil, Zoroastrem vulgus scriptorum astrum viuum exponit, tanquam ex Pseudoclemente. Id Græculorum est somnium, quibus ζωώτερον Iliad. i. idem est quod ζωτικώτερον, ac si fiat ζωτὴ τῆς ζω πλεονασμῶ τῆς ρ. Vide Homeri Scholiastem & magnum Etymologicum. At Dinon celebratus author, cuique nos plurimum de Persicis rebus credimus, μετρημηνυθόμενον φησὶ τὸ Ζωροάστρ πλὴν ἀστέρων τῶν ἐξ ἑσπέρων. Ita Laërtius vbi supra, in quem locum magnus Scaliger: Vult Zoroastrem linguâ Persicâ significare astrorum sacrificium. Nos scimus de posteriore verbo verissimum esse Ster Persicè esse ἀστέρων aut ἀστέρων, unde Esther dicta fuerit. De prioris membro querant peritiores linguâ Persicâ. Non enim sumus ἢ quos pudet non omnia scire. Hæc ille. Nos suspicamur Græcam vocem esse corruptam, quia astrorum sacrificulus non diceretur ἀστέρων. Quin ἀστέρων ad verbum esset qui astrum immolat, ut βουδύτης qui bouem. Sensu tam ridiculo quam quod legitur in Philone Byblio de Deâ Phœnicum Astarte: ὄρεν ἀεθρόπτη ἀστέρων, ὃν καὶ ἀπὸ τοῦ ἐν τῷ Τύρῳ τῆς ἀγίας γῆς ἀνέρωσε reperit astrum volans quod mactatum in Tyro sacrâ insulâ consecrauit. Cui obscurissimo loco cum bono Deo lucem deinceps inferemus. Itaque verbum ἀστέρων mutandum censeo in ἀστέρων, id est astrorum contemplatorem. Ita Zoroastres scribetur*

lib. 4.
Recognit.

Vid. Plin.
lib. 10. cap.
44. &
Cornel.
Nep. in Con.

D *Zoroaster, literâ expressâ per Z, ut in σζα pro κωσ in Græcâ versione 3. Reg. 4. 3. & ζόφ caligo pro φω, & ζατ εἰμοι schaccorum ludus pro voce Persicâ שטרו. Porro in שטרו nemo non statim agnoscit שו Hebræum, quod contemplari significat, etiam cum de cælo agitur, ut Iob. 35. 5. וראה שו שחקים וראה שמיים, vbi vulgata recte: Suspice cælum & intueri, & contemplare æthera. Ita etiam apud Arabes שו aspectum sonat & שו in primâ & decimâ aspicere, in secundâ & quartâ indicare. Videretur hæc vox ut ab Hebræis ad Arabes, ita ab Arabibus transiisse ad Persas, ut aliz*

de quibus supra. Sed me sentio paulo longius esse prouectum quam pro-

positi argumenti ratio postulabat. Priori de Zoroastre commento simile aliud de *Alchimia*, cuius authorem faciunt Chamum, quasi de nomine authoris pro *chamiã* dicatur *chemia* & *chymia*, & Arabico articulo præfixo *alchymia*. Antiquitatis enim gloriam maximè affectant huius artis ἐπιπέρι: Quos non pudet proferre Mosis Prophetæ χημειτικῶν σωτάξιν; Et Mariæ sororis Mosis librum Alchymisticum. Ut taceam Hermetis Trismegisti scilicet tabulam smaragdinam, & eiusdem Chymicos tractatus septem, & opus de corporibus transmutandis: Et Osthani & Democriti & Ori Χημειτικῶν; Et Iasonis vellus aureum: τὸ

ἔχει ὡς ποιητικῶς φέρεται, ἀλλὰ βιβλίον ἐν δέρμασι γεγραμμένον, ὡς εἶχεν ὅπως δὲ γίνεσθαι δεξιὰ χημείας χρυσοῦ. Neque enim fuit vellus illud quale poetæ fabulantur, sed liber fuit in membranis scriptus, continens quomodo parandum sit aurum per chemiam. Ita nugatur ignotus scriptor apud Suidam in voce Δέξας. In eodem, voce χημεία, de Diocletiano hæc legere est: τὰ δὲ χημείας χρυσοῦ καὶ ἀργύρου τοῖς παλαιῶς γεγραμμένα βιβλία διεργασμένα ἔχουσε, πρὸς δὲ μηκέτι πλεονάζειν Αἰγυπτίους ἐκ τῆς τοιαύτης παρασκευῆς τέχνης, μηδὲ χρημάτων αὐτῶν θαρρύντας. Δεῖν δὲ τοῦ Ρωμαίου ἀρτάρην libras à veteribus de auri & argenti chemiã conquisitos cremauit, ne Ægyptij ex tali arte amplius sibi opes compararent, neue pecuniarum copiã freti, Romanis in posterum obsisterent. Ac si tam fallaci arte potuerint tam copiosè ditescere, ut Romanis inde fierent terribiles.

Quin quasi leue sit chemiam ab authore Chamo arcessere, non desunt qui artibus ante diluuium repertis illam accenseant, Tubalcainum è fabro transmutantes in Philosophum Chymicum: Edoctum scilicet ab Angelo * Exael quem primum Enochii liber apocryphus homines docuisse scribit τὰ μέταλλα τῆς γῆς, καὶ ὁ χρυσοῦ πῶς ἐργάζονται quomodo metalla terra & aurum elaborentur. Vnde Zosimus Panopolites lib. 9. χημειτικῶν collegit eos Angelos, quos vult in mulierum amorem exarxisse, ante omnia Chemiam tradidisse: τὸ δὲ ἔστιν, inquit, ἔφασαν αἱ ἀρχαῖαι καὶ θεῖαι γραφαί, ὅτι ἀπέλασε ἐπεθύμησαν τῆς γυναικῶν, καὶ κατελθόντες ἐδίδασκαν αὐτὰς τὰ πρότερον τῆς φύσεως ἔργα. Et paulo post: Ἐστὶν δὲ αὐτῶν ἡ πρώτη ἀπόδοσις χημείας δὲ τούτων τῆς τέχνης. Ἐκάλεισαν δὲ ταύτην πλεονάζουσαν χημείαν: Ἐγένετο καὶ ἡ τέχνη χημεία καλεσθῆναι Sacra & diuina Scriptura Angelos dicunt mulieres concupiuisse, & cum in terram descendissent, eas edocuisse omnia naturæ opera &c. Prima igitur illorum traditio fuit Chema de his artibus. Vocauerunt scilicet hunc librum Chema, unde ars etiam Chemia vocatur.

Interim Alchymia certum est nouum esse inuentum, nec illius quemquam meminisse ante Iulium Firmicum Imperatori Constantino σύγχρονον, qui Mathes. lib. 3. cap. 15. lunam scribit in nono ab horoscopo loco in nocturnâ geniturâ hominem ad scientiam Alchymia propensum reddere. Et commentum de Chamo refellunt Arabum scripta, qui hanc artem maximè excoluerunt. Ab iis enim Alchymia non scribitur, ut Chami nomen per *Cha*, sed per *Ceph* כֶּפֶה vel כֶּפֶה. Vnde patet origo nominis toties quaesita nec dum reperta. Arabicè nimirum كيمياء chema est occultare.

* Hebr. חַמַּי
quia פֶּחַ
est funde-
re.

A A

B B

C C

D D

E E

A Verbum eâ significatione in vsu primâ, quartâ, & quintâ coniugatione. Inde igitur *χημια* vel *χημια* *alchemia* est ars occulta. Quô non potuit dari nomen aptius, siue rem ipsam respicias, siue docendi modum. Ars enim ipsa tam est abdita, vt in eius cognitione adipiscendâ oleum & operam miserè perdant plerique mortalium. Et qui adeptos se putant, quasi cæteris hanc gloriam inuiderent, tot verborum inuolucris atque ambagibus artis arcana obtegunt, vt videantur ideo solum scripsisse vt ne intelligerentur. Quin ipsi librorum tituli significant agi de re arcanâ. Exemplo sint Calidis filij Iaziach Iudæi liber *secretorum Alchemie*, Et Raimundi Lulli libri *de secretis nature*, seu *de quintâ essentiâ*, & *de inuentione secreti occulti*; Et *Secreta secretorum* quæ Aristoteli tribuunt, atque alia huius farine Chymica scripta. Græci itidem vt profanos statim à limine arceant, *ιεργον* & *σεδον τεχνω* *sacram & diuinam artem* appellant. Et nostro sæculo Martinus Rulandus Cæsareus medicus, cætera vir doctus, & quem suo præconio Thuanus non iudicauit indignum, artis illius mysteria ipsi Scripturæ præferre non erubuit: *Si Paulo*, inquit, *consentienter ratiocinari licebit, eminentior Dei notitia, ex huius artis Alchymie praxi hauriri potest ipsius sacrarum literarum monumentis.* Hæc ille in dedicatione progymnasmaton Alchymie. Quod iam ante me notauerat Henricus Salmuth in Pancirollum lib. 2. tit. 7.

Histor.
lib. 127.

C Me prope fugerat Eusebij locus Græci Chronici lib. 1. pag. 43. quo eos puto niti potissimum qui Alchymie antiquitatem adstruunt. Is sic habet: *Δημόκριτος Ἀβδηρίτης φυσικός φιλόσοφος ἠκμασεν ἐν Ἀιγύπτῳ μνηστὴς ὑπὸ Ὀστάνῳ τῷ Μήδῳ τάλεντος ἐν Ἀιγύπτῳ ὡς τῶν τηνηκῶν βασιλέων Περσῶν ἀρχῆν ἢ ἐν Ἀιγύπτῳ ἱερῶν ἐν τῷ ἱερῷ τῷ Μέμφεως σὺν ἄλλοις ἱεροῦσι & φιλοσόφοις, ἐν οἷς ἦν & Μαρία τις ἐβραία σοφῆ. Καὶ Παμμένης σὺν ἑστέρας δὲ χρυσῶν, & ἀργύρου, & λίθων, & πορφύρας λαβῶν. Ὁμοίως δὲ & Μαρία ἐπηγεγεσται παρ' Ὀστάνῳ, ὡς πολλοῖς & σοφοῖς ἀνιγμοῖσι κρύψαντες τὴν τέχνῳ* *Tum floruit Democritus Abderita Physicus Philosophus in Ægypto initiatus ab Ostane Medo, eò misso vt Ægypti sacris præsideret in templo Memphitico cum aliis sacerdotibus & Philosophis. In quibus etiam erat Maria quædam Hebræa sapiens; Et Pammenes qui per ambages scripsit de auro & argento & lapidibus & purpurâ. Quomodo etiam Maria. Qui proinde ab Ostane laudati sunt quod per multa ea que docta ænigmata artem calassent.* Sed quia Magus Ostanes diu ante Democritum vixit, nec vnquam in Ægyptum se contulisse legitur, multo minus præfuisse sacris Ægyptiorum; Hæc magno Scaligero iure merito suspecta sunt, tanquam à Panodoro monacho in Eusebij textum intrusa. Vt vt sit vel hinc apparet Alchemiam Arabes ab occultando meritò nominasse, cum iam olim artis ἐπιπέρας illius præcepta tam studiosè celauerint.

E Chamum alij pro Mago vel Chymico prophetam fuisse statuunt. In his Basilidis filius & discipulus Isidorus, qui ἐν τοῖς τῷ προφήτῳ Παρχῶρ ἐξηγητικῶν in commentariis propheta Parchor prophetie Chami scilicet meminit in hæc verba: *Καὶ γὰρ μοι δοκῆ τὰς πᾶρας ποιημένους φιλοσοφῆν, ἵνα μάθωσι τί ἐστὶν ἡ ὑπόπερας δρῦς, & ὅ ἐπὶ αὐτῇ πεποιτημένον φάρας, πάντῃ ὅσα Φερεκῶδης ἀλληγορήσας λαβῶν ἀπὸ τῶ γὰμ πωφητείας τὴν ὑπόθεσιν, ὡς πάλαι παρεσημειώσαμεν*

v. Clem.
Alex. l. 6.
Strom.

9a *Mihi enim videtur æquum ut ij qui Philosophorum nomen sibi vindicant, discant quid sit quercus alata, & variũ super eã palliũ, quẽ omnia Pherecydes allegorice dixit e Chami prophetiã sumptõ argumentõ.* Pherecydem Syrium

Cic. 1. Tusc. A. pul. lib. 2. Flor. Iamblich. in Pythag. Lact. Inst. l. 7. c. 8. Tzet. Chil. 2. hist. 55. Aug. epist. 3. Eustath. Odyss. o. Laert. l. 1. Apul. libid. Voss. de hist. Gr. l. 4. c. 4. Strab. lib. 1. Strab. 16. Apul. 16. Clem. Alex. lib. 5. Strom. Laert. l. 1.

intellige, Pythagoræ, vel vt alij Thaletis, præceptorem, solutæ scriptio- nis inter Græcos ἀρχαῖον, quem Assyrium Augustinus & Tzetzes, & Ba- bylonium Eustathius perperam faciunt. Neque enim Syrius à Syriã vel ab Assyriã dictus est, sed ab insulã Syro, vnã Cycladum, in quã Laërtij ætate adhuc extabat eius ἡλιοτρόπιον. Itaque viro magno assentior qui in Eusta- thio pro Φερεκύδης ὁ Βαβυλωνίῳ scribi vult ex Strabone Φερεκύδης ὁ Βάβυϛ, id est Pherecydes Babyis filius. Is porro Pherecydes solutã quidem oratione sed poëticõ stylõ de naturã & Diis librum scripserat perobscurum, & He- racliti scriptis similem qui ratione obscuritatis Σχιστεῖνος est appellatus.

Huius libri initium in Laërtio tale est: Ζεὺς μὲν ἐν Χρόνῳ (lege Κρόνῳ) εἰ- σαεὶ, ἐν Χρόνῳ ἡ ζωὴ. Χρόνῳ δὲ ὄνομα ἐστὶν ἡ γῆ, ἐπειδὴ αὐτῇ Ζεὺς γέρας διδῶν Ἰουπίτηρ ἰλιγέρας ἰδὲ τιμὴν τρέφει. *Saturnus & Tellus semper fuerunt. Tellus autem ge dicta est, quia Iuppi- ter illi geras id est honorem tribuit.* Hinc Christianus Philosophus Hermias

in libro cui titulus *Ἐξω φιλοσόφων gentilium Philosophorum deri- sio*: Φερεκύδης μὲν ἀρχαῖος εἶπεν λέγων Ζῆνα ἐν Χρόνῳ ἐν Κρόνῳ: Ζῆνα μὲν ἢ ἀνέξα, Χρόνῳ δὲ ἢ γῆ, Κρόνῳ δὲ ἢ Χρόνῳ. Ὁ μὲν ἀνέξα δὲ ποιεῖν, ἢ δὲ γῆ δὲ πλάσσει, ὁ δὲ Χρόνῳ δὲ ἢ γῆ δὲ γινώμενα. Pherecydes principia esse dicit Ionem, & Tellurem, & Saturnum:

Et Iouem quidem esse ætherem, Tellurem autem terram, Saturnum autem tempus; Quorum æther est agens, terra patiens, & tempus id in quo omnia fiunt. Ex eõdem librõ hæc profert Clemens Alexandrinus lib. 6. Stromaton: Ζεὺς (malim Ζεὺς) ποιεῖ φάειν μέγα τε ἐν χρόνῳ, ἐν αὐτῷ ποικίλλει γῆν καὶ Ὠκεῖνον, ἐν τῷ Ὠκεῖνῳ δὲ οὐρανὸν. Iuppiter magnum facit pulchrumque pallium, quo cælum & Ogenum (id est Oceanum) & Ogeni domos varie exornat. Eõdem pertinere videtur locus ab Isidoro allatus de variõ palliõ quõ tegitur alata quercus, quamuis allegoriæ ratio non pateat satis. Ex huiusmodi nugis Theologiam suam confarcinauerat impurus Basilides, ὡς καὶ ποιητικὸν τινα ἐπινοήσασθαι ἐμβροχῆσαις tanquam poëtico quodam furore percussus, vt habet Epiphanius in hæresi Basilidianorum. Sed cum puderet Basilidianos veros dogmatum suorum authores agnoscere, finxerunt Ethnicos Philosophos hæc aliunde vsurpasse, vt eo plus fidei commentis suis adstruerent. Hinc Isidorus prophetæ scilicet Chamo tribuit, quod de alata quercu scripse- rat Pherecydes. Prout alibi dogma de geniis vel dæmonibus quos adesse volebant singulis hominibus, ne quis ab Aristotele illos hausisse obiiciat, fingit Aristotelem ex prophetis in suos libros transcripsisse.

v. Clem. Alex. l. 6. Strom.

Αεῖστέλης, in- quit) δαίμοσι κεχρηῶς πᾶσι δὲ θεοῖσι λέγει, σωμομαρτύσιν αὐτοῖς ὡς καὶ Χρό- νῳ δὲ ἐπινοήσασθαι: ποιεῖν γὰρ τὸ μέγιστον καὶ κατὰ φύσιν εἰς τὴν αὐτῶν βιβλία. Et alibi rursus: Καὶ μή τις οἰέσθαι, ὅτι φασὶ ἴδεν εἶναι ἐκλε- κτῶν, τὸ ποιεῖν ἡμῶν ἀπὸ τῶν φιλοσόφων. ὅτι γὰρ ἔστιν αὐτῶν βιβλία. Τῶν δὲ ποιεῖν σφραγισμένοι, ποιεῖν ἡμῶν τῶ μὴ (lege μὲν) ἀπὸ τῶν κατὰ φύσιν σφῶν. Nec est quod quis putet, id quod dicimus electorum esse pro- prium, iam ante dictum à Philosophis. Neque enim eorum est inuentum. Sed cum à prophetis sumpsissent, id sapienti suo tribuerunt. Sed apage fictitios

A vates nebulonis impurissimi, & vanissima commenta dare pondus idonea fumo.

CAPVT SECVNDVM.

Chus 𐤇𐤆

Eupolemi locus restitutus in quo Chus *Chum* appellatur, & idem esse dicitur qui Græcorum *Asbolus* ab Hercule interfectus. Centaurus *Asbolus* vetus scriptor ante Homerum. Chus ceteri Aethiopia, solus *Jonathan* Arabiam recte exponit. *Chusan* & *Madian* ἰσοδύναμα Hab. 3. 7. *Sephora* *Chustis* Num. 12. 1. id est *Madianitis*. Aethiopia in Arabia frustra quaeri. Σφαλμα μνημονικόν Theodoret. Job. 28. 19. ἰσπαζίος *Chus*, id est Arabica, Aegyptus à Syene vsque ad Chus Ezech. 29. 10. Syene ubi. Ezech. 30. 9. naues ex Aegypto in Chus, id est in Arabiam per mare Rubrum. *Bella Regum Chus* in Iudæos. *Philistæi* & *Arabes vicini Chusæis* 2. Par. 21. 16. *Chusæis Azotij* fidunt Es. 20. 4. Aegyptus trans flumina Chus *Sophon*. 3. 10. & Es. 18. 1. qui locus viter explicatur; Aegyptus terra cymbali orarum seu marginati, id est *Sistri*. *Sistrum* à vulgari cymbalo quid differat. *Sistrum* *Isaacorum* proprium. Aegyptus trans flumina Chus, id est Arabia, nempe flumina vel torrentes *Befor*, *Rhinocorura*, *Traianum* & *Coryn*. Aegyptus in mare mittit imagines in vasis papyraceis super aquas, id est caput *Osiridis* quod nauigio ex papyro facto diabolicè vi ex Aegypto *Byblum* quotannis deferebatur. Testes *Lucianus*, *Cyrillus*, *Procopius*. *Chusæi* iidem qui *Scenitæ* & *Saraceni*. Horum situs ex *Plinio*, *Erastothene*, *Procopio* & *Marciano*. *Scenitas* à recentioribus appellari *Saracenos*. Ratio vtriusque nominis. *Saraceni* latrones. *Saraca* vicus. *Savvarakia*. *Madianitæ* & *Ismaelitæ* *Saraceni* in paraphra. *Chald.* & apud *Augustinum*. Cur *Saracenorum* regio hodie vocetur *Hegiaz*. *Metropolis* *Medina* & *Meccha*. *Medina* Arabibus *Iathrib*: veteribus Ἰαθρίβ & Ἰαθρίπτα. *Theophanes*, *Euthymius*, *Ptolemæus* in illo nomine correcti. *Egra* vel *Arga* vrbis maritima prope *Medinam*, hodie *Algiaz*. *Iathrib* vnde dicitur. *Macoraba* *Ptol.* *Meccha rabba* id est magna. *Betius* *fluius Sapphiri*. *Meccha* & *Beccha*. *Baccha* idolum. *An Bacchus*. *Terminatio* scemina in Arab. masculinis. *Chusæi* gens valde potens, tamen despectissima. *Chuthæi* iidem qui *Chusæi*. *Chusæorum* vocatio, conuersio ad fidem, & sequuta defectio. A nomine *Chus* fit ἡσῶσῶ alchafchafa, id est migratio ad Arabismum. Cur dicitur *Ierem.* 13. *Nunquid mutabis Chusæus pellem suam*: *Chusæi* coloris subfusci. *Iudæi* *buxci*. *Chusæorum* color Arab. *achdhar*. *Nigri Arabes*. *Ereb* vespera, *Oreb* coruus. *Eremsi*. *Kedareni* à קדר Gall. *hassé*. *Nigra* v. *temoria* *Kedar*, id est vt *Kedareni* *Scenitæ*. *Kedareni* pro *Chusæis*. *Chusæos* seu *Saracenos* à multis scriptoribus vocati *Mauros*.

IN Eupolemo apud Eusebium lib. 9. præparationis superest insigne fragmentum generationum *Chami* ex *Babyloniorum* monumentis depromptum, sed in nonnullis deprauatum, quæ conabor restituere. Verba sunt:

D Βαβυλωνίους λέγειν πατρὸς ἡμέων Βῆλον, ὃν εἶ) Κέριον: ἐκ τούτου ὃ ἡμέων Βῆλον καὶ Χάμα (lege καὶ Χάμ) τὸν ὃ τὸ Χάμαδὸν ἡμῶν πατέρα τῶ Φοινίκων. Τούτου ὃ Χάμ (lege καὶ Χάμ) ὃν ἡμέων, ὃν ἑσὸ τῶ Ἑλλίωον λέγεσθαι Ἀσσο- λον, πατέρα ὃ Ἀιθίοπων, ἀδελφὸν ὃ τῶ Μεσσηίμ πατέρα (lege πατρὸς) Ἀιγυπτίων *Babylonios* dicere primum fuisse *Belum*, quem esse *Saturnum* (id est *Noam*) *Ex illò autem natos esse Belum & Chamum* (*Belum* id est *Nimrodum*, conditorem suæ gentis, quem ratione ἡμετέρων *Noæ* faciunt filium primogenitum cum fuerit tantum pronepos) *hunc autem* (*Chamum*) genuisse *Chanaanem* patrem *Phœnicum*. *Eiusdem etiam filium esse Chum* (*Chus*) *Æthiopum* patrem, quem *Græci Asbolon* dicunt, & fratrem *Metfraimi* patris *Ægyptiorum*.

E Cur *Chus* in *Chum* mutauerit *Eupolemus*, aut eum velit *Græcorum* esse *Asbolon*, non satis capio. Suspicio tamen *Χάμ* ex *Χῶ* factum, accusatiuo τῶ Χῶς [Peregina enim nomina *Græci* solent sic declinare.] Et *Χῶ* exponi Ἀσσολον, quia vt ἡ chum *Hebræis* atrum sonat, ita *Græcis* Ἀσσο-

λϞ fuliginem. De cætero mihi nullus occurrit huius nominis præter Centaurorum ducem Asbolum, quem in Centaurorum pugna interfectum Hercules crucifixisse legitur hoc adscripto epigrammate.

Tzet. Chil. 5. c. 22.

Α'σβολϞ ὄτε θεῶν ἑμέων ὄσων, ὄτ' ἀνθρώπων;
Υ'ψίμοιο κρεμάσθ' ἀπ' ὑλπέϞ κ' ἑσβύκῃς
Σύκῃ), μέγα δέπνον ἀμεθύσις κρεμάσθῃ.
*Diuorum atque hominum qui spreuerat Asbolum iras,
Pendet in excelsæ suffixus stipite pinus,
Alitibus nigris conuiuia lauta daturus.*

An hic ille est Centaurus Asbolum quem Tatianus Assyrius in oratione contra Græcos, & ex illo Eusebius lib. 10. præparat. censent in catalogo scriptorum qui Homeri ætatem præcesserunt? Nempe inter Centauros nonnulli docti fuere, vt Chiron tot heroum pædagogus, & in Ouidio Metam. l. 12. augur Astylus. Vt sit huic Asbolo commune nihil est cum Chuso Chami filio.

Alia hic sese offert maioris momenti quæstio, nimirum quæ sit terra Chus de illius nomine dicta. Chus alij Æthiopiam, alij Arabiam explicant. Priorem interpretationem præter Hebræos fere quotquot sunt, etiam Græci sequuntur, & vulgatus interpres, & Philo, & Iosephus, & Eusebius, & Hieronymus, & Eustathius in Hexaameron, & author Chronici Alexandrini, & chorus patrum vniuersus. Arabs etiam nuper editus qui hic habet אבסן Abasenorum seu Abissinorum terram, id est Æthiopiam. Posteriores è veteribus, quod sciam, solus Ionathan, in cuius paraphrasi Genes. 10. 6. pro Hebræo Chus est ארבי Arabiam. Itaque si autoritate certatur, prior interpretatio haud dubiè obrinebit; Sed rationem si consulimus, posterior erit longe præferenda. Id temere à me non dici hæc argumenta palam euincunt.

Num. 12. 14

Ioseph. Antiq. l. 2. c. 5. Hiero. de loc. Hebr. Prol. l. 6. c. 7.

Luc. 11. 31. Mat. 12. 42.

Primò Chusan [idem quod Chus, nisi quod diminutium est] & Madian Habac. 3. 7. ponuntur vt vocabula ἰσοδύναμα. Prophetæ verba sic habent: *In loco vano vidi tentoria Chusan, commota sunt aulae terra Madian.* Quale est quod Chusitis appellatur Sephora vxor Moysis quæ Madiantis erat Exod. 2. 16. 21. Porro urbem Madian in Arabiâ fuisse in maris Rubri littore ex Iosepho, & Hieronymo, & Ptolemæo constat. Chusitis igitur eò locò non est Æthiopia mulier, sed Arabica. Nisi quis aliam Æthiopiam in Arabiâ sibi fingat. Quod vnum habent quod regerant Augustinus & Theodoretus in explicatione huius loci. Sed Augustinus nititur aliis Scripturæ locis in quibus versiones Æthiopiam habent pro Hebræo Chus: Et Theodoretus lapsu memoriæ putat reginam Saba seu Sabæorum qui in Arabiâ sunt, vocari reginam Æthiopum in Lucâ vel Matthæo. Illorum enim verba sic citat: Βασιλισσα Ἀἰθίοπων ἀναστήσει, καὶ κατακείνη τὴν σφεδρὴν τῷ τῷ *regina Æthiopum surget &c.* contra omnium codicum fidem, in quibus constanter legitur Βασιλισσα Νότυ *regina Austri*, non Βασιλισσα Ἀἰθίοπων *regina Æthiopum*. Atque id ipsum habent Syrus, & Arabs, & Æthiops, & interpretes quotquot sunt. Denique nullam Æthiopum reginam Scriptura memorat præter Candacen, cui cum Sabæâ nihil commune.

A Secundò Iob. 28. 19. *פִּתְדַתְּ חֻשׁ* *pidath Chus*, non est Æthiopica topazius, sed Arabica. Neque enim Æthiopicæ topazij meminit quisquam veterum. Sed Arabica notissima est in Chiti vel Topazo maris rubri insula. Plinius: *Egrezia etiamnum topazio gloria est, suo virenti genere, & cum repta est prælatæ omnibus. Id accidit in Arabia insulâ quæ Chitis vocatur &c.* Hu-

Agathari
c. 42. Arab.
l. 16. Diod.
lib. 2. p. 12.
Isid. Orig.
lit. 6. c. 7.

ius insulæ præter Plinium meminerunt Agatharchides, Strabo, Diodorus, Isidorus, alij quos citauimus in libello de Scripturæ gemmis.

Tertium argumentum hæc Dei verba suggerunt Ezech. 29. 10. *Desolabo terram Ægypti à turri Syenes usque ad terminum Chus.* His verbis designari palam est duos Ægypti terminos oppositos. Syenem autem omnes

B sciunt esse terminum Ægypti versus Æthiopiam. Strabo de Syene; *ἡ πόλις ἢ ἡ πόλις ἢ ἡ πόλις* Illa quidem urbs est in Æthiopia & Ægypti finibus. Plinius: *Ditionis Ægyptiæ esse incipit à fine Æthiopia Syene.* Solinus: *Ditionis Ægyptiæ esse incipit à Syene in quâ fines Æthiopiae.* Hinc Iosephus Ægyptum habere dicit à meridie *ἡ πόλις ἢ ἡ πόλις* Syenam quâ ab Æthiopicis dirimitur. Et in Stephano Syene est *ἡ πόλις ἢ ἡ πόλις* urbs Ægypti & Æthiopiae, quasi inter illas ambigua. Itaque Chus Ægypti terminus Syenæ oppositus non potest esse Æthiopia. Quin Arabiam intelligi plane necesse est qua terminatur Ægypti pars ab Æthiopiâ remotissima.

l. 7. p. 817.

Plin. lib. 5.
cap. 9.
Sol. c. 31.
De bello
Iud. l. 1. c. 1.

C Capite sequenti Deus Aegypto & Aegyptiis multa interminatus ita loquitur: *Postquam immisero ignem in Ægyptum &c. In die illâ prodibunt nunciij à facie meâ nauibus ad perterrendam Chus securam.* Hoc de Arabiâ commodè potest intelligi, in quam Aegyptij nauibus per mare Rubrum saepe commeant. De Æthiopiâ nequaquam, in quam ne per Nilum quidem aduersum nauigatur propter cataractas prope Syenem.

Ezech. 30.
8. 9.

Hûc etiam non parum facit quod 2. Reg. 19. 9. Sennacheribum obsidentem Libnam oppidum in tribu Iudæ, Tirhaca rex Chus ex improviso adortus est. Neque enim Æthiopiæ rex eò se conferre potuisset, nisi subactâ prius Aegypto quæ interiacet. Idem de Zerâ iudicium altero rege Chus qui in Azam Iudææ regem duxit decies centena millia militum 2. Par. 14. 9.

D Non minus in eò est virium quod 2. Paral. 21. 16. legitur excitasse Dominus contra Ioramum animum Philistæorum & Arabum qui finitimi sunt Chusæis. Palam enim est eò locò Chusæos non posse esse Æthiopes, quia nulli Arabes Æthiopicis finitimi sunt præter solos Troglodytas, quos à Iudæis determinat Aegyptus interposita. Taceo quod Troglodytas Scriptura non vocat Arabes sed Suechos 2. Paral. 12. 3. vel quia in *סוּכּוֹת* *Suechoth*, id est in tabernaculis degunt, vel ab oppido *Suchis* quod describit Plinius in mediâ Troglodyticâ non procul ab Aduliris.

Plin. lib. 6.
cap. 29.

Sic Esaiæ 20. 4. 5. Chusæis & Aegyptiis in captiuitatem abductis *timentur Azotij & confundentur à Chus expectatione suâ, & ab Ægypto gloria tione suâ.* Nempe Azotiis in Palæstinâ subsidio esse poterant Chusæi Arabes & Aegyptij, Æthiopes non item propter Aegyptum interiectam.

Hoc potissimum quod Aegyptus describitur *trans flumina Chus* So-

E

phon. 3. 10. & Es. 18. 1. quem locum quia obscurus est, & multum torquet interpretes, & ad hanc rem maximè facit, libet obiter explicare; *Va*, inquit, *terrae cymbali orarum, quæ est trans flumina Chus, mittenti in mare imagines, idque in vasis papyraceis super aquas.* Significat Aegyptum *αἰ-νῆμα πωδῶς* pro more Prophetarum. *כנפי* alij alas, ego oras explico, quomodo *קנף* passim sumitur pro orâ & extremitate cuiusque rei, putâ terræ, fluminis, vestis, ædificij. Ergo *כנפי* *כנפי* *כנפי* *cymbalum orarum* phrasi Hebræâ cymbalum est, cuius in lateribus sunt oræ seu margins, id est sistrum. Nempe sistrum est cymbali species. Hesychius: *Σίστρα* [id est *σίστρα*] *κτύπεται ἢ κτύπεται*. Et merito vocatur *כנפי* id est *tinnulum instrumentum*, à verbo *כנף* quod *tinnire* est. Sistrum enim non minus erat tinnulum quam vulgare cymbalum, Ovidius:

Factantem Phariâ tinnula sistra manu.

De ponto l.
1. Eleg. 1.

Metaph. l.
11.
Aduers. l. 26
cap. 33.

Apuleius: *Aëreis & argenteis, imo vero aureis etiam sistris argutum tinnitum constrepentes.* Sed in eò differt sistrum à vulgari cymbalo, quo d cum rotundum fuerit cymbalum in formam acetabuli, vt probat doctissimus Turnebus ex Scribonio Largo, qui herbam *κτυλλιδόνα* scribit similia folia cymbalis habere, sistrum fuit ovali formâ cum certis oris seu marginibus ex quibus appensa tintinnabula argutum strepitum cōcussu edebant. Vide Dempsteri paralipomena ad Rosini antiquitates Romanas cap. vlt. libri secūdi. Hebraicè ergo sistrum *כנפי* *כנפי* *כנפי* *cymbalum orarum*, id est *marginatum*, dicitur *κτυλλιδόνα*, ptopter oras quas diximus. Itaque *Va terra cymbali orarum*, id est *va terra sistri*. Ex pluribus *κτυλλιδόνα*, quibus designatur Aegyptus, hoc primum est, adeoque notissimum. Nemo enim est qui sistrum nesciat esse proprium sacerdotum Isis.

Sequitur *κεῖθ' ἐν* alterum, *quæ est trans flumina Chus.* Id Aegypto quomodo competat si *Chus* sit Aethiopia? An Esaiâs in Iudæâ scribens Aegyptum trans Aethiopiam esse dixerit, cum plane contra Aethiopia Iudææ respectu sit trans Aegyptum? Omnino igitur ibi *Chus* est terra media inter Iudæam & Aegyptum, nempe Arabia Chusæa. Huius flumina sunt *Besor* in mare Mediterraneum, *Rhinocorura torrens* in lacum Sirbonidem, & *Traianus annis* in mare Rubrum ad Heroum urbem influens; Et *Corys*, è quò regem Arabum tres aquarum elices in viam deduxisse, quâ è Babylone in Aegyptum iuit Cambyfes, testatur Herodotus in Thaliâ. Trans hæc flumina dicitur esse terra sistri, seu quæ sistro in sacris vtitur, id est Aegyptus.

lib. 3. c. 9.

Tertium *κεῖθ' ἐν* hoc est, quod *in mari mittit imagines, idque in vasis papyraceis super aquas.* *כנפי* alij legatos, nos imagines vertimus, à verbo *כנף* quod est *formare*. Sic apud eundem Esaiâam cap. 45. vers. 16. *כנפי* *כנפי* sunt *fabri imaginum*. Quotannis nimirum caput Osiridis in mare iniectum diabolicâ vi ex Aegypto Byblum deferebatur septem diebus. Rem ita se habere testatur Lucianus testis *αἰθ' ἐν* in *de Syriâ Deâ*. Nec difsimilia habent Cyrillus & Procopius in Esaiâam. *Vasa* porro *papyracea* sunt Aegyptiaca nauigia quæ ex papyro fiebant. Theophrastus: *αἰθ' ἐν* *ὁ πύπυρος*

αἰθ' ἐν

A *ἰσὺς πλεῖστα χρίσιμος, ἐκ δὲ πλοῖα ποιεῖται ἡ αὐτὴ, ἐκ δὲ βίβλου ἕλαια πλέσσεται ἐκ τῆς ἰσὺς. Quæ Plinius ita reddidit: Ex ipso quidem papyro nauigia texunt, & à libro vela tegetesque.*

Ex iis quæ hæctenus à nobis disputata sunt, credo constare luce clarius Chusæos in iis locis habitasse quæ supra indicauimus, nimirum supra Aegyptum ad Rubri maris sinum intimum; in parte Arabiæ Petrææ & Fœlicis. Vnde colligere est Chusæos eosdem esse cum veterum Scenitis & Saracenis recentiorum. De Scenitis enim ita Plinius: *Vltra Pelusiacum Arabia est ad Rubrum mare pertinens, & odoriferam illam ac diuitem, & beatæ cognomine inclytam. Hæc &c. Scenitarum Atabum vocatur sterilis,*

B *præterquam ubi Syriæ confinia contingit. Et Eratosthenes apud Strabonem: Arabiam Fœlicem habent primi post Syros & Iudæos homines agricolæ. Post illos autem terra est arenosa & sterilis, palmas habens paucas, & spinam, & myricam, & aquas fossiles ut Gedrosia; Eam autem obtinent Scenitæ Arabes camelorum pastores. Et de Saracenis Procopius: Hoc autem littus*

lib. 5. c. 11.

lib. 1. Pethe.

C *[sinus Arabici circa Elanam] quamprimum Palestinæ fines transgressus eris, Saraceni obtinent qui ἐν τῷ Φοινικῶν in palmeto iam olim sedes fixerunt. Et Marcianus Heracleota: Ἐν τῇ ἀνατολῇ circa ceruicem Arabiæ Fœlicis post Arabiam Petræam habitant qui vocantur Saraceni, qui populi sunt multorum nominum & multam terram desertam occupant. Eosdem addit Palestinæ; & Persidi, id est Babylonis, & Arabiæ Petrææ & Desertæ & Fœlicis esse finitimos. Itaque ubi Scenitas Eratosthenes, ibi Saracenos ponunt Procopius & Marcianus. Saraceni nimirum à Scenitis hoc solum differunt, quod Scenitarum nomen est vetustius. Ammianus lib. 22. Scenitas prætenditur Arabes; quos Saracenos nunc appellamus. Et lib. 23. Scenitas Arabes quos Saracenos posteritas appellauit. Ptolemæus tamen videtur distinguere, Scenitas ponens in ipso aditu Arabiæ Fœlicis, & ad horum Austrum Saracenos. Sed idem alios Saracenos, saltem Saracenam regionem describit prope Aegyptum, in Arabiâ Petræâ, ubi sunt Plinij Scenitæ.*

D *Scenitæ Chusæi dicti sunt, quia in tabernaculis degebant, ut habetur Habac. 3. 7. Et Saraceni à latrociniis. Nam Arabicè σαράκα est latrocinari. Itaque horum hominum vitæ genus planè σαράκα, graphicè exprimit hoc nomen. Qui ad Saram referunt nugæ agunt. Sed nec à loco Saracâ fuisse nominatos Stephano concesserim, cuius verba sunt: Σάρακα, ἡ ἐν Ἀραβίᾳ πρὸς τὴν Ναβαταίων; & οἰκιστὴς Σαράκα. Neque enim fuit Saraca prope Nabatæos, sed in Sabæis loco à Nabatæis remotissimo. Vide Ptolemæum lib. 6. cap. 7. Scio hodieque in Arabiâ exstare vicum σαράκα Savvarakiam inter Meccham & Medinam, vel ut alij volunt, in viâ quâ itur Mecchâ Ierosolymas. Sed vicus ille obscurior est quam ut genti nomen fecerit. Neque ab eo Saraceni sed Savvarakieni dicerentur. Hoc potissimum quod Saracenos ipsi se nunquam appellant, sed à vicinis populis per contemptum sic vocitantur. Hierosolymitana Paraphrasis Gen. 37. 25. pro Ismaëlitis habet σαράκα Saracenos, neque id malè. Apparet enim ex versu 23. promiscuè vsurpari Ismaëlitæ & Madianitæ quos Chusæis accenseri probauimus ex Numer. 12. 1. & Hab. 3. 7. Itaque Madianitæ & Saracenos Au-*

Vid. Gigg.

In Num. q. 20.

gustinus pro iisdem habet. In his, inquit, locis dicitur eos persequutus Israhel, ubi Madianitæ habitant, qui nunc Saraceni appellantur. Vtut enim Chusæi, Madianitæ, Ismaëlita fuerint diuersi generis, tamen promiscuè habitauerunt, & in vnam Saracenorum nationem coaluerunt.

Auic. 1. 22.

Ea pars Arabiæ hodie vocatur *Hegiaz* à diuidendo, quomodo in A-uicennâ diaphragma vocatur *velum diuidens*: Et Ephes. 2. 14. *paries intergerinus*. Nimirum regio *Hegiaz* Petræam Arabiam à

Clim. 2. par. 5.

Fœlici dirimit, & propriè ad neutram pertinet. Nam ad Fœlicem Græci nullâ ratione referunt, cum nihil sit infelicius. *Hegiaz* diuiditur in tractû Medinensem & Mecchensem. Metropoles Medina & Meccha, infames natalibus & sepulchro Pseudoprophetæ. Medina per cõpendium dicitur pro *Medinatho-lnabi*, id est ciuitas Prophetæ. Sed vetus nomen erat *Iathreb* vel *Iathrib*. Geographus Nubiensis: *A Meccha ad Medinam, cuius nomen est Iathreb* viâ rectâ decem fere sunt stationes. Item: *Magnitudo urbis Iathreb æquat mediam partem Meccha*. Rodericus Tolet. hist. Arabum c. 1. *In villa quæ Iatrib dicitur prope Meccham erat homo Ali nomine &c. Et uxor eius Emina &c. quæ concepit & peperit filiû quem vocauit Mahomet. Et c. 2. Eum à Meccha in Iatrib fugere compulerunt*. Multi A. S. scribunt. Theophanes in Moamethicis: *Tenuit hæresis eius partes Athribi*. Et Euthymius monachus de Heraclio imperatore: *Cum per Athribum transiturus esset, iuit illi obuiam Deo exosus Moameth*. Sed rescribendum ubique *Iathribum*, id est *Iathrib*. Veteres I. d. scripserunt. Stephanus de urbibus: *Iathrippa urbs Arabiæ prope Egram*. Item: *Egra urbs Arabiæ ad Ælanitem sinum*. Egra est Arabum *Algiar* Medinæ portus ab eâ distans itinere trium dierum. Geographus Nub. *Inter Medinam & mare interest spatium trium dierum, & Algiar est portus ipsius*. Egræ meminit Plinius in oppidorum censu quæ in Arabiâ diruit Aelius Gallus. In Ptolemæo *Egra* urbs est Mediterranea. *Negran* scribunt; neque enim ibi fuit Negran, sed in Arabiâ interiore. At quæ Stephano est *Egra* & Arabibus *Algiar*, Ptolemæo est *Arga*. Illi nimirum *Arga* est urbs maritima è regione *Iathrippa*, cuius nomen perperam scriptum *Lathrippa* & *Laorippa*. Itaque corrigendus hic error tam in Græco textu quam in Tabulis. *Iathrib* est urbs terrea, nomine facta ex *thurab*, id est terra: Habet enim *mania & argeres ex humo*, id est terreat, vt legere est in Vartomano. Ad Austrum *Iathrippa* in Ptolemæo est *Macoraba*, id est *Mecca Rabba* seu *Mecca magna*, interiecto amne Betio qui hodie *Wadi-lakik* fluuius Sapphiri. *Mecca magna* dicitur vel absolute, vel *Emath magna*, id est *Antiochia*, propter alteram minorem, nempe Epiphaniam, vt censet Hieronymus. *Meccha* etiam *Beccha* dicitur apud Giggeium & alios, vel permutatis literis labialibus vt sæpe fit, vel ab idolo *Beccha* vel *Baccha* ibi culto. Euthymius in Maomethicis cap. 8. *Bançà Iouanèç*

Vbi supra. lib. 6. c. 28.

Medinam, cuius nomen est Iathreb viâ rectâ decem fere sunt stationes. Item: Magnitudo urbis Iathreb æquat mediam partem Meccha. Rodericus Tolet. hist. Arabum c. 1. In villa quæ Iatrib dicitur prope Meccham erat homo Ali nomine &c. Et uxor eius Emina &c. quæ concepit & peperit filiû quem vocauit Mahomet. Et c. 2. Eum à Meccha in Iatrib fugere compulerunt. Multi A. S. scribunt. Theophanes in Moamethicis: Tenuit hæresis eius partes Athribi. Et Euthymius monachus de Heraclio imperatore: Cum per Athribum transiturus esset, iuit illi obuiam Deo exosus Moameth. Sed rescribendum ubique Iathribum, id est Iathrib. Veteres I. d. scripserunt. Stephanus de urbibus: Iathrippa urbs Arabiæ prope Egram. Item: Egra urbs Arabiæ ad Ælanitem sinum. Egra est Arabum Algiar Medinæ portus ab eâ distans itinere trium dierum. Geographus Nub. Inter Medinam & mare interest spatium trium dierum, & Algiar est portus ipsius. Egræ meminit Plinius in oppidorum censu quæ in Arabiâ diruit Aelius Gallus. In Ptolemæo Egra urbs est Mediterranea. Negran scribunt; neque enim ibi fuit Negran, sed in Arabiâ interiore. At quæ Stephano est Egra & Arabibus Algiar, Ptolemæo est Arga. Illi nimirum Arga est urbs maritima è regione Iathrippa, cuius nomen perperam scriptum Lathrippa & Laorippa. Itaque corrigendus hic error tam in Græco textu quam in Tabulis. Iathrib est urbs terrea, nomine facta ex thurab, id est terra: Habet enim mania & argeres ex humo, id est terreat, vt legere est in Vartomano. Ad Austrum Iathrippa in Ptolemæo est Macoraba, id est Mecca Rabba seu Mecca magna, interiecto amne Betio qui hodie Wadi-lakik fluuius Sapphiri. Mecca magna dicitur vel absolute, vel Emath magna, id est Antiochia, propter alteram minorem, nempe Epiphaniam, vt censet Hieronymus. Meccha etiam Beccha dicitur apud Giggeium & alios, vel permutatis literis labialibus vt sæpe fit, vel ab idolo Beccha vel Baccha ibi culto. Euthymius in Maomethicis cap. 8. Bançà Iouanèç

Nauig. 1. 1. cap. 11.

Inter Medinam & mare interest spatium trium dierum, & Algiar est portus ipsius. Egræ meminit Plinius in oppidorum censu quæ in Arabiâ diruit Aelius Gallus. In Ptolemæo Egra urbs est Mediterranea. Negran scribunt; neque enim ibi fuit Negran, sed in Arabiâ interiore. At quæ Stephano est Egra & Arabibus Algiar, Ptolemæo est Arga. Illi nimirum Arga est urbs maritima è regione Iathrippa, cuius nomen perperam scriptum Lathrippa & Laorippa. Itaque corrigendus hic error tam in Græco textu quam in Tabulis. Iathrib est urbs terrea, nomine facta ex thurab, id est terra: Habet enim mania & argeres ex humo, id est terreat, vt legere est in Vartomano. Ad Austrum Iathrippa in Ptolemæo est Macoraba, id est Mecca Rabba seu Mecca magna, interiecto amne Betio qui hodie Wadi-lakik fluuius Sapphiri. Mecca magna dicitur vel absolute, vel Emath magna, id est Antiochia, propter alteram minorem, nempe Epiphaniam, vt censet Hieronymus. Meccha etiam Beccha dicitur apud Giggeium & alios, vel permutatis literis labialibus vt sæpe fit, vel ab idolo Beccha vel Baccha ibi culto. Euthymius in Maomethicis cap. 8. Bançà Iouanèç

Sic Mero-dac Ef. 39. 1. Berodac 2. Reg. 20. 12.

Mecca magna dicitur vel absolute, vel Emath magna, id est Antiochia, propter alteram minorem, nempe Epiphaniam, vt censet Hieronymus. Meccha etiam Beccha dicitur apud Giggeium & alios, vel permutatis literis labialibus vt sæpe fit, vel ab idolo Beccha vel Baccha ibi culto. Euthymius in Maomethicis cap. 8. Bançà Iouanèç

& בתון מתון

Mecca magna dicitur vel absolute, vel Emath magna, id est Antiochia, propter alteram minorem, nempe Epiphaniam, vt censet Hieronymus. Meccha etiam Beccha dicitur apud Giggeium & alios, vel permutatis literis labialibus vt sæpe fit, vel ab idolo Beccha vel Baccha ibi culto. Euthymius in Maomethicis cap. 8. Bançà Iouanèç

A λούμενον εἶδωλον, ὅπερ ἀλλ' εἰς παροικίαν καὶ ἀποικίαν ὀνομάζει, τὴν ἀθλίαν βαρβάρων παροικίαν ἐκέλευσε *Idolum Baccha* ἴσμακ' ἐχ' *dictum quod ipse nomen observationis appellat, miseros barbaros adorare iussit.* An Baccha idem qui Bacchus, Deus Arabum quem alij Οὐροπαλ *V rotal*, alij Δυσφρω *Dysa-* Herod. Hefych. *rem* appellarunt? Nil quicquam obstat in הכה *Baccha* fœminina terminatio. Nam & Hebræum כהלת *kohleth*, id est Ecclesiastes, & Arabicum كهلن *chalipha*, id est imperator, sunt fœmininæ terminationis. Et Arabes asserunt id pertinere ad dignitatem. Quid quod Orpheus Hymno in Mysen Bacchum appellat

--- ἀρρητόν ἀφασίαν,

B Ἀρρητόν ἐστὶν ἀφασίαν, διφυσὴν λούσον Ἰάκχον.
Quia Bacchus credebatur esse vtriusque sexûs.

Sed vt redeam ad *Chusæos* seu Saracenos, gentem iam olim fuisse præpotentem inde constat quod ex eâ sub rege Zarâ armatorum prodierint decies centena millia 2. Par. 14. 9. Vt de Tirhaka taceam qui Sennacheribi copias vltro laceffere ausus est 2. Reg. 19. 9. Merito igitur Nahum. 3. 9. כוש כוש *Chus valida* deprædicatur. Tamen in summo contemptu fuisse apud pios probant hæc Amos 9. 7. *Nonne ut filij Chusæorum vos mihi estis, filij Israël, dicit Dominus?* id est vilissimi & abiectissimi. Vnde est quod

C κατ' ἔθνησιν ἡ γυναῖκα Μωϋσέως Μαρία & Ἀαρὼν Χουσίτιμ πλείονα Μαδιανίτιμ ἐκάλουν Num. 12. 1. Atque id ipsum Iudæi sibi volunt, cum Cuthæorum nomine traducunt Samaritanos. Cuthæos enim probauimus eosdem esse cum Chusæis. Interim horum etiam vocatio disertis verbis prædicatur Ps. 68. 32. & 87. 4. Atque id demum impletum est cum Saracenorum regina Mauvia & rex Alamundarus, illa Valentiniano, hic Anastasio imperantibus, cum magnâ parte gentis Christianam fidem amplexi sunt. Sed haud multo post, sub Heraclio, sequuta est horribilis defectio incentore Mahumetho.

Memoria nominis כוש *Chus* apud Arabes plane periit. Tamen hodieque vsurpant nomen כשכש *chaschasa* inde deductum geminatis radicalibus.

D Quomodo ex Hebræo חיל *chul* deriuatur חלחל *chalcala*. Illis scilicet חשכשכש *alchafchasa* est migratio ad Arabismum, quâ peregrinus in illam gentem inseritur & adoptatur. Ita explicatur in Giggeio. Itaque vt חיהרים *Mithjehudim* seu חיהרים *Esth. 8. 7. 11.* sunt qui ex Ethnicismo transeunt ad Iudaismum; ita plane חשכשכש *chushushush* sunt qui ex aliâ gente ad Arabum regionem & mores se transferunt.

Vnum habent quod opponant qui volunt nomine כוש *Chus* Æthiopes significari, nempe Ieremiæ ἐπιφώνημα cap. 13. vers. 23. *Nunquid mutabit כוש *Chusæus* cutem suam, aut pardus maculas suas?* Quod conferunt cum adagiis veterum, Ἀφροίτα σμήχης & Ἀφροίτα σμήχην ἐπιχρῶσθαι, & Ἀφροίτα λουκῆν *ve*), vt probent de iisdem populis vtrouque rem esse. Sed eò argumento parum nitetur quisquis ueros Chusæos, id est Saracenos, de facie nouerit. Vt enim Saraceni non sint omnino nigri, nigricantes tamen sunt & coloris subfasci. De Iudæis dicitur in Glossa Misnæ tractatu Sanhedrin fol. 18.

1. חן כוש כוש לא שחור ולא לבני. *sunt ut buxus nec nigri nec albi.* Cu-

ius coloris ratione *ἐκαστος* Chærephon Philosophus, & vocabatur *πύξις* *luxens* propter faciem subliuidam. Et Maximinæ vetulæ dentes bu-
 xeo concolores Martialis ita deridet

Schol. A-
 ristoph. in
 Nub. Act.
 1. Scena 6.
 l. 2. epigr.
 41.

*Et tres sunt tibi Maximina dentes
 Sed plane piceique buxeique.*

Nauigat.
 l. 1. cap. 8.

Is si fuit color Iudæis, Saracenos credibile est vicinioris syderis vaporem
 inficere multo magis. Sed nihil opus argumentis, cum habeamus testes

his verbis: *Staturâ sunt despicabili paruaque, color est inter fuluum & ni-*

grum. Hunc colorem ipsi Arabes *achdhar* vocant, & nocti tribuunt.

Giggeius: *nigra valde fuit nox vel obscura*: *Mauri Ara-*

bes: qui am Arabes nigri. Hi sunt illi Arabes de quibus historia

Saracenicæ lib. 1. cap. 5. pag. 41. vbi Abubecrus ex Ægypto eiecisse legitur

Harithæos qui sunt *Nigris Arabum*. Itaque non de ni-

hilo est quod *Arabi* Arabs, *ereb* vespera, & *oreb* cor-

uus sunt ab eadem radice. Nec defunt qui Arabas ab Homero *Ἐρεβικός* dici

volunt, quasi *Ἐρεβικός* vel *Ἐρεβικός* id est nigros. Vide Strabonem & ma-

gnum Etymologicum. Tamen verosimilius est tam Erembos quam Ara-

bes fieri ab Hebræo *ערב* id est *Arabia*, quod promiscue legitur *Arab*

vel *Ereb* vt patet conferenti loca 1. Reg. 10. 15. & 2. Chron. 9. 14. Ergo

Arabes ab *Arab*; & ab *Ereb* Erembi dicti inserto *μ* epenthetico. Similis

origo nominis *Kedar*, à quò *Kedareni* Arabes, (*Cedrei* Plinio, & Vra-

nio *Kedegoi*) qui pars erant Saracenorum. Nam Hebraicè verbum *קדר* si-

gnificat obtenebrare, & nigrorem contrahere proprie à Sole. Vnde Iobi

querela cap. 30. vers. 28. *קדר אטר הלכתי בלא שמש* *ater ambulavi etiam sine Sole*, id

est etiam si Sol me non infuscauerit, tamen mceror quo conficior me to-

tum decolorauit. *Kedar* igitur id ipsum quod Gallis *haslé*, qui Solis ardore

Plin. 5. 11.
 Apud Ste-
 phan.

Cant. 1. 5.

Ad A. 716.
 s. 17.

Ad A. 217.
 s. 17.

Ad A. 770.
 s. 32.

Ad A. 807.
 s. 4.

ipsona verbis in Cantico Solomonis, *Nigra sum &c. vt tentoria Kedar*, id

est iuxta Chaldaï interpretem *קדר בשכני דכוש דשרין במשכני קדר* *vt filij Chus qui ha-*

bitant in tentoriis Kedar. Vbi rursus id notandum, filios Chus & Kedare-

nos promiscuè vsurpari. Ex his constat plus satis Saracenis apprimè conue-

nire hæc Ieremiæ; *An mutabit Chusæus pellem suam?* Tamen ferri potest

versio Gallica quæ habet; *Le More changera-il sa peau?* Quippe etiam

Saracenis Maurorum nomen tribuunt Historici recentiores, imprimis qui

scripserunt res à Saracenis gestas circa tempora Caroli Magni. Lucas Tu-

densis in Chronicò apud Baronium: *Post hæc Mauri [Saraceni] totam fere*

Hispaniam atque Provinciam Burgundiam & Pictauium ferrò flammâque

attritas suo dominio manciparunt. Item: Froilanus Maurorum ducem Gal-

leciam innadentem vicit gloriosâ victoriâ, casis ex Saracenis quinquagin-

ta quatuor millibus. Item: Aurelius infamem illam conditionem subire non

rexit, vt numerum quendam Christianarum virginum loci tributi quotannis

Maurorum regi solueret &c. & decretum vt nobiles Hispaniæ mulieres ma-

trimonio iungerentur cum Saracenis. Item Anonymus author sui temporis

scribens Annales à quibus Regino & alij: Hoc eodem anno aduersus Mauros

A Carolus duce Burchardo classe immiffa in Sardinia atque Corficâ aduersus eos pugnavit, atque iterum profligavit, qui iidem Saraceni & aliis in locis pugnando tulere posteriores. Plura vide de Chufæis in Paradiso nostro.

CAPVT TERTIVM.

Filij Chus.

Ex veterum fententiâ filij Chus in Africâ, Iosephi hallucinationes. Eorum ftrum Hieronymus profiteretur fe ignorare, Chaldeus etiam & Arabs interpretes in meris tenebris verfantur. In vtroque multa explicata. *Phacufa* vnde dida. Lentis Pelufiaca. Omnes Chufi filios præter Nimrodum habitant circa mare Perficum.

B C Hufi filij ſex *Seba*, *Chauila*, *Sabta*, *Rhegma*, *Sabteca*, & *Nimrod*; & ex *Rhegma* nepotes duo *Sçeba* & *Dedan* à Moſe recensentur. Horum plerique veteres cum in Africâ ſedes quaſiuerunt, toto cœlo aberrarunt. Ex vtroque *Sçeba* *Sabæos* Iosephus indifcriminatim deducit, id eſt Meroitanos; Quippe Meroës nomen vetus aſſerit fuiſſe Saba. Tamen de thuriferâ *Sabæâ* intelligit Hieronymus. Cur iidem ex *Chauila* Getulos, & ex *Sabatha* *Aſtabarros* deriuarint, non puto aliam habuiſſe rationem quam alluſionem nominum, quæ tamen eſt valde remota. Pro *Rhegma* & *Sabteca* Iosephus *Rhomum* & *Sabactam* ſcribit, & patres facit *Rhomæorum* & *Sabactenorum* qui populi nuſquam ſunt. Maluit Hieronymus ignorantiam ingenuè profiteri. *Rhegma*, inquit, & *Sabathaca* paulatim antiqua vocabula perdiſere, & quæ nunc pro veteribus habeant ignoratur. *Dedan*is item poſteros vterque locat in Occidentali plagâ *Aethiopiæ*. Sed pro *Dedanæ* & *Dedanæis* *Iudam* & *Iudæos* perperam ſcripſit Iosephus.

C Arabs nuperæ editionis à nominibus filiorum *Chus* ſolum *Seba* & *Nimrod* inuariata retinet, cætera mutat pro libidine. *Hauila* in חוילא *Zauila* propter ſoni vicinitatem: *Sabta* in סבתא *Zogaua*: *Kaama* aut *Rhegma* in קאמא *Alphacu*: *Sabtheca* in סבתא *Addams* vel *Aldams*: *Sçeba* & *Dedan* in סעבא *Aſſind* vel *Aſind* & אלחנד *Alhind*, id eſt *Indiam* & *Sindiam* quæ eſt in orâ *Indiæ*. Reliqua vel ſunt *Ægypti*, vel prope *Ægyptum*. *Zauila* & *Zogaua* ſunt *Marmaricæ* loca, *Ptolemæo* *Zagylis* & *Zygu*. De *Zauilâ* ſæpe meminit *Geographus Nubiensis* clim. 2. & 3. part. 3. *Alphacu*, *Giggeio* & *Guill. Tyrio* פאקוס *Phacus* *Ptolemæo* *Phacufa*, *Straboni* *Phacufa*, *Stephano* *Phacuffa*, *Athanaſio* *Phacufa*, vrbis in *Ægypto* fuit *Arabie* *Nomi* metropolis, Ad *Bubaſticum* ſeu *Pelufiacum* *Nili* alueum, à quâ fuit initium *ſoffæ* à *Nilo* ad mare *Rubrum* ductæ. *Aldams* *Nubiensi* *Geographo* דמס *Damaſis* eſt *Ægypti* vrbis in *Delta* ad præcipuum *Nili* alueum.

D Obiter nota *Phacufa* ad *Pelufiacum* *Nili* alueum nomen eſſe à lente, quæ *Græcis* φαυς aut φαυ: Quia lens in iis locis copioſa & in precio. *Virgilius* lib. 1. *Georg.*

E Nec *Pelufiaca* curam aſpernabere lentis.

Ad quem locum *Seruius*: *Pelufium*, vnum eſt de ſeptem oſtiis *Nili*, ubi optima lens naſcitur, vnde *Ἰσχυρὸς* locutus eſt. *Martialis* lib. 13. ep. 9.

Accipe Niliacam Pelusia munera lentem.
Ausonius Idyll. 12.

Et Pelusiaco de semine plana teres lens.

Planam & teretem dicit, quia duo genera eius in Ægypto, alterum rotundum nigriusque, alterum suâ figurâ; Plin. lib. 18. cap. 12. Inde Alexandrini σω-
τροί & φαλίνα βρώμα. lente plurimum uescebantur: Et tota urbs πλήρης φα-
λίνας plena lenteorum, teste Cynulco apud Athenæum lib. 4.

E Chaldæis Jonathan Chauilæ assignat הַיְנֻקִּי Indiam, Rheginæ modò
לִבְנֵי Libes, modò מִוִּישׁוֹן Mauritanos, Sabteçæ זִינְגִיטָא Zingitas, Sçebæ
זְמֵרָא Smaragdum montem in Ichthyophagis, Dedani מִזְגֵּי Mazaces vel
Mazices populos Mauritanix. Qui sint סִינִירָא Siniræi pro Seba, & סִבְדָּא
Sibdæi pro Sabatha diuinare non possum. Nam de Armeniæ Sinerâ vel Si-
noriâ, & Sibdâ oppidò prope Halycarnassum illum non puto cogitasse.
Sed quicquid habuerit in animo, nostrâ nil refert, cum appareat illum in
meristenebris hîc versari. Itaq; his relictis, nos asserimus omnes Chusi filios,
quos hîc nominat Moses, habitasse circa mare Persicum, præter Nimro-
dum quem Babylonem migrasse testatur Moses. Liber singula describere
initio factò à Sabtheca omnium remotissimo, ideoque minus noto.

CAPVT QVARTVM.

Sabtheca סַבְתֵּכָא

M & B in Oriente maximè permutabiles. Exempla multa. Sabtheca vel Sabithace, Gr. Sa-
mydace Carmanix urbs. Samydacus Fl. Ptolemæus emendatus. Carmania quam ferax, præcipuè
vitibus unde nomen. Ex Arabiâ in Carmaniam facilis nauigatio. Fretum in medio quam sit
angustum.

IN Arabiâ & vicinis locis literę M & B sunt maximè permutabiles. Hinc
in libris Regum idem vocatur Merodac-Baladan, & Berodac-Baladan.
In Chaldæo Paraphraste Bafan redditur בַּחְנָן Bathnan, & מַתְחָן Mathnan:
Et אַמְנָא Abana Damasci amnis exponitur אַמְנָא Amana. Et Arabibus
بَغْدَاد & مَغْدَاد Magdad; مَكَّة Meccha & بَعَّة Becca: מֵרְבַּת Merbat &
בֵּרְבַּת Berbat eadem urbes: Et Smaragdus modò זְמֵרָא Zamargiad scribi-
tur; modò זְבֵרָא Zabargiad. Et Græcis interpretibus Libna est Lemna;
Sobna, Somnai: Iabne, Iannia. Et genus serpentis ἀμφίβεννα amphibena
in Hesychio λέγεται ἐν τῷ Μαμφίσημα. etiam per M dicitur amphismena.
Hæc præfari necesse habui, ne cui videatur insolens quod Sabtheca vel Sa-
bithace mutetur in Σαμυδάκω Samydacen. Samydace Stephano est urbs
Carmanix cuius gentile Σαμυδάκωος. Eandem cum cognomine fluuiò Sa-
mydaco describit Marcianus Heracleota ad sinum Paragonem in Carma-
niæ Chelonophagis. Vbi & Ptolemæus, sed deprauatâ Scripturâ. Nam in
Græco textu pro urbe Samydace legitur Samycade, & Samydochus fluuius, vel
Samyraces etiam pro Samydaco.

Marcian.
p. 11. c. 31.
Steph. in
Σαμυδάκω.
Ptol. l. 6. c. 8

Carmanix pars vna deserta est, altera ad quam Sabthecam putamus ap-
pulisse, vbi Samydace urbs & Samydacus fluuius, omnium arborum est fe-
rax præter oleam. Auro etiam & argento diues esse traditur, & ære, & ar-

A fenico, & minio, & sale, & frugibus Perficarum æmulis. Sed Carmaniam nihil tantopere commendat quam portentosa vitium vbertas, quarum vne solent esse bicubitales, grandibus acinis ac densis. Ita habetur in Strabone: *Γεώργια δ' ἔχει καθ' ἁπλόσια τῆς Περσικῆς, ἅτε ἄλλα καὶ ἀμπέλον, τῶν δ' ἡ Καρμανία λεγόμενη παρ' ἡμῶν, καὶ διπλήν ἔχει πλάκας τ' βοῦν, πυκνὰ ῥάνα τε ὄντα καὶ μεγαλόρρανα, καὶ εἰς ἑκὼν ἀπερὶ ἑστέραν ἔστι.* Et in Indicis Arriani: *ὁρμύζον* δ' ἐν Βαδελώρῳ τ' Καρμανίης οἰκούμενῳ, δένδρεά τε πολλὰ ἡμεῖς πεφυκῶτα ἔχουσι, πλὴν ἐλαίης, καὶ ἀμπέλους ἀγαθῆς. Et Plinius lib. 6. cap. 3. vbi de Carmaniâ: *Inde vineas coli Carua, &c.* Ab hac vitium copiâ & præstantiâ *Carman* id est Carmania videtur dicta. Chaldæis enim & Syris *carma* est vitis. Arabes scribunt *carama*, Hebræi *cerem*.

B In Carmaniam ex Arabiâ, vnde oriundus erat Sabtheca, nauigatio est facillima; Perfici enim maris intermedij ostia adhibentur esse angusta, vt ex Harmaxonta Carmaniæ promontorio contra oppositum aliud promontorium, quod appellant incolæ *Maces*, sine impedimento cernatur. Ita Ammianus lib. 23. Quibus consona hæc Eratosthenis de eodem mari apud Strabonem lib. 16. *ὁ μὲν εἶμα φησὶν ἔστιν ἕνον ὄπως ὡστ' ἔξ Ἀρμύζοντος τῆς Καρμανίας ἀκρωτηρίου τ' Ἀραβίας ἀφορᾷ* δ' ἐν Μάκχῃς. Tamen idem Strabo lib. 15. hoc ipsum ostium tradit esse *μῆζον* *ἡμερησίῳ* maius quam vt uno die transfretari possit. Diei nauigatio fere centum est miliarium.

CAPVT QVINTVM.

Rhegma *ραγμα*

Rhegma vrbs & sinus Arab. in mari Persico. De quibus Ptolemæus, Stephanus, & Ezechiel 27. 22. Veterum & recentiorum *εῤαγματα* in illius situ.

D **I**nspecte Ptolemæi tabulas: supra ostium Persici maris & sinum Ichthyophagorum, statim occurret vrbs *Rhegama*. Sed rescribendum est *Rhegma*, vt in Græco textu habetur: *Εἰς τὰ Ναρφάκωρ Ρῆγμα πόλις* postea *Naritarum Rhegma ciuitas*. Et in Stephano de vrbibus: *Ρῆγμα πόλις &c.* καὶ ἰχθυόφωρ *Ρῆγμα* καὶ τ' Περσικὸν ἰχθυόφωρ *Rhegma vrbs &c.* *Rhegma sinus circa Persicum sinum*. De hac vrbe sic Ezechiel cap. 27. vers. 22. *Mercatores Seba & Rhegma mercatores tui fuerunt, præstantissimo quoque aromate, & omni lapide pretioso, & auro locupletarunt nundinas tuas.* Pro *Rhegma* *ραγμα* in Hieronymo est *Raama*, in vulgata *Reema*, in Græca editione *Rhamma*, sed in Theodoro melius *Ρῆγμα Rhegma*. Nam conditoris nomen, quod Hebraicè scribitur iisdem plane literis Gen. 10. 7. veteres omnes constanter efferunt *Rhegma*. Itaque etiam in hoc nomine vt in *Gazâ* & *Gomorrhâ* v *Ajin* idem sonat quod *G. Rhegma* siue *Raama* fatetur Hieronymus se nescire quæ regio sit. Theodoretus putat gentem esse Indiæ vel Æthiopiæ. Vilalpandus Sabæorum esse epithetum, quò nihil alienius fingi potuit. Sed verus illius situs iam patet ex Ptolemæo & Stephano. De aromatibus & auro inde exportatis alibi dicitur.

lib. 6. c. 7.

CAPVT SEXTVM.

Dedan 177

Dedan non procul à Rhegma, hodie Daden. Eius situs. Inde Daden regio. De eâ Ezech. 27. 15. Alia Dedan vrbs Idumæ quam condidit Dedan Abrahæ nepos, Ezechiel de vtraque. Pro Dedan Græcos legisse Rhodon perperam. Ea de re Vilalpandi error.

IN eodem littore prope Rhegma ad Orientem fuit vrbs *Dedan*, hodie *Daden*. Hanc describunt Ortelius & alij recentiores, medio fere spatio inter fretum Baforæ, id est ostium maris Persici, & Omanorum fluuium *Om*, qui *Lar* est Ptolemæi, & *Phalg* Geographi Nubiensis. Ab hac vrbe, *Daden* dicitur etiam vicina regio. Odoardus Barboza in descriptione regni Ormuz: *Auanti nella detta costa è vn'altra terra nominata Dadena &c.* Ea videtur esse *Dedan* quam condidit Dedan Rhegmae filius Gen. 10. 7. Quò pertinent hæc Ezechielis cap. 27. vers. 15. *Filij Dedan institores tui, insula multa negotiatio manus tuæ, cornua eboris & ebum permutarunt pretio tuo.* Neque enim iis assentior quibus hæc Dedan eadem est cum Dedan vrbe Idumæ mediterraneâ de quâ Jerem. 25. 23. & 49. 7. cuius incolæ *Dedanim* Es. 21. 13. & conditor Dedan alius Abrahæ nepos Gen. 25. 3. Omnino agit Ezechiel de vrbe maritimâ, quæ vicinas habuit multas insulas, vnde in Indiam commoda fuit nauigatio. In Indicis quippe mercibus sunt ebur & ebum, quas merces cum Tyriis precio commutasse dicit tam Dedanos quàm vicinos iusulares. Dadenæ quam diximus omnia conueniunt. Illi enim adiacent multæ insulæ, & vicinum est ostium maris Persici à quo India proximè abest. Taceo Rhegmae viciniam quam Rhegma condidit pater Dedan. Et Sçebam fratrem mox docebimus in propinquo habitasse. Proinde idem Propheta cap. 38. vers. 13. *Sçeba & Dedanem iungit vt loca non remota. Sçeba, inquit, & Dedan, & mercatores Tharsis &c.* Hoc præcipuum quod ne Dedan Persici maris cum Idumaicâ confundatur, vtramque memorat Ezechiel in eodem capite 27. Illam versu 15. quem citauimus, cuius merces ebur & ebum: Alteram versu 20. quæ, pro nobilibus illis cimeliis, nihil aliud Tyrum mittebat quam *segestria*.

Pro filiis Dedan Græci habent *ῥοδίων* filij *Rhodiorum*, quia pro 177 legerunt 177 *Rhedan* vel *Rhodon*, vt rectè monet Hieronymus, qui frequentissimus est error propter similitudinem literarum *Res* & *Daleth*. Sic statim sequenti versu pro 177 *Chodchod* legerunt *Χορχορ* *Chorchor*. Vilalpandus tamen vt Græcos ab hoc errore excuset, sibi fingit Rhodi priscum nomen fuisse Dedan, quod processu temporis in *Rhedan* vel *Rhodum* mutatum fuerit. Meræ nugæ. Nam vt cætera taceam, Tyrios nemo dixerit è Rhodiis comparasse ebur & ebum, cum ad loca vnde aduehuntur Tyriis quam Rhodiis multo liberior fuerit accessus, quia Phœnices habuere portus ad mare Rubrum, vnde in vltimam Africam & in Indiam nauigabant.

CAPVT SEPTIMVM.

De שב Seba vel Saba filio Rhegma.

Sebi & Sabai vox valde homonyma; Sabai Melx prope ostium maris Persici, Ibid, montes *Sabo, Afabo* vel *Pasabo*. In Carmania *Sabis* vrbs & Fl. & *Saba* populi. Mahomet Dramku Sabzus ante A. fere 700. Armuzam condidit. Scripturæ loca de his Sabæis.

DE Homonymiâ nominis Seba vel Sabæorum libro secundo egimus, & de Sabæis ad mare Rubrum filiis Iectan, qui fuerunt omnium longè celeberrimi. Iam alij illi Sabæi ex stirpe Chusi, quorum hîc Scriptura meminit, vbi locorum sedes fixerint conabimur hîc aperire. Sabæos dicit Pomponius Arabiæ Fœlicis tenere *partem ostio maris Persici proximam* & *lib. 3, cap 8* *Carmanis*. Et in illo ipso ostio Carmanis proximo recenset Arrianus in Periplo ὄρη μέγιστα λεγόμενα Σαβῶ *montes maximos Sabo dictos*, tanquam à Sabâ. Ptolemæus scribit *Afabo*, & Marcianus *Pasabo*. Sed utrobique manent vestigia nominis Sabæ.

Hos Sabæos vt putem patrem habuisse שב *Sabam* Rhegmæ filium & fratrem Dedanis, facit locorum vicinia. Nam vrbs *Dedan*, hodie *Daden*, proximè abest ab illo freto, & prope Dedan erat Rhegma.

C Eisdem verissimile est per freti angustias traiecisse in vicinam Carmaniam, in quâ *Sabin* urbem describit Ptolemæus, Plinius *Sabin* fluuium, Dionysius Periegetes *Sabas* populos vicinos Pafargadis.

Πρωτὰ Σάβου, μὲν τὸς ὃ Παργαδάς.

D Sic ante annos circiter sexcentos vel septingentos ex Sabæ Regum profapia oriundus Mahomet Dramku in Carmaniæ continentem & adiacentes insulas traduxit magnam Sabæorum manum, & in insulâ Vorochâ Armuzam urbem condidit: Illi Armuzæ cognominem quam in continente proximo describunt Geographi veteres. Ita refertur in Chronico Regum Armuziæ, quod Persica lingua scripsit Armuziæ rex Torunxa, & Hispanica reddidit Petrus Teixeira.

E Quod prope omiseram, de hoc שב videtur agi in illis Scripturæ locis in quibus cum שב *Seba* per *Sin* iungitur שב *Seba* per *Samech*, aut *Rhegma*, aut *Dedan*, aut quis alius de stirpe Chus. Sic Ps. 72. 10. *Reges Seba* (per *Sin*) & *Seba* (per *Samech*) *donum offerent*; Et Ezech. 27. 22. *Mercatores Seba & Rhegma mercatores tui fuerunt*. Et Ezech. 38. 13. *Sçeba, & Dedan, & mercatores Tharsis*. Eodem & hæc refero Ezech. 27. 23. *Charan, & Canne, & Eden, mercatores Sçebæ, Assur & Chelmad negotiatrix tua*. Nam ibi de Sabæis agi Persici maris inde colligo, quod in vnum fasciculum compinguntur cum Tigris & Euphratis accolis, qui in mare Persicum exeunt.

De altero Seba filio Chus.

Hebr. סבא per Samech.

Om, Oman, Lar, Phalg, Seba pater Iemamitarum. Horum regia Hagiar seu Petra, Plinio Omanorum Petra Sabe non Batrafabe. Hi Sabæi proceri valde, Locus Esaiæ ex Agatharchide explicatus. Vir mensuræ, id est procerus. Chaldaus Esaiæ interpretis hanc phrasim non intellexit. In horum nomen videntur concessisse Gethæi. Gethæorum opulentia. Nomen vnde.

Clim. 7. part. 6.

Manitis, quorum sedes est circa Om amnem, qui Lar est Ptolemæi & Phalg Arabum, ad Caurum confines esse Iemamitas Nubiensis docet his verbis: Terra Oman ex parte Occidentali declinando ad Septentrionem confinis est terra Iemama. Hi genus suum referunt ad Sebam Chusi filium, cuius nomen scriptum per Samech. Alcamus apud Giggeium: סבא Seba vir quidam qui tribus femamiticis collegit, id est qui gentem condidit. Iemamitæ tamen dicuntur pro Sabæis à reginâ quadam Iemamâ in illis locis celeberrimâ. Horum vrbs regia חגיא Hagiar, id est Petra, dicebatur. Geographus ibidem: Terra Oman &c. confinis est terra Iemama, è cuius urbibus est Hagiar modo diruta, quam tamen antea regina femama ætatis suæ tempore inhabitabat. Hæc Petra fortè est Omanorum Petra Sabe de quâ Plinius. Videtur enim ita legendum, non vt vulgo Batrafabe. Sic Petra dicatur vt Arabicè Hagiar à situ, & Sabe ex conditoris nomine, quomodo dux Sabæorum vrbes non procul à mari Rubro.

Plin. lib. 6. cap. 23.

cap. 50.

Quod de Sabæis in genere dixit Agatharchides: τὰ σώματα ὅσων ἄνδρῶν καὶ τῶν ἀξιολογώτερον corpora eorum qui terram illam incolunt sunt spectabiliora, ad hos maximè pertinere docent hæc Esaiæ verba de Sabæis per Samech, quorum pater Chusi filius: סבאי סבאי Sabæi viri mensuræ, id est proceri. LXX rectè ἄνδρες ὑψηλοί, & Vulgata viri sublimes; Et R. Selomo viri קומה גובה elati statura, & Kimchius, & Aben-Ezra, viri mensuræ, sup. magnæ. Quâ eadem phrasi Chananæi dicuntur סבאי viri mensurarum Num. 13. 32. Græcè ἄνδρες ὑπερμέγαις. Et Gethæus gigas אשׁ מדה vel אשׁ מדה vir mensuræ, Græcè ἀνὴρ ὑπερμέγαις 2. Sam. 21. 20. & 1. Chron. 20. 6. & magna domus בית מדה domus mensurarum Ierem. 22. 14. Vt mirum sit in hunc lapidem imegisse Chaldaum interpretem, qui in Esaiæ loco de Sabæis quem citauimus viros mensuræ accepit pro סבאי viris negotiationis, id est negotiatoribus. Quales quidem fuisse Sabæos non diffitemur. Sed Propheta aliud voluit.

1 i. 6. p. 765.

Hi Sabæi veteribus ideo parum noti, quia illorum nomen aboleuerunt Γερραῖοι ex Babyloniâ aduenæ, de quibus Strabo: ἐν βαθύ κρήνη καὶ πόλις Γερραῖα Χαλδαίων φυγάδων ἐκ Βαβυλωνίας. In profundo sinu iacet vrbs Gerrha Chaldaeorum è Babylone exulum. Item: πεζέμποροι δ' εἰσὶν Ἰερραῖοι πλέον, ἧς Ἀραβίων φορτίων καὶ ἀρωματικῶν Gerrhæi negotiatione fere terrestri distrahunt Arabum merces ἴσχυρα. Item: Ἀεισέγγυος ὁ τρυφῶν φασὶν τοὺς Γερραῖους τὰ πολλὰ σχεδὺς εἰς τὴν Βαβυλωνίαν ἐμπορεύεσθαι, οὐκ εἶναι δ' εὐ-

A
A
B
C
D
E

A *φρατή τὰ φορτία ἀναπλῆν εἰς Θάλασσαν, εἶτα πῆξῃ κρημίζεσθαι πῦρτι* Contra ait Aristobulus Gerrhæos frequentius ratibus in Babyloniam mercatum proficisci, atque inde per Euphratem merces Thapsacum nauigare, postea quolibet itinere terrestri ferri. Et Agatharchides: *οὐδὲν ἴσθι ὑπορώτερον Σαβαίων καὶ Γερρῶων ἔστι δούκῃ ἡλύθῃ. ἴσθι πολὺ χρυσὸν πλὴν Πτολεμαῖος Συρίαν πεποιήκασι, ἴσθι τῆ Φοινίκων φιλαργία καὶ τασιθιά γασί λυσιτελεῖς ἐμ. τοείας* Nullū hominum genus Sabæis & Gerrhæis opulentiū esse videtur. Hi auro locupletarunt Ptolemæi Syriam. Hi Phœnicum sedulitati lucrosissimas negotiationes dederunt. Polybius apud Suidam: *Κυρωθείσης ἡ τῆ ἐλθροείας τοῖς Γερρῶις, ἐστὲ φάραξ καὶ ἀρχη- μα τῆ Αἰγυπτίου τῆ βασιλείας πεντακισίοις ἀργύρις ταλάρις, χαλκοῖς ἢ λιθόδρομοις καὶ ἄλλοις τῆ λεγομένης φακῆ* Confirmatā autem libertate Geræis, coronarunt (remunerati sunt) illicō regem Antiochum quingentis argenti, mille thuris, & ducentis stactes quæ dicitur talentis. De Gerrhæorum opulentiā plura vide apud Agatharchidem, & Strabonem; & Diodorum qui Agatharchidis locum sic citat, vt solis Sabæis tribuat quidquid ille coniunctim Gerrhæis & Sabæis. Pro Gerrhæis Ptolemæus & Polybius simplici R *Gerhæos* scribunt, quod propius accedit ad Hebræum *גרימ* gerim & Chaldaicum *גרימ* geraja: quomodo vocant aduenas quales erant illi Geræi.

cap. 50.

In φακτῆ.

Agath. vbi supra. Stra. l. 6. p. 778. Diod. l. 3. pag. 126.

CAPVT NONVM.

De *שב* Seba nepote Abrahami.

Seba nepos Abraham habitauit prope Nabatæos in ipso aditu Arabiæ Fœlicis. De eō locus Strabonis ab interprete perperam acceptus. Inde Sabæi in Iobi greges irruunt. Plura de illorum situ & latrociniis.

D *Præter duos illos Sebas vnum filium alterum nepotem Chusi, est & tertius Abrahami nepos, & quartus filius Ioktan. Illius posterii habitauerunt in ipso aditu Arabiæ Fœlicis non procul à Nabatæis. Strabo: Πρωτῆ δ' ἡ ἀρχὴ τῆ Συρίας Ναβαταῖοι καὶ Σαβαῖοι πλὴν ὑδάμωνα Αἰγυπτίου νέμων, καὶ πολλὰ μὲν κατέβηχον αὐτῶν, πρὶν ἢ Ρωμαίων ἡγέσθαι* Primi autem super Syriam Nabatæi & Sabæi Fœlicem Arabiam incolunt, & sæpe in illam excurrerunt priusquam esset dititionis Romanorum. Grandi flagitio interpret omisit illud Πρωτῆ Primi, vocem maximi momenti, quæ docet præter Sabæos intimæ Arabiæ, quorum alij Rubro, alij Persico mari vicini erant, etiam alios fuisse in Arabiâ Fœlici quidem, sed Syriæ & Nabatæis proximos. quod nos scire multum intererat. quia aliter non potest intelligi quod in Scripturâ legitur, in armenta & greges Iobi, qui Ausitidis erat incolæ, Sabæos irruisse. Neque enim verissimile est Sabæos ab ostio maris Persici vel Arabici in Arabiam Desertam excurrisse vt greges abigerent. Sed neque Sabæi Iemamæ prope Gerrhæos intelligendi; quia in Iobo legitur *שב* non *שב*. Quid igitur? Haud dubiè significantur filij *שב* Sçeba nepotis Abrahami, quos habitasse ad Orientem Hebron colligere est ex Gen 25. 6. Atque ibidem Sabæos collocat Strabo in parte Arabiæ Fœlicis quæ Syriæ confinis est & Nabatæis; quibus hoc commune fuit cum Sabæis quos dicimus;

Vid. Gen. 25.

quod vtrique ad Abrahamum genus suum referebant. Nam vt Sçeba ex Ioktan, ita Nabataorum pater Nebaiot Abrahami nepos fuit ex Ismaële Gen. 25. 13. Atque inde per Arabiae deserta facilis fuit excursus in Ausitidem ἄντι ἄσσι ἰσλαῶν τῶν Εὐφρατίου, vt habetur in fine Iobi, & Ausitas populos Ptolomæo non ignotos, nisi quod pro Αὐσίτῳ *Ausita* perperam legitur Αἰσίτῳ in nostris exemplaribus. Insuper id notandum hos Sabæos à Strabone vt grassatores describi: *Sæpe*, inquit, *excurrebant*; πολλάκις κατέβηχον. Vt scias fuisse hominum genus latrociniis infame. Vt non multum laborare Satanam oportuerit in illis ad id impellendis quo sponte ferebantur. De Sabæis filiis Iectan lib. 2. diximus.

Ex Anglic.
codicc.

CAPVT DECIMVM.

Sabtha סבתה

Sabtha veteribus *Sabatha* & *Sabathes*, primò incola & conditor *Saphtha* Arab. vrbs, dein nauigasse videtur in *Saphtham* Persicam insulam, & in Persidem post modum; & Messabatena, id est Mediterraneæ Sabatena, nomen dedisse. Alij Sabtæi in Persidis & Carmaniae confinijs per literarum traiectionem Sabtæi dicti. Similes traiectiones Persis frequentes. Tale Persicum *Karda* pro *Kadra*, vnde Cardaces. Et retiarij milites *Sagartij* dicti pro *Saragtijs*. Σαργάτιν Græcum vnde. Ex *Adir* Hebr. *Ard* vnde *Ardshir*. *Ardyvan*, *Artabanus*, *Artas* illustris, Αἰπρόξερξος. Αἰπράσι. Item Οὐάειξες pro Οὐάξες vulgo *Vexites*. Et *Pasargada* pro *Parasgada*. Persis nomen ab equitatu & equis, quibus Cyro authore primum assueverunt; Itaque Persatum nomen tum primum natum. Persis olim *Cuth* & *Elam*. *Cephenum* & *Artæorum* fabulosa nomina. Persæ cur à Scythijs *Chorsact* dicti.

Sabtha סבתה veteribus *Sabatha* & *Sabathes*, videtur primam regni sedem constituisse in Arabiae Felicis Leantia ad mare Persicum, vbi à mari paulo longius, in via è Gerrhæorum sinu ad Arabiam Desertam, Σαφθὰ vrbs à Ptolomæo describitur. Sed inde Sabthæorum vel Sabatæorum colonias mari transmissis in Persidem migrasse argumento sunt: Primò Σαφθὰ *Saphtha* Persica insula in eodem Ptolomæo (Marciano Σαφθὰ) quam Oritelius putat esse Pharam Ammiani lib. 23.

Secundò Messabata vel Massabatha, à quibus Massabatica regio dicta, Plinio Mesobatenæ circa Mediæ Persidis & Elymæorum confinia, voce ni fallor, ex Chaldaeo *mesa*, id est medio, & סבתה, vt Messabata dicantur quasi Mediterranei Sabtæ: quia à mari longissime distant, versus Eulæi & Oroatis fontes siti. Ad Babylonis Septentrionem describit Dionysius Periegetes versibus 1014. & 1015. Alij porius ad ortum. Strabo lib. 16. Massabaticam Elymæis adscribit, & per eam è Mediâ & locis Zagro vicinijs in Elyma idem patere iter asserit. Plinius Eulæum ait in Medis ortum, & per Mesobatenem lapsum circuire arcem Susorum. Et Susianis ab Oriente proximos esse Chosieos (alijs Cossæos.) Et supra Chosieos ad Septentrionem Mesobatenem sub monte Cambalido. Mesabatas Ptolomæus ponit in Perside infra Mediam intermediâ Parætacene. Hæc Messabaticæ situm non patiuntur nos ignorare.

Tertiò in eadem Perside circa Carmaniae confinia sunt alij Sabtæi à mari parum diffiti, quos vnus literæ traiectione Sabtæos appellat Ptolomæus.

A Siue is corruerit vocem, aut ipsi Persæ, quibus hanc μετὰ σοι χείωπι non esse infrequentem docent pauca hæc exempla è multis. Cardaces à Persis vocari militum genus post Strab. tradit Hesychius: Καρδάς, inquit Strabo lib. 15. ὁ ἀπὸ καρδάδες καὶ πολεμικὸν λέγεται Carda enim dicitur quod virile & bellicosum est. At Arabibus, à quibus Persæ vocem mutuati sunt, virtus non dicitur kardā, sed كراد kadra.

Rursus Persæ Sagartios appellant Nomadum genus, quos Persis Herodotus Ptolemæus Medis adscribit. Horum equites, vt in gladiatoris Romanorum ludis retiarij, pugione instructi, σφῆσι πεπλεγμένῃσι δὲ ἰμάσταν ῥεστίβις ex loris flexis, ἐπεὶ συμμίσθωσι τοῖσι πολεμίοισι, βάλλουσι τὰς σφῆσας, ἐπὶ ἄλλο βεβήχας ἐχούσας, ὅτε δ' ἀπὸ τύχης, ὡς τε ἵππων, ὡς τε ἀπὸ βεβήχας, ἐπὶ ἐαυτοῖν ἔλκωσι. ὅ δ' ἐν ἀρχῇ ἐμπροσθεν ὄντες ἀφ' ἑαυτοῦ. Cum congregiuntur cum hoste, eas vestes injiciunt in summo laqueos habentes, & siue in equum aut hominem inciderint, eum ad se trahunt; illi autem retibus impliciti conficiuntur. Ab his equitum restibus & retibus populi Sagartij dicti sunt pro Sagartiis. Hebræis enim פרו vel פרוו sarag est implicare, & idem verbum vsurpant Syri, Chaldæi, Arabes. Atque inde Syris פרוו serig & Græcis ἀρῶνη est rete; sportula item ex viminibus contextis vt Arabicè فارجا sarga;

Quomodo sumit Paulus 2. Cor. 11. 33. Eâdem ratione ex Hebræo פרוו adir, id est illustri, magnifico, deducitur Persicum פרוו ard eiusdem significationis, vnde componitur פרוו פרוו Artaxerxes, פרוו פרוו Arduvan Artabanus &c. Græci per T perperam scribunt, sed rectè magnum ex ponunt & illustrem. Hesychius: Ἀρῶνης μέγας καὶ λαμπρῶς. Herodotus Μυσά sextâ: Ἐρῆνης, ἀρῆνης; Ἀρῶνης μέγας ἀρῆνης. Vnde est quod veteres heroës Artai dicebantur: Hesychius, Ἀρῶνοι, ὅ ἦσαν ἀπὸ Πέρσης. Stephanus de urbibus in Ἀρῶνα. Ἀρῶνης ὅ Πέρσης ὠνομαζομένη ἔστιν ἡ Πέρσης. Tale est quod qui vulgo Vezires & Οὐζήσιοι, etiam dicuntur Οὐζήσιοι, vt apud Procop. de bello Pers. lib. 1. καὶ στρατηγὸν ἀπὸ ἐκ Πέρσης, Οὐζήσιον δ' ἀξίωμα & ducem virum Persam Vazirem quidem dignitate.

Sic etiam Passargadas vel Passargadas dici constat pro Passargadis, voce facta ex פרוו פרוו Paras-gad, id est Persicus exercitus. Passargadas enim in co Persidis loco condidit Cyrus, in quo Astyagem & Medos profligauit, atque inde appellauit Passargadas, id est copias aut castra Persarum. Ita testantur apud Stephanum vetus scriptor Anaximenes Alexandri Magni comes, & ex illo Diotimus: τὸ δ' Πασαργάδας ἔκτισεν Ἀκύρης ἐφ' ἃ τὸν παρῆλαμει. Δεσφάτω ἐπίσημον, ὀνομαζέται ὅ ἡ πόλις διεμύθηται Περσῶν στρατοπέδου. Hæc de nomine Passargadarum Persidis vrbe tam Astyagis clade quam Cyri sepulchro celeberrima.

At Persis ipsis (vt & hoc obiter addam) nomen fuit ab equitatu quò maxime valebant, equitare à teneris edocti. Herodotus: Παιδύουσι δ' τοῖς παῖδας ἀπὸ πενταέτεος ἀρῆμασι, μέχρι ἐννοπέπτεος τριακοντα, ἰσπέυον, καὶ τριῶν, καὶ ἀρῆσις δὲ τῶν liberis suos à quinto anno incipientes vsque ad vicesimum triduntaxat edocent, equitare, sagittare, & vera lo ui. Quâ tamen disciplinâ primus illos imbuit Cyrus. Antea enim, vt tradit Xenophon lib. 1. Cyropædia, ἐν Πέρσης ἀπὸ ἡγετῶν καὶ ἰσπέυον, ἐν ὁρῆν ἄση τῆ

χώρα, ἐν ἧ ἰδὲν ἵππων σπάνιον In Persis quia & equos alere & equitare diffi-
 cile est, cum montosa sit regio, vel videre equum rarum erat. At Cyro sic
 prouidente, vt narrat idem lib. 4. Persæ ex peditibus equites facti, equis
 deinceps ita assueuerunt, vt ὁδοὶς ἀπὸ, inquit, τῆ καὶ ὡς ἢ ἀγαθῶν ἐκὼν ὀφθαίη
 Πέρσων ὑδάμῃ πεζὸς ἰὼν nemo Persarum vir bonus videatur ultro pedes ire r-
 piam. Cyrus enim legem tulerat, vt turpe esset, si quis illorum quos equis
 instruxerat φθορῇ πεζῇ πορεύομεν, εἴτε πολλῶ, εἴτε ὀλίγῳ ὁδὸν δέη διδ-
 θῆν, videretur pedes incedens, siue multum aut parum itineris esset conficien-
 dum. Itaque ex tam repentinâ mutatione factum vt hæc regio פראס Paras &
 incolæ פראסי Persæ dicerentur, id est equites. Arabice enim פראס pharas est
 equus, & פראסי pharis eques (vt Hebraice פראס paras.) Porro vox eadem
 pharis etiam Persam significat. Inde est quod neque Moses, nec libri Re-
 gum, nec Esaïas aut Ieremias, Persarum meminerunt, neque quisquam
 eorum qui vixerunt ante Cyrum. At in Daniele & Ezechiele Cyro coæuis,
 & in libris Paralipomenon, & Esdræ, & Nchemiæ, & Esther &c. qui post
 Cyrum scripti sunt, Persarum est frequens mentio. Antea verissimile est
 Hebræa nomina כּוּת Cuth & אֵלַם Elam magnam Persidis partem inclusisse.
 In eâ sententiâ fuit Iosephus, qui Ἐλυμῶν & Ἐλυμῶναις fuisse dicit Περσῶν ἀρ-
 χηγέτας Persarum generis auctores; Et Cuthæos dici Samaritanos ἀπὸ δὲ ἐν τῇ
 Χωρῆς καλεσμένῃ χωρῆς μεταχθλῶναι, αὐτῆ δ' ὄνομα ἐν τῇ Περσίδι, ἐν ποταμῶς τῆς
 ἑξῆς ὀνομα. quia è regione Cutha translati sunt, quæ est in Perside aut flumio
 eiusdem nominis. Atque id multo est certius quam quod habet Herodotus
 lib. 7. Persas olim à Græcis Cephenas dictos, & à se ipsis Artæos. Ceph-
 enum enim nomen à Cepheo non est verius quam Persarum à Perseo. Nec
 Artæi dicebantur nisi magnates aut heroës, vt dictum supra; Vnde Arta-
 bazi nomen, & Artabani, & Artaphernis, & Artaxerxis, quod ipse He-
 rodotus exponit μέγαν ἀρήιον. In Hellenico quidem legitur apud Ste-
 phanum: Ἀρταῖα περσικὴ χώρα, ἧ ἐπόλισε Περσεὺς, ὁ Περσέως καὶ Ἀνδρῶ-
 μέδης, ὁ οἰκίστης Ἀρταῖοι. Sed è fabulis petita hæc esse nemo non videt. Re-
 perio & Chorfacos (ita legit doctissimus Salmasius) vetus esse Persarum
 nomen apud Plinium & Solinum; Sed à Scythis solum vsurpatum, idque
 per retaliationem, si Solini mentem bene capio: Scythas, inquit, Persæ
 linguâ suâ Sacas dicunt, & inuicem Scythæ Persas Chorfacos nominant.
 Voce, vt apparet, ad Sacas alludente, quasi Græce dixeris φυγοσάκας aut
 Σακσφόροις. Suspicio enim hanc vocem tale aliquid significasse: Cum Cyri
 in Scythiâ clades & Darij fuga Scythis iustam causam subministrarint Per-
 sas his dicteris & probris incessendi. De veteribus persarum institutis vi-
 de Agathiam lib. 2.

Antiq. l. i. c.
 7. Et l. 9. c.
 24.

Plin. l. 6. c.
 17. Solin. c.
 49.

A

CAPVT VNDECIMVM.

Chauila חוילה

Pro *Chauilæis* *Chaulothæos* scribi & *Chablasios*, & *Chaulastios* & *Chalbasios*, in Plinio *Chauileos*; referibendum *Chauileos*. Tam multiplex eiusdem vocis deprauatio vnde orta sit. *Chauilæi* medijs inter Nabatæos & Agræos. Agræi sunt Agareni, de quibus 1. Paral. 5. & Pf. 83. 7. Vbi Syrus & Arabs perperam habeat *Gadarenos* & Chaldaeus *Hungaros*. Nabatæorum situm veteres non recte definiunt, vt neque *Chauileorum*. Vtriusque prolatio.

B *Sabthæ* succedit *Chauila* ptolemæo prorsus ignota, sed cæteris non sitem; quamuis nomine tam deformato, vt pæne fugiat perspicacissimos. Nam pro *Chauilæis* Eratosthenes habet *Chaulotheos*, Dionysius *Chablasios*; Festus Auienus *Chaulastios* priscianus *Chalbasios*. Plinius omnium optime *Chauileos* scripserat, quod scribarum imperitia mutauit in *Chauileos*. Ex חוילה *Chauilat* in regimine, vel ex plurali חוילות *Chauilot* facti sunt *Chaulotæi*; Ex *Chauila*, *Chaulas*, *Chablas* & *Chalbas*, vnde *Chaulasij*, *Chablasij*, *Chalbasij*. Hæc de nomine, iam de situ. Eratosthenes apud Strabonem dicit Fœlici Arabiae ab Heroum vrbe Babylonem vsque adiacere

Apud Strab.
lib. 16.
vers. 656.
lib. 5. c. 11.

l. 16. p. 767.

C Nabathæos, *Chaulotæos* & *Agræos*. In Dionysio iidem populi à Libano ad mare persicum eodem ordine proponuntur, Nabatæi nimirum, & *Chablasij*, & *Agrees*. De Nabatæis filiis Nebajot primogeniti Ismaël Gen. 25. 13. alibi dicitur. Agrei vel *Agrees* sunt Agareni, Ismaëlitarum portio dicti ab Agar matre Ismaël. Hebraice vocantur חגרים vel חגריים. Chron. 5. 10. 19. 20. & Pf. 83. 7. Vbi Syrus & Arabs *Risianæ* editionis perperam habent *Gadarenos*, sed Chaldaeus multo absurdus *Hungaros*. Esdras habitasse dicit ad Orientem Galaad, & pecore tam fuisse diuites, vt iis cæsis Rubenitæ inde abegerint camelorum L millia, & ouium CCLM. 1. par. 5. 10. &c. Inter hos *Agræos* & *Nabatæos* ab Eratosthene & Dionysio statui videntur *Chaulotæi* vel *Chablasij*, id est *Chauilæi*, vt diximus. Plinius itidem *Scenitis*, quos *Agræos* seu *Ismaëlitas* esse iam docuimus, ab Oriente iungit

D *Canchleos* (*Chauileos*) & *Canchleis* (*Chauileis*) *Nabatæos*, quos in extremis ponit. Nempe veteri errore abductus, quo *Nabatæam* petram creditum est versus Babylonem esse. Ita statuit Eratosthenes: Cum *Nabatæa* petra fuerit *Ægypto* multo propior inter *Syriam* & *Ægyptum*. *Babyloniæ* igitur proximi non erant *Nabatæi*, sed *Chauilæi*. Atque id ex Scripturâ constat in quâ *Sur* desertum prope *Ægyptum*, & *Chauila* opponuntur, tanquam *Arabia* termini ab inuicem remotissimi. Sic Gen. 23. 18. *Ismaëlita* leguntur habitasse à *Chauila* vsque ad *Sur* è regione *Ægypti*. Et 1. Sam. 15. 7. *Saul* percussisse dicitur *Hamalekitas* à *Chauilâ* donec venias ad desertum *Scur* quod est è regione *Ægypti*. Sed de *Chauilæis* iam actum in

E descriptione paradisi terrestri.

Nimrod נמרוד

Nimrod Bacchus veterum. Ab illo sumpsit initium Poetarum ætas ænea. De quatuor ætatibus: Poetæ cum Scripturâ collati. Fabula de Saturno à Ioue ex regno eiecdo, vnde sumpserit originem, Nimrodi nomen à rebellionē. Ninus habuit Arabum exercitum, id est Chusorum, quibus indulta Susiana, vnde dicta *Chus & Chush*, Gr. *Cissia*, Persis *Chuzestan*. Fratres Nimrodi per Saturam recensiti, Nimrod seorsim & quorsum. Nimrod נמרוד *gibbor*, id est potens. Eadem vox gigantem significat, vt Chald. *Gibbar* & Arab. *gabbara*, vnde Gigas ex Arabiâ Plinio *Gabbara*, id sequi Græcos interpretes perperam. נמרוד *potens venatione*. Coram Domino pertinet ad אֲדָמָה. prouerb. vt *Nimrod potens venator*. Quomodo Scripturæ veritas testimoniis humanis firmari possit. Nimrod venationum prætextu collegisse iuuenum manum quos talibus exercitiis ad belli labores indurauit. Ferarum venationes militiæ rudimentum & præludium. Cyrus, Mithridates & plerique Heroes ita instituti. Bellum à belluis. Stemmata nobilium vrsi, tigres, leones. Venatio cur olim maxime necessaria. Venatio Nimrodo gradus ad monarchiam, Regni initium in terrâ Sinhar, ex quâ in Assyriam egressus ædificauit Ninuem. Verba Mosis sic explicanda contra quam plerique putant probatur sex rationibus. נמרוד pro נמרוד phrasis Hebræis frequens. Nimrod *egressus in Assyriam*, nempe vt bellam inferret. Hebræos ita loqui passim. Arabes item. Exempla ex Elmacino.

SVpra Chauilam est Babylonia, in quâ regnauit Nimrod, etiam ipse Chusi filius. Libro primo probauimus cum fuisse Bacchum veterum. Ab eodem initium sumpsit tertia illa ætas quam æneam poëtæ vocant. In primâ enim regnauit Saturnus, id est Noe, aruis nondum diuisis. Tibullus:

Tib. lib. 1.
Eleg. 3.

----- non fixus in agris,
Qui regeret certis finibus arua, lapis.

Virgilius:

Georg. 1.

Nec signare quidem aut partiri limite campum
Fas erat.

Hæc fuit aurea ætas, id est centum anni qui fluxerunt à diluuiio vsque ad Phalegum quô nascente terra diuisa est.

Successit argentea ætas, quâ iam diuisis agris cœperunt homines terram colere, & de domibus sibi prospicere.

Tum primum subiere domos &c.

Nempe eò sæculo non modò priuatæ domus structæ, sed & infana illa moles turris Babylonicæ.

At tertiâ demum ætate Nimrod insurgens, primò venator, mox bellator, vim suam à feris conuertit in homines, & per tyrannidem imperium sibi crexit. Hinc Virgilius.

Georg. 1.

Tum laqueis captare feras, & fallere visco
Fruentum, & magnos canibus circumdare saltus.

Et Ouidius:

Tertia post illum successit abenea proles,
Sæuior ingenis, & ad horrida promptior arma.

Et Hesiodus:

Ζεὺς δὲ πατὴρ τεύχων ἄλλο γυῖον μέσπῳ δὲ θροῦπῳ
Χάλκῳ ποίησ' ὥσπερ ἀργυρῷ σῶδ' ὅμοιον,
Ἐκ μὲν γὰρ, δένδρον τε ἐν ἔμβριμον, οἷσιν Ἀΐρη.

E'py'

Ἐπεὶ ἔμυθε σοφίῃσιν ὃ ὕβρις.

Tertia deinde ætas summi Iouis edita nutu,
Vilior argento, de duro constitit ære.

Fraxinea & vehemens robustaque, Martis amore
In pugnas & bella ruens.

Tertiam hanc ætatem excepit ætas ferrea; in quâ viuimus.

Ex eadem est origine fabula de Saturno à Ioue ex regno eieccto: Nam Iouis nomine intelligitur Iouis siue Chami nepos Nimrod, qui Saturni, id est Noachi, iugo excusso, imperium in homines vsurpauit. Atque ea rebellio significatur nomine Nimrod, seu propheticum sit nomen, seu post euentum inditum. Nam נִמְרוֹד unde est *Nimrod* est rebellare. Porro cum scriptores Ethnicos constet gesta Nimrodi patris referre ad Ninum filium, & illius vxorem Semiramidem; non temerè prætereundum est quod in Diodoro habetur, Ninum Arabum exercitum sibi comparasse, & ope regis Arabiæ Babylonios subegisse. Nempe Nimrod erat Chusæus, id est Arabs, & conciuum suorum ope ad imperium euectus est. Proinde in præmium virtutis Chusæis suis indulgit Nimrod regionem Transfigritanam, quæ ex illorum nomine חֻשׁ *Chus* Hebræis, & כּוּשׁ *Chuth* Chaldæis, & Κίωςσα *Cissia* Græcis, & Persis چوستان *Chuzestan* dicta est, id est prouincia *Chus*.

lib. 2. p. 64.

Pertinet ad Nimrodi ἄσφοδον supra fratres quod postquam quasi per saturationem recensuit Moses ceteros Chusi filios, de isto seorsim agens, *Et Chus, inquit, genuit Nimrodum*: Quâ figurâ in titulo Psalmi 18. legitur David fuisse liberatus de manu omnium hostium, & de manu Saulis.

Quod additur, *Et Nimrod cepit esse potens in terrâ*, non probo quod ad staturam corporis Græci referentes ita reddunt: ὁ γίγας ἡ γίγας ἡ γίγας Hic cepit esse gigas super terram, quamuis ex Hebræis idem sentiant Onkelos & Baal Hatturim. Fateor quidem Hebræum גִּבּוֹר pro gigante posse sumi, vt Chaldaicum גִּבְבָר *gibbar*, & Arabicum غَبَّار *gabbar*. Vnde est quod *Gabbaram* vocabant gigantem illum Arabem de quo Plinius: *Procerissimum hominem ætas nostra Diuo Claudio principe Gabbaram nomine ex Arabiâ aduectum decem pedum & totidem unciarum vidit.*

Plin. l. 6. c. 16.

Sed Moses videtur aliquid maius Nimrodo tribuisse, qui res gessit maximas, non tam corporis quam animi viribus, quarum ratione Ninum Diodorus ita commendat: ἄσφοδον ὃς φύσει πολεμικὸς ἔχων ἀρετὴν ἀρετὴν cum esset naturâ bellicosus & virtutis seclator. Neque verò dixisset Moses, si res esset de staturâ corporis, *hic cepit esse gigas*, sed *hic primus fuit gigas*. Præerea nullus video quid sit *gigas in terrâ*, aut *gigas super terram*. Omnino igitur reddendum *potens in terrâ*. Sic in sequente versu גִּבּוֹר non debuit reddi γίγας κωκυτός, *gigas venator*, sed δυνάστης, vel ἰσχυρός, vel vt habet scholiastes βίαιος κωκυτός *potens venator*, vno verbo Ζαγρηδός, quomodo id expressisse notauimus fabularum architectos. Sic necessariò vertendum patet ex nomine גִּבּוֹר *tsajid*, quod cum *venationem* significet, non *venatorem*, non potest aliter cohærere cum voce גִּבּוֹר *gibbor*, quam si גִּבּוֹר reddatur *potens*: Nam quis *potens venatione* rectè dicitur, *gigas venatione* non item. Πῶς αὐτῷ additur *coram Domino*. Fuit *potens venatione*, id est *potens*

HH

venator: *coram Domino*, id est quam maximè potens. Vt *vrbs magna Deo* Ionæ 3. 3. est *vrbs multo maxima*. Et Act. 7. 20. puer ἀρεῖς ὁ θεὸς ἦν ἡ ἀρετὴ *venustus Deo* is dicitur qui fuit maximè venustus & formâ elegans. Nam aliquid esse *coram Deo* dicitur, quod re vera tale est, quia Deus est homine longe perspicacior, & rerum intima visu suo penetrat, nec eius iudicium potest falli. Itaque cum Nimrod dicitur fuisse potens venator *coram Domino*, significatur illum reuera fuisse talem, & Deum ipsum quem nihil latet neminem in terrâ vidisse cum ipso conferendum.

Vnde factum vt res cederet in prouerbum, & vulgo diceretur de viro forti, *Est ut Nimrod, potens venator coram Domino*. Hoc prouerbum accepit Moses ex vsu vulgi ad confirmandam veritatem suæ narrationis. Tale quid vide Num. 21. 27. & 1. Sam. 10. 12. vbi in eundem finem proferuntur adagia vulgo recepta. Non quod Dei loquentis in verbo suo veritas his egeat tibicinibus, quibus fulciatur & sustentetur. Dei enim testimonium cum sit omni exceptione majus, per se est ἀξιόπιστον. Deo nihil accedit ex numero suffragatorum. Solus est instar omnium. Tamen quia infirmi sumus, vt omnem dubitandi ansam nobis præcidat, hominum testimonio quandoque vti non dedignatur. Itaque nobis ne sit fraudi quod ea quæ tradit Moses illustrare conamur testimoniis vndecunque acquisitis, etiam ex pœtis Ethnicis, qui vetustissimas historias fabularum suarum inuolucris saepe texerunt.

Nec frustra obseruat Moses Nimrodum fuisse potentem venatorem. Sic enim docet quâ viâ gradum sibi fecerit ad monarchiam. Nempe venationum prætextu collegit iuuenum robustam manum quam talibus exercitiis ad belli labores induravit. Neque id prætermissum à Diodoro qui de Nino suo sic habet. κατὰ πλίστην τῶν νέων βίαι κατέστρεψε. ἡμιότιμος δ' ἀβύσις πλείονα χεῖρον, σωήστis ἐποίησε πίστη κακοπαθεία, ἐν πολεμικῆς κινδύνοις ἀρμάνειτ' ἰουενῶν fortissimos, quos cum multo tempore exercuisset, assuecit ad omnem laborum tolerantiam, & ad bellica pericula. Quod Ninum illos iuuenes diu exercuisse dicit, referendum ad venationem,

Horat. ep.
lib. 1.

--- opus utile famæ,

Vitæque & membræ.

Nam quisquis pedes vel eques assuevit lustrare saltus, vt cubilibus excutiat feras, & in iis insequendis superare immensa montium iuga, & horrentibus scopulis gradum inferre, ab hoste persequendo non facile deterretur iniquitate loci, nec fatiscit labore victus; Et quâ industriâ, quô animô, quibus viribus aggressus est immanes feras, iisdem vitur cum res postulat ad debellandos homines. Itaque ab omni æuo creditum est militiæ

Cyrop. 1. 1

rudimentum esse & quasi præludium ferarum venationes. Xenophon de venatione: ἀληθεύσθη δὲ αὐτῆς ἢ μέγιστη τῆς πρὸς τὸν πόλεμον ἐστίν, videtur

De Nat.

Deor. 1. 2.

hæc esse verissima rerum bellicarum meditatio. Cicero: Immanes feras & belluas nanciscimur venando, vt & vescamur iis, & exerceamur in venando ad similitudinem bellicæ disciplinæ. Philo: ὅτι μέλλοντι πολεμαρχεῖν ἐστὶν ἐξ ἐστέρων ἀναγκαῖον αἰεὶ εἶναι τὴν κωμῆσι μὲν imperatori futuro necessaria

De Iosepho p. 411.

Athenæus

lib. 1. cap. 19.

sunt venationum exercitia. Athenæus: ὅτι κωμῆσι ἑστῶσι αἰεὶ νεοὶ πρὸς μὲν

A *τις τῶν πολεμικῶν κινήσεων ad venationes procedunt iuvenes, tanquam ad meditationem bellicorum periculorum. Plinius in Panegyrico: His artibus futuri duces imbuebantur, certare cum iugacibus feris cursu, cum audacibus robore, cum callidis astu. Iulius Pollux: ἔστι πολεμικὸς ἄλκιμος μὲν ἔστι μὲν, αὐτὸς ἀδελφῶν φέρον, ῥαμαλέοντι ἔστι γυμνασίῳ, ἔστι ποδῶν, ἔστι ἰππικῶν, ἔστι ἀγῶν, ἔστι φιλίππων. Est audaciae militaris specimen, ad fortitudinem utile, & exercitatione redit robustum, & celerem, & evitandi peritum, & solertem, & laboriosum. Inde est quod Cyrus in Armenos moturus, belli gerendi rationem cum venatorum artibus longâ inductione confert. Et Persarum reges Xenophon in primo Cyropediae Persis praeviuisse testatur tam in venationibus quam in bellis incundis; Adeoque idem docet statim initio Cynegetici veteris xui heroas plerosque omnes Nestorem, Theseum, Castorem, Pollucem, Vlyssen, Diomedem, Aeneam, Achillem &c. fuisse μαθητὰς κυνηγίας, discipulos venationum, Chirone illos venandi artem summâ curâ edocente, tanquam ad bellicam disciplinam non parum profuturam. Quin & bellum à belluis Grammatici dictum volunt, quia prima bella fuerunt in belluas. Ex quò ipsò nobilitatem saepe sumpsisse exordium docent in nobilium stemmatibus vrsi, tigres, leones, ferae alicuius prostratae monumenta. Non possum non addere de Mithridate locum insignem ex Iustini lib. 36. *Diuersis, inquit, montium regionibus pernoctabat, ignaris omnibus quibus esset locis, assuetus feras cursu aut fatigare aut prosequi, cum quibusdam etiam viribus congregi. Quibus rebus & insidias vitavit, & corpus ad omnem virtutis patientiam duravit.**

In praefat.
lib. 5.

Cyrop. l. 2.
in fine.

B
C
D His de causis cum venationis studium in pretio semper fuerit, tamen incredibile est illud fecisse multo pluris primos homines; qui cum pauci numero, vagique & palantes essent, sub dio plerunque degentes, aut in tabernaculis, sine vallo & mœnibus quibus se tuerentur ab insultibus ferarum, maxime in Austrinis regionibus, Arabiâ puta & Babylone, quae his portentis plurimum scatent; Magnam apud illos gratiam iniit Nimrod, cum se opposuit malo longe lateque grassanti, & multorum animos suâ fortitudine sibi conciliauit. Quâ beneuolentiâ fretus, & expeditâ manu iuuenum quorum operâ vsus fuerat ad ferarum venationes, ausus est maiora moliri, & conuersis viribus è feris in homines, imperium in vicinos populos vsurpare, Babyloniâ scilicet & Sufianam, & Assyriam, quod postea deinceps non parum ampliârunt.

Regni porro principium fuere Babylon, & Erech, & Chalne, & Achad in terrâ Sinhar, ex quâ in Assyriam egressus, ibi ædificauit Niniuem, & Rehoboth urbem, & Chalach, & Resen quæ est magna vrbs inter Niniuem & Chalach.

E Hæc est mens verborum Mosis versibus 10. 11. & 12. Quorum qui medius est à plerisque ita redditur: *Ex terrâ illâ egressus est Assur (Semi filius) & ædificauit Niniuem*: Quod à Prophetæ mente cur putem esse plane alienum has habeo causas non contemnendas. Primò aliena esset hoc loco mentio Assuri filij Semi, quia hæc est genealogia filiorum Chami non Semi. 2. Nec patitur ordo historiarum vt Assuri gesta referat Moses versu 11. &

natiuitatem vers. 22. & ex abrupto memoret vrbes ab eo conditas quem antea ne nominauerat quidem. 3. Præterea non fuit peculiare Assuri Semi filio, quod egressus est ex terrâ Sçinhar, cum ex eadem prodierint pæne vniuersi homines quos inde disperfit Deus in omnes terras Gen. 11. 8. Itaque nullus video quorsum velint huius expositionis assertores Prophetam tam alieno loco de Assure id obseruasse quod illi fuit commune cum toto humano genere. 4. Addo hæc optimè cohærere & pæne necessario nexu; Principium regni Nimrodi fuit Babel &c. in terrâ Sçinhar; Et is inde egressus est in Assyriam &c. Nam ideo principium regni vocatur Babylon, quia priori illi regno aliud adiunxit Nimrod, nempe Assyriam. Quod si neges, hiulca erit & pendula oratio Mosis, nec poterit colligi ex sacro textu cur Babylon & terra Sçinhar dicantur fuisse principium regni Nimrod. 5. Nec leue est quod Assyria vocatur terra Nimrod in loco Michææ quò bis idem dicitur diuersis verbis: *Et depascent terram Assyriæ gladio, & terram Nimrod lanceis eius*, aut si mauis *in ostiis eius*. 6. Denique historia exotica, quam non puto temere reiiciendam, receptæ interpretationi plane repugnat. Nam ex Ctesia Diodorus & alij docent Ninum & Babylonem statim ab initio eosdem habuisse dominos, & Belum illum qui Babylone colebatur fuisse Nini patrem à quo Niniue nomen habuit. 7. Itaque habeo persuasissimum Assur hîc hominis nomen non esse, sed loci, vt Gen. 2. 14. & passim; adeoque verba Hebræa אשור אשור ita reddenda, *Egressus est in Assyriam*, vt אשור sit pro אשור quomodo ביה 2. Sam. 6. 10. pro לבית 1. Chron. 13. 13. & ארץ 2. Sam. 10. 2. pro אל ארץ 1. Chron. 19. 2.

Nimrod porro dicitur egressus esse in Assur, nempe ad bellum inferendum. Id enim fert Hebræa phrasis. Sic 2. Sam. 11. 1. *Et fuit vertente anno, quò tempore egrediuntur reges, id est eò tempore quò solent reges ad bella procedere*; Quomodo interpretatur Hieronymus recte omnino, & ex Hebræis Selomo Iarchi, & R. Leui Ben Gersom. Sic Zachar. 14. 3. *Egressus est Dominus, pugnavit in gentes*. Es. 42. 13. *Dominus ut robustus miles egreditur*, Pl. 60. 12. *Non es egressus, ô Deus, cum exercitibus nostris*, Eadem locutio frequens est apud Arabes. Sic Elmacinus historiæ Saracenicæ pag. 16. *Egressus est אבובערוס iustus contra Abasenos & Dibanos*. Et pag. 22. *Egressus est Omar in Syriam*. Et p. 63. *Egressi sunt contra Hagagum*, nempe ad bellum. Ita egressus est Nimrod in Assyriam, quæ cum obtigisset Semi filiis, Nimrod è Chami stirpe nihil habebat in eam iuris. Sed quod iure non poterat sibi arrogare, id per vim vsurpauit.

Ibid. cap. 2.

Ibid. cap. 3.

Ibid. cap. 12.

CAPVT DECIMVM - TERTIVM.

Descriptio Babylonis.

Babylonis figura, situs; Muri, Turres, portæ, fossa, ambitus, conditores, domus, vicij, crepidines; mari & portæ ad Euphratem: Lacus vicinus; pons lapideus: Regiæ duæ: *Πρεσβ:* Acropolis: Horti pensiles: Beli templum & turris: Obeliscus: Porticus in quâ ius dicebatur: Suburbium Callistum, vbi Calanum se concremasset: scribit Aelianus contra aliorum fidem: Babylonis quanta dignitas: de eâ Scripturæ loca.

B Abylon *אַבְרָם* id est vel initium vel caput regni Nimrod, vrbs fuit im-
 mensi operis, quadrata, in campo sita, Euphrate interfluo, à quo diui-
 debatur in duas partes fere æquales. Murus latere coctili extructus, bitu-
 mine interlitus, quinquaginta cubitos altus, tam latus vt quadrigæ inter
 se concurrentes tuto commeare possent. Hinc Ieremiæ 51. 58. *Murus Ba-*
bylonis ille latissimus. In eò turres ccl denis pedibus quam murus altiores;
 Æreæ portæ centum: Fossa extrinsecus latè patens. Ambitus ccclxv sta-
 dia complectebatur. Hominum ducenta millia singulis diebus singula sta-
 dia perfecisse leguntur, atque eâ ratione totum opus vnico anno ad umbi-
 licum perduxisse. Domus intrinsecus trium & quatuor contignationum,
 habitationes minaci proceritate mirabiles spatium duorum fere iugerum
 à muris abfuere. Vias rectas Euphrati parallelas transuersæ ad angulos re-
 ctos secabant ab ortu & occasu ad Euphratem deducentes, fluuium stadio
 latum, quem molis vtrinque maximæ crepidines coërcebant. His super-
 structa mœnia qualia in ambitu vrbs, cum portis æreis totidem quot vicij
 eò ferebantur.

Sed omnium operum magnitudinem superabat lacus prope Sippara ef-
 fossus, altus viginti vlnas, quadraginta parasangas, seu quod idem est, sta-
 dia mclxxx ambitu suo complectens, ad accipiendum impetum flumi-
 nis, quod vbi appositæ crepidinis fastigium excefferat, vrbs tecta cor-
 ripuisset, nisi fuissent specus lacusque qui exciperent.

D Flumini incumbebat pons lapideus, latus xxx pedes, cedrinis & cypa-
 riissinis trabibus, & palmarum truncis contextus. Hic quoque inter mi-
 rabilia Orientis opera numeratus est. Quippe Euphrates altum limum
 vehit,

--- ἐν πολλὸν ἐφ' ὕδατι σφραγιστὸν ἔλατ.

quo penitus ad fundamenta iacienda egesto, vix suffulciendo operi fir-
 mum reperiebatur solum. Arenæ igitur subinde cumulata, & saxis quibus
 pons sustinetur annexæ, quæ morarentur amnem. Saxa ferreis repagulis
 sunt colligata, liquefacto plumbo in commissuris infuso.

E Illo ponte iungebantur regiæ duæ in vtrâque fluminis ripâ mirabili arte
 fabricata. quarum vna ad Orientem, ambitu triginta stadiorum, æneis
 Beli Ninique & Semiramidis statuis valde insignis. Altera ad Occiden-
 tem duplo vastior, triplici muro cincta, stupendæ altitudinis, cum diuer-
 sis animalium & venationum figuris ex latere ad viuum expressis. Macedo-

HH iij

Callimach.
 hymno in
 Apoll.

nes Πτερά vocarunt. Stephanus; τινὲς δὲ Πτερά σιδιτέρας τινὲ ἀκρόπολι Βαβυ-
λωνί.

Ibidem erat hortus pensilis, quadratus, sedecim iugerum, summam murorum altitudinem exæquans, multarumque arborum umbrâ & proceritate amœnus. Saxeæ pilæ tanto oneri pares erant extructæ. Et super pilas lapide quadrato solum stratum, patiens terræ, quam altam iniecere, & humoris quò terræ rigabantur, aquâ antliis & tollenonibus aliisque organis pneumaticis ex Euphrate haustâ. Adeoque validas arbores hæ moles sustinebant vt stipites earum octo cubitorum spatium æquarent crassitudine, & in quinquaginta pedum altitudinem eminent, & tam essent frugiferæ ac in natiuo solo.

In vrbis parte oppositâ fuit Beli templum æreis portis, figurâ quadratâ, duorum vndecunque stadiorum amplitudine; in cuius medio turris illa, quam libro primo descripsimus. In eodem templo statuæ, & mensæ, & sellæ, & carchesia, & crateres ex solidò aurò fuere, quarum pretium ex Ctesia supputatione æquabat fere quatuor aureos *milliones* monetæ nostræ.

Nec cui locum esse voluerunt Inter septem orbis miracula, omittendus est obeliscus in mediâ plateâ erectus ad spectantium stuporem. Lapis fuit pyramidatus, in Armeniâ excisus, & summo labore Babylonem aduectus, pedum centum triginta longitudinis, & viginti quinque crassitudinis.

Fuit & eximia porticus, in qua rex ius dicere consueuerat. Huius fornix in formam clypei fabricata, & sapphiris tota obducta, Deorum appictis imaginibus, cœli faciem referebat. Et aureæ iunges seu motacillæ quatuor, quæ ex testudine pendebant Ἀδελφειδου significantes, regem admonebant ne se supra hominem efferret. Ita habetur in Philostrato. Quod non capio satis: Nisi voluerit fortunæ vices atque instabilitatem huius auis perpetuâ circumactione designari. Κάλλιτον Callistum prætereo suburbium Babylonis ab elegantia sic appellatum, vbi Calanum Indum extructa pyra se concremasse scribit Ælianus in variis. Sed aliis accedo potius qui rem in Perside gestam referunt, quia moriturus Calanus Alexandro dixisse fertur illum se μετ' ὀλίγον χρόνον ἐν Βαβυλωνί ὄψασθαι. Ita Plutarchus, vel ὅτι ἐν Βαβυλωνί αὐτὸς ἐπύργον ἀσπίσει, vt habetur in Atcriano; quo ipso significatur Alexandrum Babylone tum abfuisse.

Hæc breuiter de figurâ vrbis nobilissimæ, quæ Dan. 4. 30. appellatur *vrbs magna*. Es. 13. 19. *decus regnorum, gloria superbiæ Chaldaeorum*. Es. 14. 4. *aurea*. Es. 47. 1. 5. *tenera & delicata, domina regnorum*. Ierem. 50. 23. *malleus vniuersæ terræ*. Ierem. 51. 20. *Flagellum & instrumenta bellica ad dissipandas gentes & perdenda regna*. Qui plura volet Ctesiam, & Herodotum, & Berosum, & Abydenum, & Curtium consulat, & Philostratum, & è recentioribus Tzetzem. Nobis enim non vacat in his immorari diutius.

CAPVT DECIMVM-QUARTVM.

De conditore Babylonis.

Babylonem à Semiramide esse conditam docet vulgus scriptorum post Ctesiam. Illi tamen Herodotus nullum aliud opus tribuit præter aggeres circa Euphratem. & hoc commentum refellunt Berofus & Abydenus, in quibus Belus Babylonis est conditor. Et fatetur Curtius id à plerisque credi. Hunc Belam confundit perpetam Dorotheus cum Tyrio Belo, quem Herennius, al. Byllius, Semiramide multo facit antiquiorem, quæ Phœnicum est vanitas, sunt qui ceptum opus à Belo, à Semiramide perfectum volunt. Sed his ambagibus nil opus, cum historia de Babylone à Semiramide condita vnius Ctesia fide nitatur, qui cum Beroso & Abydeno non conferendus. Belus idem qui Nimrod; Prius nomen à dominio, postèrius à rebellionè, proinde suppressum à Chaldeis. Nabuchodonozor quò sensu gloriatur se Babylonem condidisse: Muri Babylonis ab eo reparati, & Babylon ita exulta vt gloriati potuerit se marmoream reliquisse quam lateritiam reperisset.

Conditæ Babylonis gloriam Semiramidi adstruunt Ctesias, Theocritus, Diodorus, Strabo, Dionysius Periegetes, Trogus, Mela, Ovidius, Hyginus, Cephalexon, Solinus, Cassiodorus, Lucius Ampelius, alij sine numero. Tamen his omnibus antiquior Herodotus nullum aliud opus Semiramidi tribuit præter *χώματα*, id est aggeres quibus Euphratem coercuit antea frequentius restagnare solitum; Et Semiramidi Nitocrin præfert vt *σωρευτῶν τέρψις*; Et apud Iosephum Berofus *μέμφετ' Ἑλληνιστῶν συστῆσαι φθῶν, ὡς μάλιστα οἰομένους ὑπὸ Σεμεράμιδος ἢ Δουσιῆς καὶ Δῆναι πλὴν Βαβυλῶνα, καὶ τὰ θαυμάσια καὶ τὰ σπουδαῖα αὐτῆς εἶναι ἀπὸ ἐκείνης ἔργα Ἰουδαῶν γενεαφόροι* *culpant Græcos scriptores, vt qui vanè existimauerint ab Assyriâ Semiramide Babylonem esse conditam, & miris fuisse ab eadem operibus exornatam falso scripserint.* Sic apud Eusebium Abydenus Belum asserit *Βαβυλῶνα τελευτῆσαι ἀπὸ Βαβυλῶνος* Babylonem muro cinxisse. Et ingenuè fatetur Curtius lib. 5. ita credi à plerisque: *Semiramis, inquit, eam condiderat, vel vt plerique crediderit Belus, cuius regia ostenditur.* Neque alia mens Dorothei Sidonij, vetusti poëtæ, quem in hæc verba citat Iulius Firmicus:

Ioseph. I. r.
cōt. Apion,

Euseb. I. 9.
Præparat.

D *Ἀρχαῖη Βαβυλῶν ἢ Τυρίη Βήλαιο πόλις.*

Vrbs Babylon vetus, à Tyrio quæ condita Belo est.

Equamuis in eò fallatur quod Tyrio Belo tribuit opus ipsa Tyrò multo antiquius. Nempe, quæ Phœnicum erat ἀδολογία & vanitas, vt ad Belum suum referrent tam vetustæ vrbs originem, finxerunt illum Semiramidem præcessisse multis sæculis. Stephanus MSS ex Herennio, quem cum Philone Bybliensi eundem esse probat magnus Salmasius: *Βαβυλῶν, &c. κτίσμα Βαβυλῶνος, ἀπὸ τοῦ Βήλου, πρὸς Βήλιν σφωτάται, ὡς ἡ ἑρδὸς ὑπὸ Σεμεράμιδος. Ταύτης ἢ τῆς ἀρχαιοτέρας ἢ τῆς κτίσεως δύο Βαβυλῶν &c. opus Babylonis viri sapientis, filij Beli sapientissimi, non vt Herodotus à Semiramide condita; Quippe Babylon Semiramide antiquior fuit duobus annorum milibus.* Eustathius in Dionysium legit solum *ἑπτα χιλίοις ὀκτακισίοις* annis mille octingentis, vtrumque falsissimum. Belo enim Tyrio (de quo Philonem ibi agere nullus dubito, vt gentem suam à vetustate commendet) multo vetustior fuit Assyrius, id est Nimrod, qui tamen Semiramidem paucis

anteceffit annis, vt quam eius filius Ninus in vxorem duxerit. Interim ex illorum testimonio id habemus, Babylonem Semiramidis opus non esse, sed Beli, quisquis ille sit. Vnde Etymologus voce Βαβυλων: Εἴρη) ὃ ἔπεδ Βή- λυ. ὃς καὶ (αὐτῶν) ἀπ' αὐτῶν παρομοιωθεῖ. Κάλα (lege Βάλα κλγβ) ὃ καλῆ) τῆ Σύρων φωνῆ ὃ τῆ Ἑλλωίδι Βῆλ@.

Sunt qui, vt hanc litem componant, volunt à Belo inceptum opus perfecisse aut reparasse Semiramidem, aut Belum solam Acropolim, Semiramidem Babylonis mœnia condidisse. Ammianus Marcellinus lib. 23. *Babylon, cuius mœnia bitumine Semiramis struxit, arcem enim antiquissimus rex condidit Belus.* Orosius lib. 2. cap. 6. *Babyloniam à Nimrod gigante fundatam, à Nino vel Semiramide reparatam multi prodiderunt.* Hæc illi.

Sed nihil opus his ambagibus, cum historia de Babylone à Semiramide condita vnus Ctesia fide nitatur. Neque enim Diodorus, & Trogus, & alij qui Ctesia suffragium addunt, vllum alium habuerunt è verustioribus historicis quem sequerentur. At Ctesia fides doctis pridem cœpit esse suspecta. Illum saltem nemo dixerit cum Beroso conferendum, sacerdote Babylonio, viro magni nominis, cui statuam inauratâ linguâ in publico gymnasio Athenienses erexisse Plinius author est. Sed neque cum Abydeno, quem æque ac Berosum historiam suam hausisse constat ex verustissimis Chaldæorum archiuis & monumentis. Hi porro, & illos sequuti plurimi quos citauimus, reiectis Græculorum de Semiramide commentis, nulum alium à Belo Babylonis conditorem agnoscunt: Mosi hæc in parte concinentes, in quò Nimrodum eundem esse cum Belo Nini patre ratio temporum palam arguit. Nempe qui à rebellionem quâ vel in superiores vel in pares insurrexerat, dictus fuerat נמרוד Nimrod, id est rebellis, idem à dominio בל בל baa! & בל bel, id est dominus, post stabilitum imperium vocari cœpit. Quarum appellationum sola posterior in Chaldæorum monumentis seruata est, priore obliterated, vt quæ videbatur ad sui regis contumeliam pertinere.

Nabuchodonozor quidem Dan. 4. 30. eò nomine gloriatur quod Babylonem condiderit. *Nonne, inquit, hæc est Babylon illa magna quam ego ædificauit?* Sed passim apud Hebræos urbem ædificare is dicitur qui desolatam restaurat. Quo sensu Hebronem Roboam, & Ailam Azarias leguntur ædificasse, id est nouis ædificiis auxisse atque exornasse. Id ipsum Babyloni præstitit Nabuchodonozor, qui mœnia verustate collapsa restituit, & vrbis decori pristino multum adiecit. Abydenus: λέγει) &c. Βῆλον Βαβυλωνία τείχε) ἀεὶ ἔδειξεν. ὃ καὶ ἐπὶ τῆ ἐκδομένη ἀφ' αὐτοῦ. Τῆ) αὐτοῦ Ναβουχοδονόσορος *Fama est Babylonem Belum manibus cinxisse, quæ cum tempus abolerisset, noua mœnia struxisse Nabuchodonozorum.* Berosus: τὴν τε ἑσάρ- κας δ' ἀρχῆ) πόλιν ἐ) ἐπέειν ἔξωθεν παρομοιωθεῖ) ἐ) ἀνακατασκευάσας urbemque Babylonis, quæ iam erat, nouâ alterâ addidâ cum exornasset & restaurasset. Itaque Nabuchodonozoro Babylon id ipsum debuit quod Augusto Roma, quâ excoluit adeo vt iure sit gloriatus, marmoreâ se relinquere quâ lateritiam accepisset. quod tamen refert Dion ὃ καὶ ἐπὶ τῆ) οἰκδομημάτων αὐτῆ) ἀκατασκευάσας

2. Par. 11. 6.
2. Reg. 14.
22.

Ioseph. An-
tiq. 1. 10. c. 1.
Et in Ap. 16.
1. 1. Et Euf.
1. 9. præpar.

Sueton. in
Aug. c. 19.

A

A

B

B

C

C

D

D

- A *ὄρα, ἀλλὰ τοῦς δὲ τῷ ἀρχῆς ἰσχυροῦ* non ad elegantiam edificiorum, sed ad imperij firmitatem. Vt sit Babyloni veteri nouam alteram adiecit Nabuchodonozor, & muro triplici vtramque cinxit, atque aggeribus ira obsepfit, vt ne posset hostis Euphratem in perniciem vrbis auertere; Et hortos illos pensiles à Græcis tam decantatos fecit in vxoris gratiam, quæ cum Meda esset genere, montiumque & nemorum aspectu delectaretur, in campetribus locis vtrum compulit amœnitatem naturæ hoc artificio imitari. Hæc omnia legere est in Berosi loco quem citauimus. Sed & in Abydeno quædam habentur explicatius: Nempe *Narmalcam* amnem, qui diuergium est Euphratis, & *Acracatum* diuertisse; Et in gratiam *Sipparenorum* fossam effectisse quæ in ambitu haberet *parasangas* quadraginta, in altum viginti orgyias; & claustra apposuisse quibus apertis irrigaretur ager, Ea supra appellari *ὄρα τῶν ὀψώνων* aquæ ductuum normas. Hæc ideo protuli, cum vt intelligat Lector, quò nomine iactet Nabuchodonosor se Babylonem condidisse: tum vt pateat Ctesæ vanitas, qui vni Semiramidi tribuit hoc quicquid est; Ac si quis ad Romulum aut Numam referat Romæ amphitheatra & thermas & palatia, quæ Cæsares ædificarunt.

C CAPVT DECIMUM-QUINTVM.

De excidio Babylonis.

Babylon iactabat se regnaturam in æternum, nec videbatur posse destrui. Tamen impleri oportuit Prophetarum minas Ps. 137. Et Esaiæ & Ieremiæ. Eius hodie nil superesse præter rudera, nec locum vllum esse in toto illo tractu minus frequentem probatur ex Eustathio, Beniamine & Teixeira, Partem Persæ diruere, partem tempus, partem Seleuciæ vicinia. Strabo & Pausanias cum Megalopoli conferunt. Muri tum superstites, & pauca domus. Notatur obiter Curtius. Muris duo Hieronymi includebantur regie venationes: Nulli alij incolæ præter paucos ludæos apud Theodoretum, Euphrates etiam alio derivatus. De Babylonis excidio Luciani vaticinium.

- D **B**abylon quândiu fuit in flore, videbatur esse æterna vrbis, nec vlla vi posse aboleri. Atque id ipsa de se iactabat Es. 47. 7. *Dixisti in sempiternum ero domina.* Et vers. 8. *Dicis in corde tuo, ego sum, & non est præter me amplius: non sedebo vidua, & ignorabo sterilitatem.* Nempe vt vere Orosius, illam vel humano opere extrui potuisse, vel humanâ virtute destrui posse, vtrumque pæne incredibile apud mortales erat. Tamen euentus tandem docuit non frustra esse quod Prophetæ Babyloni toties minantur vltimam cladem: Ps. 137. 8. *Filia Babel vastanda; Beatus qui tibi retribuet &c.* Es. 13. 19. *Et erit Babylon &c. similis subuersioni quâ Deus subuertit Sodomam & Gomorrhâ.* Non habitabitur in sæculum &c. Vide & Es. 14. & 47. Et Ierem. 50. & 51. vbi easdem minas Dei nomine grauissimis verbis sæpe ingeminant Esaias & Ieremias. Et verò tam vastæ vrbis hodie nihil superest præter rudera. Eustathius in Dionysium: *τιῶν δὲ εἰρημένω Βαβυλῶνα μεγάλω ποτε γενομένω, ὅτε ἐν ἐρημῶσι δῶκε φασὶ dictam autem Babylone[m] quæ magnâ olim fuit tandem desolatam esse dicunt.* Beniamin in itinerario pag. 76. *Inde Babel unico itinere distat: Hæc est antiqua illa Babel. Iam* *בבל* *deuastata,*

que plateis suis ad triginta miliaria extendebatur: Quin hodieque ibi vi-
 situr palatium Nabuchodonosoris ויראיו בני ארם לנס בו מפני הרב vastatum והקקריביו שיש בחונו
 ווהקקריביו והקקריביו והקקריביו ווהקקריביו ווהקקריביו ווהקקריביו ווהקקריביו ווהקקריביו ווהקקריביו
 & scorpiones qui sunt in medio eius. Ita scilicet prædixerat Esaias cap. 13.
 vers. 22. ווהקקריביו ווהקקריביו ווהקקריביו ווהקקריביו ווהקקריביו ווהקקריביו ווהקקריביו ווהקקריביו ווהקקריביו ווהקקריביו
 & dracones in eius palatiis voluptariis. Teixeira
 in descriptione itineris sui ab Indiâ in Italiam cap. 5. Entramos per tier-
 ras de Mesopotamia &c. dexando à la derecha el lugar y sitio de la antigua
 Babilonia à dos leguas de distancia de la qual se veen pocos vestigios, yes al lu-
 gar el menos frequentado de toda aquella region. Id est: In Mesopotamia ter-
 ras ingressi sumus &c. relicto ad dexteram loco in quo sita fuit vetus Babylon,
 distante solum duabus leucis. Huius nil nisi pauca supersunt vestigia: Nec in
 tota regione locus ullus est minus frequens. Et quod mirere magis, factum id
 absque externâ vi. Nulla euidentior excidij causa Seleuciæ vicinitate. Plin-
 ius lib. 6. In solitudinem rediit exhausta vicinitate Seleuciæ ob id condita à
 Nicatore intra nonagesimum (lege quadragesimum) lapidem. Strabo lib.
 16. ἡ γὰρ πόλις ἔστι τῆς Περσίας, τὴν δὲ ὁ Χέρης, ἢ ἡ τῆς Μακεδονίας ὀλι-
 γωρία οὖρα τὴν Βαβυλῶνα, ἢ μέλιτα ἐπεὶ δὴ τὴν Σελυκίαν ὄμιον τὴν Τύρην ἀλλοίωσαν τὴν Βα-
 βυλῶνα ἐν τριακσίαις περὶ σταδίοις ἐπέχασε Σέλδουξ ὁ Νικῆταιος partem urbis Persæ
 diruerunt, partem tempus consumpsit & Macedonum negligentia; maximè
 postquam Seleucus Nicator Seleuciam ad Tigrim condidit, stadiis tantum
 trecentis à Babylone distitam. Hieronymus in Esaiæ cap. 13. Non habitabitur
 in æternum. Pro illâ enim Seleuciam & Ctesiphontem vrbes Persarum incli-
 tas fecerunt. Tum tamen extabat adhuc, sed magna ex parte deserta. Stra-
 bo Babyloni suo tempore conuenisse tradit quod de Arcadiæ Megalopolis
 dixit poëta Comicus:

Ἐρημὴ μεγάλη ἔστι ἡ Μεγαλόπολις.

Est magna solitudo nunc Megalopolis.

Sed & Pausanias in Arcadicis, postquam questus est Megalopolim veteri-
 bus ornamentis ac pristinis opibus amissis, magnâ iam ex parte inter rui-
 nas & rudera lacere, vt magnarum urbium doceat hæc esse fata, etiam
 meminuit Babylonis his verbis: Βαβυλῶνα δὲ τῶν τῶν πόλεων τὴν ἰσχυρ-
 ῆτα μέγιστον ἤλιος, οὐδὲν ἐπιλύει μηδὲ χροί. Illa autem Babylon, quas unquâ Sol aspe-
 xit urbium maxima, iam præter muros nihil habet reliquæ. Curtius è trecent-
 tis sexaginta octo stadiis quæ totius operis ambitus ex ipsius descriptione
 complectitur, nonaginta solum habitari scribit, nec omnia contigua esse,
 quia tutius visum pluribus locis spargi, cætera feri colique, vt si extrema
 vis ingruat, obsessis alimenta ex ipsius urbis solo subministrent. Nempe
 ignorabat à paucis sæculis ita desolari cœpisse. Et certo conditorum con-
 silio contigisse vult, quod ex mera necessitate factum. Maximus Tyrius,
 qui scripsit sub Commodò, describit iacentem. Καὶ νῦν (inquit Serm. 6.)
 ἄδω ἀδύνη Βαβυλῶνα κειμένης. Et si quis propriis oculis Babylonem vidit
 iacentem. Hieronymi ætate nihil erat Babylon quam viuarium aut septus
 locus in quò feræ pascebantur. Didicimus (inquit in Es. 13.) à quòdam fra-
 tre Elamita &c. venationes regis esse in Babylone, & omnis generis bestiarum
 murorum eius tantum ambitu coerceri. Et in Es. 14. Exceptis muris cœtilibus,

- A** qui propter bestias concludendas post annos plurimos instaurantur, omne in medio spatium solitudo est. Theodoretus in idem caput dicit inibi habitasse paucos quosdam, eosque nec Assyrios, nec Chaldaeos, sed Iudaeos: Νεῶν αὐτῶν οἰκίαισιν ὀλίγοι πινές, ἢ τε Δασύριοι, ἢ τε Χαλδαῖοι, ἀλλὰ Ἰουδαῖοι; Et in Ierem. 52. ὀλίγας γὰρ ἔχεν τῶν οἰκίας, ἢ τῶν τῶν ἐσπεδασμέναις. Idem in cap. 50. Euphratem qui mediam alluebat alio diuertisse scribit, nec nisi tenuissimum eius incile per rudera ferri: ἐπέβατο, inquit, εἰς ἐπέραν ὁδὸν, σμικροτάτη δὲ διώρυξ ἡ ἐπιπέρας ὁδὸς. Per hos gradus tandem deuenit Babylon ad extremam illam desolationem quam Prophetae praedixerant. Atque id illi fatum imminere Lucianus in Charonte ita auguratur: ἡ Βαβυλων δέ σι ἐκείνῃ ὅστιν ἡ ὕπυργος, ἡ τὸ μέγαρον ἐδέχοντο, ἢ μὲν πολὺ ἐκ αὐτῆς ἐξηρησομένη ὡσπερ ἡ Νινῶ. *Babylon autem illa est multis turribus munita, magnoque ambitu munitum septa, haud ita multo post desideranda & ipsa Nini instar.*

CAPVT DECIMVM-SEXTVM.

Ἐρεχ vel Arach.

- C** Erech non videtur esse Edessa ut volunt veteres, sed Arecca Ptolemæi, & Ammiani Arecha. Vnde Areccæ campi Tibulli, De iis locus insignis Cl. Salmasij. Idem esse Herodoti Ardericam vel Andericam, Susa nimis à Tigri remouit Ptolemæus, cum vnus diei itinere abfuerint. Ard-Erica id est magna Erica vel Arecha. *Erech* Hebræis longitudinem sonat. Longissimam fuisse probatur. Huius coloni Esd. 4. 9. יְרַחֵל לְאַרְחָוֹ, Vulg. *Erchuet*.

- I**N eadem terrâ שֵׁנַר *Sinar* præter Babylonem metropolim, tres vrbes extruxit Nimrod minus celebres. Ex sunt *Erec*, *Acchad*, & *Chalne*. *Erec* & *Acchad* veteres putant esse Edessam & Nisibin, quod parum est verissimile, quia neque nomina conueniunt, neque situs. Nam Edessa & Nisibis sunt in eâ Mesopotamiæ parte quæ versus Armeniam est à Babylone multum diffita. Sed *Erec* est Susianæ vrbs ad Tigrim, *Arecca* Ptolemæo; Et Ammiano *Arecha*. His tractibus, inquit, *Susiani* iunguntur, apud quos non multa sunt oppida. Inter alia tamen eminent *Susa* sæpe domicilium Regum & *Arsiana* (lege & *Tarsiana*) & *Sela*, & *Arecha*. Doctissimus Salmasius ad Solinum: *Ab illa Aracca vel Arecca Susidis* Areccæ campi Tibullo, in quibus *Naphthæ*, hoc est liquidi bituminis fontes scaturiebant.

Ardet Areccæis aut vnda per hospita campis.

- I**ta legendum, non *Areccæis* (provt legerat Scaliger ad hunc locum) *Aracca* illa vel *Arecca* in confinio *Susianæ* & *Babyloniæ*; Sed ad *Susianam* pertinebat. In *Susianâ* autem *naphthæ* liquida fontes. Strabo lib. 4. de liquido bitumine: ὅτι ἡ μὲν ὕλη, τῶν καὶ ἄλλων ἀφθάρτων, γίνεται ἐν τῇ Συρίῃ; ἡ δὲ ξηρὴ δωμαμένη πῆλικοι ἐν τῇ Βαβυλωνίᾳ. *Vnda per hospita* Tibullo est *naphthæ*; δ' ἄρδου ξηρὴν ὕδαρ, vt *peruesper*, *peradulescens*, *perastutus*, *perinteger*, *peruirgo* Ciceroni. Plinius: *Naphthæ* liquidi bituminis modo profluens circa *Babyloniam*. *Arecca* autem illa *Arec* dicitur Gen. 8. Hæc à Salmasio hæctenus; quæ non potui non exscribere, quia plena sunt eruditionis, & ad rem maxime faciunt. Vnum addo Herodoti *Ardericam* vel *Andericam* idem vi-

deri oppidum cum *Erec* Mosis & Ptolemæi *Areccâ* vel Ammiani *Arechâ*.

De *Ardericâ* vel *Andericâ* bis meminit Herodotus; semel libro primo cum Nitocrim dicit Euphratem effossis incilibus ita tortuosum red-

didisse, ὡςτε δὴ τοῖς ἐς τῆς πηγα καμάων, τῆς ἐν τῇ Ἀσσυρίᾳ ἀπικινέειν ῥέων. Τῆ δὲ κόμη θύομα ὅστι ἐς πλὴν ἀσικινέεται ὁ Εὐφρήτης, Ἀρδεῖα. Καὶ νῦν ὁ αὐτὸς καμάων δὲ τὸν ἡμετέραν ἐς Βαβυλῶνα καὶ πλείοντες ἐς τὸ Εὐφρήτιον ποταμὸν, τοῖς τε ἐς πλὴν τῶν πτωχόων καὶ θάλασσαν, καὶ ἐν τριῶν ἡμέραισι ὡς ἂν ἰσφύαται quendam *Af-*

syriae pagum, cui nomen est *Arderica*, qui nunc è mari per Euphratem fluvium nauigantes Babylonem versus subuehuntur, ter ad hunc eundem pagum applicent, idque tribus diebus.

Alter locus est libro sexto, in quo de Eretriensibus à Dario captis hæc habet: σφέας δὲ Κισίης χώρας καὶ εὐκρίσει ἐν σταθμοῖς ἑωυτῶν, ὅτι ἰδέειν, ἀπὸ μὲν Σάσων δέμα καὶ διηροσίως σταδίους ἀπέχοντι, ποσειδάωντα δὲ ἀπὸ τῶν φρέατων, ὅτι παρέχει τριφασίως ἰδέας, καὶ ἴσφύαται καὶ ἄλλας καὶ ἑλαστοὶ ἀρρῦσοντι καὶ ἀπὸ Εὐ. in suo Cissia regionis stathmo collocavit, cui nomen est *Anderica*: ducentis ac decem stadiis procul à *Susis*, quadraginta autem à puteo qui trifarias exhibet rerum species; Bitumen enim & *Salem* oleum ex eò hauriunt.

His locis inter se collatis apparet *Ardericam* vel *Andericam* 1. pagum esse celebrem in *Assyriae* regione *Cissia*, quæ cum *Susiana* eadem est. 2. ad Euphratem positum, id est ad Tigrim cum Euphrate commixtum. Alioqui enim Euphrates *Cissiam* non alluit. 3. Idque infra *Apaniam*, quia illac iter est nauigantibus à mari *Babylonem*: quæ notæ omnes *Areccæ* conueniunt apprimè. 4. Hoc potissimum quod in vicinia, nempe ad stadium quadagesimum seu milliare quintum est puteus liquidi bituminis & fetentis olei quod Persæ *εὐκρίσει* vocant, vt habetur in frequentibus, hoc est *naphthæ* & *petrolei* quod vtentur ad lucernas. Quod doctissimi *Salmasij* coniecturam mirè illustrat. Vnum videtur obstare quod in Herodoto *Anderica* stadiis tantum ducentis decem à *Susis* distat, à quibus *Areccam* Ptolemæus semouet multo longius. Sed *Susa* Ptolemæus valde alieno loco describit, nempe à Tigri remotissima, quem vnus diei itinere à *Susis* distasse scimus ex *Diodoro*, qui sic habet lib. 19. ὅριμασεν ὅτι τὸ Τίγριον ποταμὸν, ἀπέχοντα Σάσων ὁδὸν ἡμέρας. 5. Nomen quod attinet *Arderica* vel *Anderica*, posterius putamus ex priori restituendum, & *Ardericæ* nomen Persas conflasse ex *ard* & *Erec*. *Ard* Persicè magnum sonat vt probauimus in capite de *Sabha*. *Arderica* & *Anderica* idem sunt, vt *Nebucadretsar* & *Nebucadnetsar*. *Erec* Hebræis & Syris longitudinè significat. Ita oppidum merito dictum, quod ad oram *Tigridis* tam longo tractu protendebatur vt qui è mari *Babylonem* nauigabant eò ter appellerent tribus diebus continuis. Persæ ob hoc ipsum *Ard-Erec* dici voluerunt seu magnam *Erec*. Ex hoc oppido coloni *Samariam* deducti *Archeuaje* Chaldaicè nominatur *Esdre* 4. 9. in Græcâ versione Ἀρχαῖοι, in *Vulgatâ* *Erchuei*. *Erech* quorsum ab *Arabe* *Parif*, edit. reddatur *Albars* adhuc quæro.

pag. 630.

A
A
B
B
C
C
D
D
E
E

CAPVT DECIMVM-SEPTIMVM.

אכחא Acchad.

Lxx א'ר'אד pro Acchad. Tale Darmesek pro Dammesek, & multa eiusmodi. Hinc א'ר'אד vs vel א'ר'אד vs fl. prope Sittacen. x & y permutabile: Et Chald. א & א. Archad vel Argad & Sittace eadem vrbs. Amnis & vrbs cognomines. Ita in iisdem locis, Chabora, Singa, Is, Sura, Tfarifar, Carrhae vel Carrha, Mygdonia, Susa; Idem in Sicilia frequens. Sittace vel Psttace dicta a copia psittaciorum. Dissauit a Tigri 15. stadis. Eius vberior descriptio. Babylonix pars trans Tigrim. Artacena Stratonis, potius Arcatena, id est Arcadena.

B Pro Acchad Lxx scribunt א'ר'אד Archad, ex Chaldaeorum idiomate, qui solent punctum Daghes, quod geminatur litera, resolvere in literam R praefixam literae Dagheffatae. Sic דרמשק Darmesek Damascus occurrit pro דמשק Dammesek, פרסיד parsid riuus pro פסיד passid, פארנק sarnek strangulare pro פנק sannek, פארנק parnek oblectare pro פנק pannek, פרגל argel volvere pro פרגל argel. Pari ratione pro אכחא Acchad Chaldaei dixerunt ארכח Archad. Cuius nominis vestigium manifestum in Argade fluuio Sittacenes apud Ctesiam. *Ælianus de animalibus l. 16. c. 42.* Κτησίας γὰρ μὴ ὁ Κνίδιος λέγει περὶ τῶν Περπηλῶν Σιθάκω ποταμῶν ἅτιν' Α'ρ'αδῶν ὄνομα Ctesias quidem

C Gnidius refert ad Persicam Sittacem fluuium esse Argadem nomine. X & y literae sunt tam sono vicinae quam formae; vnde est quod facile permutantur. Hinc pro Chobare Gobares in Plinio, & ex χαλβάν fit galbanum, ex ἀλγω angō, vnguis ἀπὸ τῶ ὄνυχος. Quin & Chaldaeis א & א literae sunt promiscuae, vt videre est in אר cheph & אר geph pro littore, ארמון chumsa & ארמון gumfa pro fossa, ארמון chanpha & ארמון ganpha pro alâ. Sic videntur idem esse Archad & Argad, vnde nomen Argadi fluuio. Ita vt ab Archad vel Argad oppido dictus fuerit Argades fluuius, quomodo apud Ptolemaeum à Chaborâ & Singâ oppidis, nomen habent Chaboras & Singas fluuij qui in Euphratem exeunt. Et apud Herodotum: *ἔστι ἄλλη πόλις ἀπέ-* lib. 1. c. 179.

D *χασα ὀνόματι ἡμέραν ὄδον ἀπὸ Βαβυλωνίας.* Ἦς ὄνομα αὐτῆ, ἐνθα ἔστι ποταμὸς ὁ μέγας. Ἦς ἔστι ποταμὸς ὁ ὄνομα, ἐσθ' ἀλλὰ ὁ ὄνομα ἐστὶν Ἐυφράτιω ποταμῶν ὁ πρῶτος *est alia vrbs Is nomine, distans octo dierum itinere à Babylone. Ibi est fluuius non magnus eiusdem nominis, in Euphratem fluuium se desu luen. Eum fluuium hodieque Arabes Ἰσα vocant. Sic Euphratis alueus qui Suram pratermeabat, dicebatur amnis אר Sur, pro quo אר Sud legit perperam Græcus scriptor Baruch. l. 4. Et prope Bagdad, inquit Geographus Nubien-* Geograph. Nub. part. 5. clim. 4. part. 6. cl. 4.

E *sis, est flumen Tfar sar nauiterum, cui adiacet vrbs Tfar sar. Et apud Stephanum, ex Quadrato nisi fallor, Κάρραι, πόλις Μεσοποταμίας, ἀπὸ Καρραῖ ποταμῶν Συρίας Carrhae vrbs Mesopotamiæ à Carrhâ Syriae fluuii. Et Antiochia Mygdonia id est Nisibi Μυδῶν ποταμῶν ἡμετέρας τῶν αὐτῶν ποταμῶν φήμι. Mygdonius fluuiorum pulcherrimus suum nomen communicat. Ita Iulianus oratione secundâ, quæ est de rebus gestis Constantij imperatoris. Susa denique imminet Susæ fluuii, si Isidoro fides. Itaque quod de Siciliae urbibus refert Duris apud Stephanum ὅτι αἱ πλεῖσαι τῶν Συκελῶν πόλεων ἐκ* In A' r' e' i. r' a' t' e' s.

de Assyriis videtur posse dici; quod coniecturam nostram de Argade amne vrbi Argad vel Archad cognomine non parum firmat.

Eadem vrbs *Sitace*, *Sittace* & *Pfittace* potuit appellari deinceps à copiâ Pfittaciorum, seu quod idem est pistaciorum. Ita scriptum à Demophilo. Stephanus: *Σιτακή, πόλις ἐν τῷ πείραι, ἐν ἣ ὁ φούτος τῆς Σιτακίων ὡς Δαμόφιλος*. Ad Tigrim ponit Stephanus, sed Xenophon αὐτῶν ἀπὸ Τίγρι δι-
Cyr. Min. l. 2. Strab. l. 16. Xenoph. vbi sup. Plin. l. 12. c. 17. Arist. Mirab. Alian. lib. 16. c. 42.
 stasse docet quindecim stadiis. Et Strabō è Babylone Susa euntibus trans-
 misso Tigri, totum iter scribit esse per Sitacenam. Vrbs magna fuit & po-
 pulosa; Agri vicini arboribus omnis generis confiti. Ibidem nascitur lada-
 num, & loca sunt quæ semper flagrant. Et prope Argadem amnem angues
 nigro corpore, capite albo, longi sex pedes, quorum morsus est le-
 thifer.

Notandum est Sitacenam, etiamsi sit trans Tigrim, tamen Babyloniæ, id est terræ *שׁוּשׁ* Sinar adscribi à Strabone lib. 15. *Susidi*, inquit, ea pars *Babyloniæ proxima est quæ quondam Sitacena postea Apolloniatis est appel-
 lata*. Neque id omittendum regionem circa Arbelam, quæ aliis est Arbel-
 itis, à Strabone dici *Ἀρτακηνῶν Artacenam*: Scaliger & Casaubonius Ara-
 ctenam emendant, tanquam ab *Arac* vel *Erec* de quò diximus. Sed *Arac*,
 id est *Arecca*, vt docuimus, illinc distabat plurimum, & ab *Arac* fieret *Ara-
 racena* non *Aractena*. Itaque si quid mutandum est, legi malim *Ἀρκατήνω*,
 ab *ארכד* *Arcad* id est *Sittace*, sono *דא* *Daleth* aliquantum emollito. Quippe
Plin. 6. 26.
 etiam *Arbelitim* ad *Sittacenam* pertinuisse ex his Plinij colligere est: *Sit-
 tacena est eadem Arbelitis & Palestine dicta*.

CAPVT DECIMVM-OCTAVVM.

כּלְנֵה *Chalne*.

Chalne, *Chalno* & *Channo*: confertur cum magnis vrbibus Amos 6. 2. & Es. 10. 9. Non est
 Ammiani Callinifum vt volunt. Nam Callinifum mendosè scribitur pro Callinico vrbe Of-
 rhoenæ Græci nominis procul à Babyloniâ. Sed *Chalne*, vt recte veteres, est Ctesiphon caput
Chalonitidis Parthorum regia. De *Chalonitide* Plinius, Strabo, Polybius. Inde *Chalonitæ* Dio-
 nysio, Prisciano & Festo. Ctesiphontis priscum nomen *Chalone*, *Chalane* vel *Chalne*. Græcum
 indidit Pacorus. An ibi fuerit turris Babel.

HVius nomen variè scribitur; כּלְנֵה *Chalne* hîc & Amos 6. 2. כּלְנֵה *Chal-
 no* Es. 10. 9. כּנֵה *Channe* Ezech. 27. 23. Et in Arabicâ paraphrasi nuper
 editâ כּלְנֵה *Chalna* per *cha* loco *ceph*. Illam confert Amos Propheta cum ma-
 gnis vrbibus: *Transite*, inquit, *Chalnem* & *videte*, & *ite inde Hamath*
magnam (Epiphaniam, alij Antiochiam) & *descendite in Gath Palæstinor-
 rum, an sint meliores regnis istis* &c. Et in Esaiâ rex Assyriæ propter victorias
 suas superbè sese efferens, & insignes aliquot vrbes à decessoribus suis sub
 iugum missas sub calculos reuocans, ita loquitur: *Nonne vt Carcemis* (Cer-
 refa in lib. Notit.) *Chamath*? (Epiphania) *Nonne vt Damascus Sama-
 ria*? In Ezechiele *Channes*, id est *Chalnes*, fit mentio inter vrbes versus
 Euphratem & Tigrim, quibus cum Tyro fuit commercium. *Charan* (in-

A quit, id est Carræ) & Channe, & Eden (Talatha) negotiatores Sabæorum, Assyria & Chelmad (Charmande) tecum negotiatæ sunt. Hæc Scriptura de Chalne.

B Callinifum ex Ammiano explicant viri impensè docti, quos mirum est non vidisse pro Calliniso rescribendum Callinicum. Quomodo in Procopio legitur, & in libro Notitiarum, & in Ambrosij epistolâ ad Theodosium imperatorem; & in vitâ Simeonis apud Theodoretum. Gallanicum Zosimus & Orosius scribunt, Eutropius corrupte Gallicinum. Vide theatrum Ortelij. Porro Callinicum ex Chalne deduci nemo dixerit, cum vox Græca sit notissima, quâ pro cognomento vsi sunt quidam è Seleucidis, ut Seleucus ὁ Καλινικός; A quô conditum esse hoc oppidum, ut coniectat Dn. de Grentemesnil, vero non est absimile. Ut taceam Callinicum fuisse prope Carrhas in Osiohenâ, quo vsque nullus veterum produxit Babylo-niam.

Itaque malo assentiri Chaldæis interpretibus, & Eusebio, & Hierony-mo quibus Chalne est Κτησιφών Ctesiphon vel oppidum vel pagus ad Tigrim celeberrimus, tertio milliari à Seleuciâ Babylonix, caput Chalonitidis & Parthorum. Strabo: Πάλαι μὲν ἦν ἡ Βαβυλωνίω μνηστῆροπολις τῆς Ἀσσυρίας, νῦν

C ὁ Σηθουκείων ἢ ὅτι τῆς Τίγριος λεγομένη μεγάλη. Πλησίον δ' ἔστι πόλις Κτησιφών λε- γομένη μεγάλη. Ταύτην δ' ἐποίησεν Χαλμαδῶν ὁ τῆς Παρθυαίων βασιλεὺς, φερόμε- νοι τῆς Σηθουκείων. Olim quidem erat Babylon Assyriæ metropolis, nunc autem Seleuciæ ad Tigrim quæ dicitur. Prope eam autem est pagus maximus nomi- ne Ctesiphon, in quo hyemabant Parthorum reges Seleuciæ parcentes. Dion- ybi de Parthis lib. 40. ὁνομάσκει τὴν πόλιν τῆς Τίγριδος, ὅτι μὲν πολὺ πείρη καὶ φέρεια, ἤδη δ' ἐκ πόλεως, ἀλλαστε καὶ Κτησιφώντα, ἐν ἧ καὶ βασιλεία ἔχουσι. Habitant au- tem trans Tigrim amnem plerumque in arcibus & castellis, sed & in ur- bibus cum aliis, tum Ctesiphonte, ubi & regiam habent. Plinius: In soli- tudinem rediit Babylon ex hausta vicinitate Seleuciæ &c. Inuicem ad hanc exhauriendam Ctesiphontem iuxta tertium ab eâ lapidem in Chalonitide condidere Parthi quod nunc est caput regni. Idem: Iungitur Chalonitis cum

D Ctesiphonte, non palmetis modo, verum & oleâ, pomisque, aliisque arbu- stis nobilis. Chalonitidis præter Plinium etiam alij meminere. Strabo lib. 11. Tigris in voragine incidens, longoque spatio infra terram labens ἀνατέλλει καὶ πάλιν ἐκβαίνει ἐκ τῆς γῆς ἐπὶ τὴν Χαλωνίτιν ad Chalonitidem emergit. Et lib. 16. Babylonix pars est &c. ἡ δὲ τῆς Ζάγρον ὄρος Χαλωνίτις quæ ad Zagrum montem est Chaonitis. Legendum Χαλωνίτις Chalonitis, ut Casaubonus rectè monet. Polybius l. 5. ἀνακρίβητες εἰς τὴν Χαλωνίτιν πρὸς αὐτῆς ἀναστάντες τῆς εἰς τὴν Ζάγρον ἀναβο- λῆς Delatum cadauer in Chalonitidem ad ipsum Zagri montis ascensum crui- cifixerunt. Chalonitidis populi Chalonitæ Dionysio Periegetæ.

E Ἀὐτὰρ ἡ πόλις Βαβυλωνίω, ὅτι πρὸ τοῦ Βορέου Κισσοί, Μεσσαβάται, Χαλωνίται ἵκονται.

Priscianus:

At supra Babylona vides Aquilonis ad oras,

Cissos, Messabatæque, Chalonitæque feroces.

Chalonitidis nomen factum ex Chalone, id est Chalne, quod mutatum

in Ctesiphontem à Pacoro Rege Perfarum. Ammianus lib. 23. *Ctesiphon* quam *Vardanes* priscis temporibus instituit, posteaque Rex *Pacorus* incolarum viribus amplificatam & manibus, Græco indito nomine, *Persidis* effecit specimen summum. In hac vrbe turrim *Babel* extructam, & linguas fuisse confusas *Basilus*, *Cyrellus*, *Gregorius Nazianzenus*, *Constantinus Manasses*, & Græcorum alij collegerunt ex *Es.* 10. 9. Vbi Græca versio τῶν ῥῶγων τῶν ἐπί τῶν Βαβυλωνίων καὶ Χαλδαίων, ἢ ὁ πύργος ἀκαθόδητος Regionem quæ est supra *Babylonem* & *Chalanem*, ubi turris edificata est. Vnde *Eustathius* in lib. 1. *Iliad.* pag. 73. Οἱ μὲν γὰρ ἡμετέρας θείας ἀλλήλων μέσσης τῆς ἀφ' ἑσθέρων ἑπι-καληθῆναι φαίν' ἀπὸ τῆς μεμνημένης ἢ τοῦ ἀγαμέμνονος τὸ πῶς ὁ ἐπαθὼν μὲν τὸ Χαλδαίων πύργον *Qui diuinæ nostræ aulæ sunt consortes homines μέσσης cognominari dicuntur, à sermonis diuisione quam post Chalanem turrim passi sunt.* Sed libro primo conati sumus detegere fontem erroris.

CAPVT DECIMVM-NONVM.

אשור *Assur.*

Assur hic non hominis sed regionis nomen. Quibus rebus sit fertilis, *Assyria* mala. *Assyrium* amomum *Assytij* odores. *Assyrius* lapis: *Litete* *Assyria*: *Assyria* vestes. *Assyrij* maximè beati. Ibi *Eden* quæsitus. Olim *Assyria* pro *Assyria*. *Assyria* etiam *Atyria* & *Aturia*; vt *Chald.* אשור literis ש & ה permutatis vt passim: Quod à *Dione* obseruatum. אשורית in *Abea Ezra* pro אשורית. *Assyria* etiam *Adiabene*, non quod sit ἀδιὰ βενε, vt volunt, propter flumina ambientia. Nam ab *Aquilone* patet accessus: Et ipsi amnes sunt ἀδιὰ βενε. Sed *Adiabene* factum ab אדיאב quomodo *Talmudici* appellant & *Chaldæi* interpretes. Vtrobique hæc vox corrupta. *Chabor* in *Assyria*. *Diana* & *Adiana* *Assyria* amnes. *Diana* est *Lycus*, malè *Διανὰς* *Prolemæo*. *Xenophon* vocat Ζάτιον, *Falli Fullerum* cum *Zabatam* & *Zaten* distinguit tanquam diuersos amnes; nec harum vocum etyma assequi. *Adianas* πολυώνυμος, aliis *Phycus*, & *Caprus*, & *Bumadus*, & *Bumelus*, & *Bumello* & *Abstris*, & *Gorgus*; quæ diuersis linguis ident sonant, atque à rapido & præcipiti cursu sumpta sunt. Quædam obiter correctæ. Aprorum proprium אפרים. Cur hic rapidior altero. Apud recentiores pro *Diana* & *Adiana*, *Zaba* maior & minor. Miramur cur *Geographus Arabs* eos dicat coalescere, cum ostia sint valde distincta. *Zaba* & *Diana* solâ dialecto differunt. *Anzaba* id est ad *Zabam*. Quid sint portæ fluminum *Nahum*, 2. 6. Locus similis in *Herodoto*. In hoc tractu *Arbela* & *Gaugamela*. *Arbela* vnde dicitur. *Arbelum* *Assyria* regem fuisse colligunt ex *Cyrelli* loco corrupto, ubi factum ארבלום ex ארבל בבל. ארבלא *Chald.* populorum colluies. *Gaugamela* cameli collis, non cameli domus vt volunt. Ibi mons *Nicatorium*. Vel ארבלא גאוגאמלא, quomodo in *Plinio* legit *Barbarus*, cameli tributa. Ratio nominis ex *Plutarcho*. Ibid. *Sadrax*, & *naphra* fons & templum *Anaxæ* vel *Anaitidis*. *Clemens* emendatus. *Aspasia* *Anaitidis* sacerdos. Cur *Anaitis* aliis *Venus*, aliis *Diana*. *Omanus* id est *Sol*. Locus 2. *Macchab.* 1. 13. 15. restitutus. *Naxia* pro *Assyria*. Ibid. *Capressetum* in quo *Noe* videtur arcam fabricasse. Ibid. *Aloui* populi vnde dicitur, & *Zerbis*. Et *Silices*, & *Sue*. *Classita* pro *Calachita*, & *Abstris* pro *Assyria*. *Adiabeni* cur *Saccopodes* in *Strabone*. Coniectura viri magni. Fortè legendum Σακκόποδες, id est ἀβείρονες. Ex molli incessu vitæ mollitiæ argui. Quid sit אשור *Es.* 3. 16. explicatur ex *Arabismo*. Vt & *Chaldæum* אשורית de mollitiæ incessus *Deut.* 28. 36. *Petra* & *Assytij* אשורית in *Achelylo*. Σακκόπος quid significet. Hoc animi vitium *Firmicus* in *astra* reiecit.

Iam monuimus *Assur* *Gen.* 10. 11. non esse nomē hominis, sed regionis, & verba sacri textus ita esse reddenda: Et è terrâ illâ (è *Babyloniâ*) exiit (*Nimrod*) in *Assur* (in *Assyriâ*.) Huic vel à conditore nomē, vel à felicitate & vbertate soli. Nā אשור beatū sonat. *Assyria* porro terra est frumenti & musti, terra panis & vinearum, terra olei & mellis. 2. *Reg.* 18. 20. Ab eâ dē citrei *Assyria* mala dicti. Et amomū in *Statio* *Assyriū* gramen; Et passim in *Poëtis* vnguenta

A vnguenta quæuis aromatica Assyrii odores; Et Assyrius lapis Iaspidis quædam species apud Dioscoridem: Et in Plinio literæ Assyriæ tanquam ibi primùm repertæ: Et sericeæ vestes Assyriæ, quia ex Assyriâ bombyce. Proinde, si Iosepho credimus Antiq. lib. 1. cap. 7. Assyrii omnium hominum *μακίστην ὠδὴν μόνον*, maximè beati fuere. Et multi hortum Edenis in Assyriâ quæsiuerunt: In his Chaldæus interpres qui Ezech. 27. 23. pro *Edene* habet *אשור* id est Assyriam, vt deinceps docebimus. Notat Eustathius Eratosthenem veteres imitatum scripsisse *Ἀσσυρες* pro *Ἀσσυρίοι*, tanquam à recto *Ἀσσυρ*, quæ est ipsissima vox Hebræa *אשור* Gen. 10. &c.

B Assyria etiam *Atryia* dicitur apud Dionem in Traiano, & *Aturia* in Strabone lib. 16. & in Suidâ voce *Νῆσος*, vbi Æmilius Portus pro *Ἀτρυία* perperam rescribit *Ἀσσυρία*. Sed *Assyria* & *Atryia* vel *Aturia* solâ dialecto differunt: vno deducto ex Hebræorum *אשור* *Assur*, altero ex Chaldæorum *אשור* *Atur*, quibus solemne est *ש* Hebræum in *ח* mutare. Inde *באחן* *Batan* (*Batanæa*) pro *בשן* *Basan*, *כוש* *Cuth* pro *כוש* *Cus*, *תור* *tor* (*taurus*) pro *שור* *for*, & similia *ש* in *ח* mutatis. Neq; id latuit Dionem qui Assyriæ quicquid est circa Ninum, Arbela & Gaugamela *Ἀτρυία* vocari scribit *Βαβυλωνίῳ ἑστὶ Σίμας εἰς τὸ τῶν μεταπεσόντων Barbarâ dialecto literis S & T mutatis.*

C Quod verissimum, nec in dubium renocari debuit à viro vndecunque docto in notis ad Strabonem lib. 16. Mercerum, Drusium & alios fugit hætenus hinc esse corruptum *אורטיא* *Aurtia* in *Aben-Efrâ*, cum dicit in notis ad Ionam cap. 1. *Niniue regia fuit Assyriæ, quæ hodie desolata est: dicunt porro sapientes Israël qui in Graciâ sunt, eam (terram) vocari אורטיא Aurtia.* Legendum *אטוריא* *Aturia* literâ *T* ex quartâ sede in secundam restitutâ, qui verus est illius locus. Hoc terræ nomen, non vrbs, vt docti volunt. Quorsum enim vrbi quæ non est, nouum nomen indidissent sapientes Israël?

Aliud Assyriæ nomen *Adiabene* *Ἀδιάνη* *ἡ ἀδιάνη ποταμὸς ἐν ἰσραὴλ ἐν δρυγῶν πελάγει* *ποταμὸν τῶν ἀδιάνων* quia in ipsâ plures sunt fluij qui difficilem aditum faciunt. Ita Suidas, & multo ante Ammianus: quod inter *Oenam* &

D *Tigridem* sita, nauigeros fluios, adiri vado nunquam potuit. Quis sit *Oena* fluius, cuius alius nemo meminit, diuinare non possum. Hoc vnum scio falsam esse hanc originationem. Nam ab Aquilone saltem nullo transmissio fluiio per montes Carduchios vel Gordyæos in Assyriam patet accessus. Quin & Assyriæ fluios non esse plane *ἀδιάνων* docent expeditiones Xenophontis & Alexandri, quorum ille *Lycum*, hic *Tigrim* Assyriæ amnes longe maximos cum vniuersis copiis vado traiecisse leguntur.

Sed *Adiabene* nomen factum est ad instar Chaldæi *הדיב* vel *הדיב* *Hadiab*, quomodo vocari *Adiabene* à Talmudicis & Chaldæo interprete mirum est notasse neminem. Sic *Ierem.* 51. 27. pro Hebræis *regna Ararat, Minni,*

E & *Ascenax* Chaldæus habet *הדיב* *חורמיני* *משרח* *דקרדו* *ארעא* *מלכות* *רענא* *terra Kardu* (*Gordyæorum*) *copiæ Hurmine* (*Armenia*) & *Hadiab* (*Adiabenes*) *Ezech.* 27. 23. Hebr. *Charan* & *Channe*, & *Eden* Chald. *הדיב* *חורמיני* *Carra*, *Nisibis* & *Hadiab*. Ita legendum, non *הדיב* *Hadiab*, vocem nihili quam habent libri editi. Sic in tractatu Talmudico *Baua Bathra*

lib. 23.
Vid. & Eustath. in
Dionys. p.
102.

יעקוב הדייב *Iacob Hadiana* (Adiabenus) & ווגא דמן הדייב *par sapientum ex Hadiab*. Et in tractatu *Kiddushin* חבור וו הדייב *Chabor* 2. Reg. 17. 6. est *Hadiab* Adiabene. Ibi scribitur per ה *Cheth*, quomodo legit Baal Aruch *Ezech.* 27. 23. Sed rescribo ה *He*.

In his locis הדייב *Hadiab* vel הדייבא *Hadiana* esse Adiabenam, præter ipsum sonum vocis, docent loca vicina Carrhæ, Nisibis, Gordyene & Armenia, quæ simul nominantur: Atque illud imprimis quod *Chabor* dicitur pertinere ad *Hadiab*; Quod de Adiabene vel Assyriâ verissimum. Nam & Scriptura id testatur disertis verbis 2. Reg. 17. 6. & 18. 11. Et in Ptolemæo *Χαβώγος* est Assyriæ montosa pars quæ Mediam attingit. Atque id maximè confirmat quod iam ante docuimus, Israëlitas in ea loca fuisse translatos ab Assyriorum rege Salmanassaro.

Porro vnde sit factum vt Assyria vocetur הדייבא *Hadiana* docet Ammianus his verbis: *Nos autem didicimus quod in his terris amnes sunt duo perpetui, quos & transuimus Diauas & Adiauas iuncti naualibus pontibus, ideoque intelligi Adiauenam cognominatam.* Res vt planior fiat, sciendum est Assyriæ nobilissimam partem (in quâ olim Ninus ciuitas, & Arbela, & Gaugamela, Darij clade insignes loci) duobus includi fluuiis, qui è Gordyæorum montibus orti ambo in Tigrim exeunt. Horum vnus altero maior, quique à Tigri prior excipitur, ab Ammiano דיבא *Diaua* vocatur, id est lupus vel lupinus. Chaldæis enim lupus est דיבא *Deua*. Inde est quod idem fluuius Græcè dicitur *Λύξος Lycus*. Ita habetur in Strabone, & Curtio, & Plinio, & Arriano. Ex quibus corrigendus Ptolemæus, in quo pro *Λύξος* est *Λευξος Leucus*. Pro *Diaua* Xenophon Cyri minoris libro secundo *Ζάβατον*, & libro tertio *Ζάτιον* nominat. Sed rescribendum *Ζάβατον* vt in priore loco. *Ζάβατον* factum videtur ex constructo דיבא *Diabat*.

Strab. l. 16.
Curt. lib. 4.
Plin. lib. 6.
cap. 26. Arrian. lib. 3.

Nicolaus Fullerus (vir doctissimus & in his minutiis mirè perspicax) *Ζάτιον* & *Ζάβατον* in Xenophonte putauit esse diuersos amnes: *Ζάτιον* esse maiorem illum quem *Diaua* esse diximus, & *Ζάβατον* minorem alterum qui Marcellino est *Hadiana*. Adeoque *Ζάτιον* mutat in *Ζάβιον*, & *Ζάβατον* in *Ζάβιον*, vt sic fiat *Zabes* minor, quia *צבן cation* Hebræis paruum sonat. Sed quod illius pace dixerim, hæc vtut ingeniosè conficta nihil habent solidi. Nam vt taceam *צבן cation* pro paruo Hebræam quidem esse vocem, sed Chaldæis plane ignoram: Certum est *Zaten* fluuium Xenophontis libro tertio, eundem esse cum *Zabato*, de quo libro secundo egerat. Ibi enim narrat Græcos è Parysatidis vicis cum excessissent, fluuium *Zabaton* attigisse, ad quem cum moras necerent, Clearchum imperatorem suum & præcipuos plerosque Duces Tisaphernis artibus in Persarum castra pellectos insigni prodicione fuisse interemptos.

Hæc libro secundo Xenophon. Tertio deinde telam retexens institutæ narrationis, refert Græcos hoc casu, vt par erat, valde percussos, & incertos quid agerent, tandem oratione suâ erectos & recreatos, animos resumpsisse, atque in mortuorum locum alios suffecisse Duces. Quò factò demum *Zaten*, id est *Zabaton*, de quo prius, instructo agmine traiecisse. *Zaten* porro seu *Zabaton* eundem esse cum *Lycos* patet cum ex amplitudi-

A ne; Nam describitur latus quatuor plethris, id est pedibus quadringentis: Tum quia illo traiecto nullus alius occurrit Græcis vsque ad montes Car- duchiorum præter torrentem sine nomine de quô dicitur infra.

B Alter Adiabenes fluuius isto minor כנ"ת Adianus multis apud veteres inclaruit nominibus, quæ explicare non est cuiusuis. Φύσκον Xenophon, & άωρεν Strabo & Ptolemæus, Βύμαδον & Βύμηλον Arrianus, Βύμηλο Curtius, Αβιτριν Plinius, & Ammianus Adianam appellat. Sed & in Ptolemæo Gorgus videtur idem esse cum Capro, & vnus amnis diuersis nominibus bis describi, quod ab illo non semel factum. Nam in illis locis alij nullum norunt fluuium alicuius nominis præter duos quos diximus.

Cyr. Min.
l.2. Strab. l.
6. Ptol. l.6.
c.1. Arrian.
Alex. l.3. &
6. Plin. l.6.
c. 26. Am-
mian. l.24.
Ptol. vb.
supra.


Interim pleraque hæc nomina præne eodem recidunt. 1. Phycus in Xenophonte est Chaldæum פחית Phechitz ad Græcam formam effectum. Nempe פחית rapidum & præcipitem sonat, & de aquâ propriè dicitur. Sic Gen. 49. 4. פחית פחית Præceps fuit ut aqua. 2. In Arriano Βύμαδον libro tertio est vox nihili, sed ex libro sexto rescribendum Βύμηλον, cui vicinum Βουμηλο apud Curtium. Quæ & ipsa corrupta sunt, sed facilè restituentur, si B & M transponantur, vt sic fiat Μύμηλον, id est מנהל Mubel, itidem à præcipiti cursu; Nam מנהל Mebael idipsum sonat. 3. Sic כנ"ת Hadiaba factum videtur ex Arabico כנ"ת Hadib eiusdem aut valdè vicinæ significationis. Gigeius כנ"ת (Hadaba) properauit: שיט אל כנ"ת res fluxit. אל כנ"ת (Alahdab) celeritas volatus, celeritas cursus. 4. Neque aliud est Γοργός, Hesychius: Γοργός δύνητος, τρυς. Item: Γοργύδων, τρυχων, αβύσσων. 5. Iam in Plinio pro Absyrtis quis non videt rescribendum esse Absyrtus, id est ΑΨυρτος, cuius nominis fluuius fuit in Ponto Cappadocico, qui idem vocatur Absarus & Apforrhus. Apforrhus autem aut resluum significat aut celeriter fluentem, prout vox deducitur vel ab αψ vel ab αψα. Scholiastes in Homerum Iliad. pag. 36.

C Σ αψύρτος εις τὸ πῖσω ρέοντες, ὑποχωροῦντες, ἢ τὴν τρυχὸν ρέοντες. Etymologicum: ΑΨύρτος, ὡς αὖτὸ αψ εἰς τὸ ρέον, πλεονασμῶ τὸ ο ἢ ὡς αὖτὸ αψα, αψύρ- ρος, ἀμφοτέρωθεν δύναντος (εἶ). Eadem habet Eustathius in Odyss. v. Itaque etiam nomen Apforrhous, vel quod idem Absyrtus, à præcipiti cursu deducitur. 6. Hûc denique pertinet quod idem fluuius Κάωρεν, id est Aper appellabatur, quod animal, quoties est accensa bilis, in venatores obuio multo cum impetu fertur:

D Et ruit oppositi nitens in vulnera ferri.
Ita de apro Ouidius in Halieut. & 8. Metam.
Hinc aper excitus medios violentus in hostes
Fertur, vt excussis elisus nubibus ignis.

Próinde suum & aprorum proprium est irrumperē συρρήγνυσαι. Iulius Pol- lux quo loco agit de cursu & pugnâ animalium lib. 5. cap. 15. Εἰποις δ' ἀδ' εἰλαφον θῆν, λαγῶν φύγην, σὺν δὲ κίωρεν συρρήγνυσαι Dices porro ceruum cur- rere, leporem fugere, suum & aprum irrumperere.

E Hæc de priscis Adiaux fluuij nominibus, qui videtur altero ideo fuisse rapidior, quia compressiore est aluco. Nam in pari longitudine latitudo



lib. 2. Cyr.
Min.

dispar admodum, vt ex Xenophonte patet, in quô alter est τετραπλασιον, id est quadruplo angustior.

Cl. 4. part.
6.

Apud recentiores, putâ Paulum Diaconum, Cedrenum, Callistum, authorem historiæ Miscellanæ, Zabæ nomen vtrique flumini commune est, Diauæ inquam & Adiauæ. Sed distinctionis ergo vocatur vnus Zaba maior & alter Zaba minor. Sic Arabs Geographus Senn & Haditham oppida describit ad Tigrim, illam ad Zab minoris, hanc ad maioris ostia, spatio millium xxxvi superiorem. Vnde docemur hi duo amnes quanto interuallo distent: saltem circa ostia. Itaque non satis capio quod ibidem additur: *Ceterum duo Zab sunt duo flumina magna, quæ quando in vnum coalescunt æquant, imo superant dimidiam partem Tigris.* Quomodo aut quando coalescunt duo amnes, si illorum ostia dissita sunt abinuicem passuum millibus xxxvi? An hoc voluit Tigrim vtroque auctum esse duplo ampliorem? Zaba corruptum ex *Diaua*, vt prius *Diaua* vel דְּבִיא דְּבִיא ex Hebraico דְּבִיא *Zeb*. Itaque *Zaba* & *Diaua* solâ dialecto differunt, & in Xenophonte *Zabatos* magis accedit ad *Zabam*. Quin & Ammianus lib. 18. pro *Diaua* habet *Zabam*: *Postquam, inquit, reges Niniue Adiabene ingenti ciuitate transmissâ in medio pontis Anzabæ; id est pontis ad Zabam.* An est Arabicum *an* quod nonnunquam sumitur pro *ad* vt Hebr. 1. 5. *an* *ad dextram*. Itaque quô locô dicitur *transitus fluminibus Anzaba & Tigride*, puto delendum *An* perperam præfixum voci *Zaba*, quia particula *an* ibi loci plane est superflua.

Ponti Anzabæ seu super Zabam ex opposito respondet ἡ τῆς Κάρου δὲ Λαοῦ Capri traiectus apud Strabonem lib. 16. Nam *ἡ τῆς Κάρου δὲ Λαοῦ* docti sciunt passim pro ponte sumi. Ad hos pontes, vt quidem puto, fuere portæ fluminum Niniues de quibus Nahum. 2. 6. *Portæ fluminum apertæ sunt* *ἡ τῆς Κάρου δὲ Λαοῦ* *propugnaculum est dissolutum.* Cui loco non parum lucis afferunt hæc Herodoti lib. 5. cap. 52. *Ἐν δὲ τῇ Φρυγίᾳ ἄλλοις ποταμοῖς ἐστὶν ὡς πόλις τε ἐστίν, τῆς διεξελθῆσαι πρὸς ἀνάγκη, ἐξ ἧς τὸ διεκπερῆν τὸ ποταμόν. Καὶ φυλακτῆριον μέγα ἐστὶν ὑπὸς Φρυγίαν accipit fluius Halys, cui imminent portæ per quas transire omnino necesse est, atque ita fluium traicere; propugnaculum magnum ad illum fuit.* Huiusmodi portas cum vicino propugnaculo ad Assyriæ fluuios prope Niniuem videtur describere Propheta Nahum.

Inter Diauam & Adiauam, id est Lycum & Caprum, præter Niniuem de quâ deinceps, Strabo & alij notant duo loca Darij & Alexandri prælio maxime illustria, nempe Arbela & Gaugamela, quorum Arbela est ad Caprum, Gaugamela inter duos amnes medio fere spatio prope montem Nicatorium quem ab euentu pugnae Alexander ita vocauit. Ibi enim verus prælij locus, non ad Arbela vt multi volunt. Vide Strabonem, Plutarchum, Arrianum, Dionem, Marcellinum &c.

Arbela Græci Scriptores nomen habere volunt à conditore Arbelo Athmoneci filio. Alij recentiores ab Arbelo prisco Assyriæ rege & Deo, vt quidem ex Cyrillo contendunt lib. 3. contra Iulianum. Sed fefellit illos Latina

A versio, quæ fecit Aibelum ex ἀῖβη Βήλως. Ita enim est in Græco textu: ἄβη ἢ ἀῖβη, ἢ Ἀσσυρίων γῆς βεβαπλῶκεν, ἀπὸ ἀβῆων ἢ ἀβῆων ἀβῆ Βήλως; Quod & à nouo interprete, viro doctissimo rectè redditum: *Primus hominum terræ Assyriorum dominatus est, et arrogans et elati supercilij, Belus.* Sed אַבְלַי Arbela vocem Chaldæi vsurpant pro populorum colluic. Plurale אַבְלַיִן *arbelaïn* reperitur in Chaldaicâ paraphrasi Cant. 1. 9. pro miscellaneis turbis. An hinc Aibelæ dicantur alij videant.

Gaugamela Strabo & Plutarchus perperam exponunt *Cameli domum.* Malim *Cameli collem*, id est אַבְלַיִן-גַּמְלָא *Gab-gamela*. Nam ex Strabone liquet in proximo fuisse montem Nicatorium, qui fortè ante Alexandrum vocabatur *Cameli collis*. Quamuis aliud succurrat, quod puto esse verius, אַבְלַי *geua* Chaldæis est exigere, אַבְלַי *gabbaï* ὁ τελῶντης tributū exactor, אַבְלַי *gaui* vel אַבְלַי *genia* collecta, tributū exactio. Hinc igitur אַבְלַיִן אַבְלַי *gaue gamela* (quomodo distinctis vocibus se legisse scribit Hermolaus Barbarus in Plinij MSS optimæ notæ) erunt Cameli tributa siue census. Nempe ut testatur Plutarchus, τῶν πάλαι πρὸς βασιλέων ἐκφυγῶν πολεμίων ὅτι καμῆλα δρομάδος ἐστὶν καὶ κρηίδρυται αὐτῶν ἀποτάξας τινὰς κώμας ἢ πορθῶντας εἰς τὴν ὀπίμην πρῶτον Regum aliquis qui hostes effugerat camelo dromade vectus, illum ibi collocauit certis vicis et vectigalibus in eius curam attribatis. Illa vectigalia vocabantur אַבְלַיִן אַבְלַי *gaue gamela* vectigalia cameli, vnde loco nomen factum. Priscum illum Regem Strabo Darium esse scribit Hystaspis filium cuius regia Sadrace prope Arbela Sadraci cognominis vni è tribus Danielis contubernalibus.

Circa eadem loca Strabo describit Naphtæ fontē, & ignis scatebras, ἢ δὲ τὸ Ἀναΐδος ἱερὸν ἐν Ἀναῖα *templum*, id est Anaitidis, de quâ idem Strabo alibi passim, & Agathias lib. 2. & Pausanias in Laconicis, & Plutarchus in Artaxerxe. Ex quibus corrigendus Clementis locus in Protreptico de eodem Artaxerxe: ὅς ἐστιν ἄφ' ἑσθίας Ταναΐδος τὸ ἀγαλμα δρασθῆσας ἐν Βαβυλωνίῳ, ἢ Σύσις, ἢ Ἐκβατανίσις, ἢ Πέρσης, ἢ Βακτρίας, ἢ Δαμασκόῳ, ἢ Σάρδεσιν ἢ Ἐφέσῃ *quæ primus erectâ Veneris Tanaidis statuâ Babylone, et Susis, et Ecbatanis, et in Persis, et Bactris, et Damasci, et Sardibus Deam ostendit esse colendam.* Pro Ταναΐδος reponendum Ἀναΐδος. In quâ emendatione non debuit hæsitare vir doctus. Nam præter Persicam illam Anaitidem, de quâ præter Strabonem Agathias libro secundo etiam Ecbatanis Anaitidem fuisse cultam ex Plutarcho scimus, & Susis, & in Lydiâ vbi Sardes ex Pausaniâ. Et in illius cultum Artaxerxes quam fuerit propensus inde colligas, quod celebrem illam Aspasiâ Cyri olim concubinam, cuius formam & reliquas dotes tam multis deprædicat Ælianus in variis initio lib. 12., creauit sacerdotem, vt præficeret templo Anaitidis Ecbatanenæ. Nec quenquam mouere debet quod Anaitidem alij Venerem, alij Dianam explicant. Nam rarò sibi constant prisci scriptores, cum peregrina numina Græcis nominibus efferunt. Anaitidem multi Dianam esse voluerunt, quia communi fano cum deo Ἰσὴν Ὄμω, id est Sole colebatur; vt testatur Strabo lib. 15. Vicissim alij Venerem esse maluerunt, quia infami ritu virgines in illius templo prostabant, vt idem

Plut. in
Artax.

vid. Scal. in
Catul. p. 96.

refert in fine libri vndecimi. Ceterum ex loco Strabonis in quo versamur, in quo A'vaja *Anaa* vocatur quæ aliis Anaitis, restituenda sunt loca de eadē Anaitide 2. Macchab. 1. 13. 15. In iis enim pro A'vaja scriptum Νδρῶα. Nempe in his verbis *Ἐν τῷ Νδρῶα*, N initio vocis assumptum ex fine præcedentis; inde ortus error latius se propagavit; Nam & eodē versu legitur *Ἐν τῷ Νδρῶα ἰερω*, pro τῷ A'vajas, vt in Strabone; Et vers. 15. *τῷ Νδρῶα*, etiam sexu mutato.

Est & circa Arbelam & Caprum amnem ὁ Κυπρῆσιος *Cypressetum*, vt notat Strabo. Quod non temerè prætereundum est. Nam, si coniecturæ locus est, in eò Cypresseto Noe fabricauit arcam; Saltem id probare conati sumus libri primi cap. quarto, argumentis, vt putamus, non profus contemnendis.

De Assyriæ locis Plinius lib. 6. cap. 26. paucis verbis multa habet quæ nemo alius: *Gordyæis*, inquit, *iuncti Aloni*, per quos *Zerbis fluuus in Tigrim cadit*, *Arzones*, *Silices montani* & *Orontes*. Quorum ad Occidentem oppidum *Gaugamela*. Item *Sue in rupibus*, *supra Silici*, *Classitæ* per quos *Lycus ex Armeniâ fertur*; *Absitris ad hybernium exortum*, *Arzobis oppidum*. Gordyæos iam diximus occupasse montes Ararat quos Chaldæus interpres appellat montes קרדו *Kardu*, & Xenophon Καρδύναρον, vbi Ptolemæi Niphates. His Gordyæis iuncti *Aloni* per quos *Zerbis in Tigrim cadit*. Aloni nempe occuparunt campestem vallem Inter Gordyæos montes & Lyci ostia. Chaldaicè dicebantur חלון *Heluan*, quia חלה *hela* est vallis:

Cyr. Min. lib. 4.

Vid. Aruc in כ"ד

Cyr. Min. lib. 3.

Vid. Psa. Syr. 27. 5. & 40. 3. Et Apoc. 6. 15. 16. &c.

Talmud in tractatu *Kiddushin* חלון וזבור וזבור וזבור וזבור *in Halach id est Gheluan*, & *Chabor id est Hadiab* (Adiabene) Dicerem ab חלה *allon* vel *elon* dici *Alonos* si tam Chaldæi quàm Hebræi pro valle vsurparent. *Zerbis* per *Alonos* in *Tigrim* fluens videtur esse Xenophontis *Χαργεγ* *torrens*, quem transmissio amne *Zabato* Græci reperere secundis castris. Nomen à verbo זרב *zerab* vel *zarab* quo non Chaldæi solùm, sed & Hebræi vtuntur & Arabes. Propriè significat effluere more torrentis. Inde Iob. 6. 17. de torrentibus, זרבו בעת ירבו *tempore quò effluunt*. Iam qui sequuntur *Silices montani* ex argumento sic dicti; Chaldæis enim סלס *selac* est ascendere, & סלקס *selica* ascensus. De *Gaugamelis* iam dictum. Huic proximum oppidum *sue in rupibus* nomen habet merè Chaldæum; Nempe שוע *sua*, vel vt veteres *Sue*, rupem significat. Vox est Syris in multo vsu, sed & Chaldæis Pro. 30. 19. על שוע *super petram*. *Classitæ* per quos *Lycus* ex *Armenia* fertur, melius dicerentur *Calachitæ* vel *Calacheni* à *Calach* כלח *vibe* quam condidit *Nimrod* Gen. 10. 12. Vnde *Calachene* regio in eodem situ *Straboni* & *Ptolemæo*. Pro *Absitri* iam monuimus legendum esse *Absyrtum*, id est *Caprum*, cuius scaturigines *Ptolemæus* describit ad *hybernium exortum* *Calachenes*. Hæc obiter notare visum est in locum *Plinij* valde obscurum.

Est & in *Strabone* locus de *Adiabenis* quæ doctissimus *Casaubonus* præteriuit intactum: *καλουσῶν δὲ ἡ Αδριαβῆσι καὶ Σακκῶδες*, in quem vir maximus ad *Solinum* ita scribit: *Haud scio quare sic dicti, nisi si quod suspicor. Græci Αδριαβῆσι putarunt nominatos, quasi ἄδριαβῆσι impotes, qui*

A
B
C
D
E

A minime possent crura diuaticare ad ambulandum, haud sicus ac si pedes ambo intra saccum conditos haberent ἢ συμβεβηκότες. Hæc ille quidem acutè vt solet. Tamen ego aliud suspicor, nempe mendosè scribi Σαυκίπιδες pro Σαυκίποδες; Et vocem ignoram librariorum corrupisse. Σαυκίποδες Hesychio sunt ἀλέγποδες, id est ἀλέγ βαίωντες, qui infracto gressu & suspensio mollitiem animi præ se ferunt. Hinc Suidæ ἀλέγ βαίων est Ἰσχυρομένος deliciis fractus; Et Hesychio ἀλέγ βαίων est Ἰσχυρομένος qui molliter & delicatè viuit. Nempe mollis incessus mollem & effœminatam vitam arguit. Estque id vitium frequens fœminis quæ liberalius educatæ sunt, & in lautiore fortunâ. Sic in Medeâ Euripidis Glauca Creontis filia regis Corinthiorum,

vctf. 116.

--- διέρχεται
 ἔρχεται, ἀλέγ βαίων πρὸς ἀμβύλω ποδί.

---- ambulat

Per tecta, gradiens molliter pede candido.

B Et Propertij Musa:

--- digitos & lumina nigra puella,

L. 2. vctf. 499

Et canit vt soleant molliter ire pedes.

C Sic filia Sion Es. 3. 16. ibant וטפוף וליך, id est iuxta Aben-Ezram חט חלה in-
 cessu molli & tenero puerorum instar; Fortè etiam ab equis sumptum:
 nam Arabicè فرس سفاه est equus leniter incedens. Sic Propheta statim addit
 metaphorâ ab equis sumptâ, וברגליהם ἢ pedibus suis quasi compe-
 dita erant, nempe vt equi qui tolutim incedere docentur. Hieronymus
 recte reddidit, composito gradu incedebant; Nisi quod versio ambigua est,
 & compositus gradus videtur potius cedere in laudem contra Prophetæ
 mentem. Sed compositum gradum multo aliter ab eò accipi docet nota
 hæc apposita: Vt composito incedant gradu, non naturam sequuntur ducent,
 sed histriones redimunt præceptores. Itaque compositus gradus ibi sumitur
 pro affectato. Muliebrem hanc mollitiem graphicè exprimunt verba Mosis
 Deut. 28. 56. quamuis non citra hyperbolem: Mollis in te & delicata,
 que non tentauit plantam pedis sui figere super terram præ deliciis & præ
 D mollitie. Græci optimè: ἡ ἀπαλὴ ἐν ὑμῖν ἢ ἡ Ἰσχυροσύνη, ἢ ἡ ἀπαλὴ ἐλαβεν ὁ
 ποὺς αὐτὸ βαίον ὅτι τὸ γὰρ ἀπὸ τῶν Ἰσχυροσύνη ἢ ἀπὸ τῶν ἀπαλότητη. Molliti-
 em illam Chaldæi duo interpretes Ionathan & Ierosolymitanus אהיהוה vo-
 cant vel אהיהוה voce maximè propriâ. Nam אהיהוה verbum apud Arabes pro-
 priè significat molli incessu progredi. Ita explicatur in Giggeio. Quod si ne
 in fœminis quidem ferenda est hæc mollities, in viris multo minus. Ele-
 ganter Cicero lib. 1. de officiis: Cauendum autem ne tarditatibus utamur
 in gressu mollioribus, & pompæ ferulis similes esse videamur. Quod imi-
 tatus Ambrosius ita scribit: Sunt etiam qui sensim ambulando imitantur hi-
 strionicos gestus, & quasi quædam ferula pompæ & statuarum mo-
 tus nutantium, vt quotiescunque gradum transferunt, modulos quosdam scra-
 nare videantur. Talis de quo Poëta vetus apud Suidam:

de offic. 1. 7.
cap. 18.

Εὐκρίως ὄντως ἀλέγ βαίων ἐδόν
 Is ire molli pol videbatur gradu.

2 Sam. 17. 32.

verf. 955.

Vid. 2. Reg. 21. 33. & Zach. 10. 11.

Cyr. in Nahum. 2.

Et Agag Rex Amalek qui venit ad Samuelem *in deliciis*, delicatè incedens. Chaldæus habet *מפנן* lasciuens, *δεντροφωδν*. Et Kimchius: *מפנן* *in deliciis*, quasi dicat, *Et si esset morti proximus, tamen iuit ad eum* *בנאח* *cum fastu*. In eò numero denique Persæ & Assyrij, quos in Æschyli Persis Rex Xerxes ita compellat: *Γούη' ἀλεβλάται* *gemite ô molli incessu viri*. *Αλεβλάται* iidem qui *Αλεβλάτες* & *Σαυκεβλάτες*. Nam quomodo *βλάτης* & *πύς*, ita etiam *αλεβλάτης* & *σαυκεβλάτης* sunt voces synonymæ. Hesy-chius *σαυκεβλάτης* exponit *αλεβλάτης*, *εργαφωδν*, *ἀκρον*, *ψυφωδν*, *σεμνόν*, *σβαρόν* *mollem, leuem, summis pedibus insistentem, deliciosum, grauem* (id est ostentabundum) *cum fastu incedentem*. *Ακρον* propriè summus est; Nos hîc sumimus pro eò qui *ἀκροῦ* *τῆς ποσσὶν ὀπιλάτης*, quod Græce est *ἀκρίζον*, *ἀκροβάζον* & *ἀκροβατίζον*; Id autem ad fastum & pompam pertinet, aut etiam ad delicias. Vtroque vitio Assyrios laborasse non diffiteor. Tamen quisquis Ninyæ legerit & Sardanapali vitam, atque aliorum Assyriæ Regum, potius ad mollitiem & luxum referet hoc epithetum quam ad fastum & superbiam. Proinde Assyrios Cyrillus dicit *ὡς μὲν δαυ καὶ οὐκ ὡς κοίτης* *ornari instar puellarum*. Et Niniuitas pro fœminis habet Nahum, Niniuem ita compellans: *Ecce populus tuus mulieres in medio tui*. Itaque Assyrios etiam in incessu mulierû mollitiem expressisse verissimile est: atque eòdem sensu *Σαυκεβλάτης* vulgiuerbio dictos quò ab Æschylo *Αλεβλάται*. Iulius Firmicus hæc animi vitia perperam in astra rejicit, scribens eos qui Pleiades habent in horosco-po *molliter ambulantes vestigia suspendere eosque pœnitere quod viri nati sint*. Iam ad Niniuem.

CAPVT VIGESIMVM.

Niniue, נין

Niniue, vulgo *Ninus*, Ptolemæo *Νινω*, Ammiano *Ninene*, à Nino vel à Ninya Nini filio. Terræ & vrbes vocantur possessorum nominibus Gen. 4. Pl. 49. 12. Assyria terra Nimrod Mich. 5. 6. Lucianus Niniues locum negat posse indicari, Alii ad Euphratem, alij ad Tigrim describunt. Et horum alij ad occasum al j ad ortum Tigridis, quorum rursus pars supra & pars infra Lycum. Quin Herodorus, Diodorus & Ammianus modo Euphrati modo Tigri Nini-um admouent. Probatur duplicem esse Ninum, ynam ad Euphratem in Comagenâ, alteram in Assyriâ trans Tigrim. De priore Philostratus lib. 6. ex Dami inde oriundo, & Ammianus lib. 14. Et Suidas in *Νινω*, quæ vocatur vetus Ninus. Plinius posteriorem ponit ad occasum Tigridis, vbi hodie *Mosul*. Sed Nubiensis & Benjamin docent inter *Mosul* & Nini rudera Tigridem esse interiectam. Fullerus perperam negat Niniuem fuisse ad Tigrim, cum pæne omnes veteres disertè id asserant; nec debuit Ptolemæo Strabonem opponere, cum de situ Niniues idem vterque statuât, nempe Niniuem esse supra Lycum. Tamen ab Ammiano, & Diacono, & Beniamine ponitur infra Lycum. Forte Ninus quæ tum extabat, non fuit in eodem loco in quo vetus illa Ninus: Aut plane ignoratur locus Niniues iuxta id quod prædixerat Nahum. 1. 8. & 3. 17. Niniue vrbs magna Deo Ion. 1. vt *Moses* *αὐτῶν τῶν ἑβραίων*. Act. 7. 20. *bylone*, omnium vrbiũ malto maxima. Longitudo, latitudo & ambitus. Murorum altitudo & latitudo; quot annis condita, conditorum numerus. Tumulus immensi operis ibi excitatus à Semiramide. Ambitum stadiorum CCCCLXXX seu milliarium LX triduanum iter sum. Duodecim infantum myriades Niniue. Seleuciarum hominum DCM. Thebis Aegyptiis DCC-CCM. Sybari armata hominũ millia CCCM. Carthagine hominum DCCM. Agrigenti DCCCM. Empedoclis. In insulâ Aeginâ CCCCLXXM. Hierc solymis Pæse hæc tēpore tricies centena hominum millia. Niniue peregrinis ius cinitat is indultũ. Niniuitæ multiplicabantur vt bruchi Nahum 3. 15. *Cur piscina aquarum* Nahum. 2. 8. *Aque* pro populis, *Gloria* pro multitudine. Fossæ

A Fossæ incisæ circa Niniuem. Niniue tam à Cyaxare vel Assuero quam à Nabuchodonozoro subuersa, & quo anno. Locus Drusij. Niniue diu iacuit. De eius excidio multi scriptores. Herodotus corrigitur. Alia Niniue recentior, etiam ipsa exhausta vicinitate Mosal in parte oppositâ Tigridis.

B **N**iniue Græcis & Romanis scriptoribus est *Ninus*. Tamen illis nomen Nineues non fuit plane ignotum. Ita enim Ptolemæus lib. 8. ἡ μὲν Νίνος, ἡ δὲ Νινίτις: Et Ammianus lib. 18. *Postquam reges Nineue Adiabenes ingenti ciuitate transmissâ &c.* נִינְוֵה *Nineue* dici putatur quasi נִינְוֵה-נִינְנָה *Ninnane*, id est Nini habitatio, vel à Nini filio Νινώα. Vt hîc sit illustre exemplum vanitatis illius quam notat Psaltes Pl. 49. 12. תִּרְאֶוּ שְׂמֹחִים עַל יְרֵמֹתָם *terras appellant nominibus suis*. In quem locum recte Selomo: *Terras id est domos quas ædificant, ut sui sint monumentum: Sic Gen. 4. Cain vocauit urbem nomine filij sui Enoch, & Antiochus condidit Antiochiam, Seleucus Seleuciam.* Caini exemplum maxime est ad rem, quia Ninus Nimrodi filius ut Enoch Caini fuit: vterque autem urbem à se cõditam appellauit non suo sed filij nomine: Sic Assyria vniuersa vocatur terra Nimrod Mich. 5. 6. Quod illi nomen inditum à Nimrode verissimile est. Sed Assyrij maluerunt patris sui nomine appellari.

C Hæc de nomine: iam de situ. Lucianus in Dialogo cui titulus Ὀπισκοπιώτες, Ninum ita periisse scribit, ut nullum illius superfit vestigium, nec eius locus possit indicari: ἡ Νίνος μὲν ἀπόλωλεν ἤδη, ἡ δὲ σὺν ἰχθὺς ἔτι λυγρὸν αὐτῶν, ἡ δὲ ἀπὸ τῆς ὀψὲς ποτὶ λῶν. Et verò de loco Niniues

Historici certant, & adhuc sub indice lis est.

Et in eo indicando est quod miremur veterum leuitatem pæne dixerò defultoriam. Alij enim ad Euphratem describunt, ut Ctesias & Diodorus, alij ad Tigrim ut Arrianus & Eustathius. Atque hi rursus multifariam diuisi. Ninum enim ad occasum Tigridis in Mesopotamiâ solus ponit Plinius, alij ad ortum; Sed pars supra Lycum ut Ptolemæus, pars infra Lycum versus Arbela ut Strabo & Ammianus, si quidem Fullero credimus. Quid quod horum singuli sibi non constant, & de situ eiusdem urbis scribunt plane *ἀσάτα*. Herodotus libri primi cap. 185. obiter de Nino locutus, Euphratem amnem fluere scribit *ἡ δὲ πόλις μέσῃς per mediam urbem*. Sed id recantat idem his verbis cap. 193. eiusdem libri: *ἡ Τίγρις παρὰ τὴν Νίνον οὐκ ἔστι Τίγρις ἀδὲ ποταμὸν καὶ ἄρῃον τὴν Νίνον Τίγρις fluium Ninum præterfluentem*. Par inconstantia in Diodoro, qui cum libro secundo dicat Ninum fuisse conditam super Euphratem *ἡ δὲ τὴν Εὐφράτιν ποταμὸν*. Tamen idem lib. 17. ait Darium studuisse ut *ἡ δὲ τὴν Νίνον* circa Ninum dimitaretur, quod latissimi ad eam campi explicandis commode ordinibus numerosi exercitus essent aptissimi: Et castra metatum esse *ἡ δὲ τὴν Νίνον* τὴν ὀνομαζομένην Ἀρβηλα ad vicum nomine Arbela. Quod idem est ac si Ninum in Adiabene prope Arbela esse scriberet, quò locò fuit conflictus Darij cum Alexandro. Ammianus videtur agi eòdem spiritu vertiginis. Ninum enim lib. 14. ponit circa Euphratem in Comagenâ prope Samosatam & Hierapolim. *Comagena*, inquit, nunc Euphraten sis clementer adsurgit, Hierapoli, vetere Nino, &

Diod. l. 2. p. 65. Arrian. Indic. Eust. in Dionys.

pag. 61.

pag. 59.

Samosatâ ciuitatibus amplis illustris. Sed idem lib. 18. tanquam sui oblitus
 Adiabenæ Ninum adscribit his verbis: *Reges Ninive Adiabenæ in genti
 ciuitate transmiffâ.* Et rursus lib. 22. *In hac Adiabenâ Ninus est ciuitas, quæ
 olim Persidis regna possederat.* Non video hæc aliter posse conciliari quam
 si dicatur duplex fuisse Ninus: Vna ad Euphratem in Comagenâ, altera in
 Assyriâ trans Tigrim, quas licet diuersissimas, tamen promiscuè sumunt
 scriptores, passim Euphratensi tribuentes quæ propria sunt Transigrita-
 næ. Hæc coniectura firmatur ex Philostrato, in quo Apollonius, ex Antio-
 chiâ in Mesopotamiam iturus, transit per antiquam Ninum. Philostrati
 verba sic habent ex versione Rhinuccini, nam Græca non sunt ad manum,
*Antiochiâ discessit, duobus tantum famulis comitatus &c. Cum his profes-
 titus ad antiquam Ninum peruenit &c. Post hæc in Mesopotamiam venientes,
 ab eo qui ponti custodiendo præfectus erat, quid mercium secum ueherent in-
 terrogati sunt.* Vides, lector, hanc Ninum in Syriâ fuisse cis Euphratem,
 illi attiguam & ponti iunctam. Quæ descriptio non potest non esse vera,
 quia illam hausit Philostratus ex Dami Apollonij discipulo & perpetuo
 peregrinationum socio, quique adeo ex hac ipsâ Nino erat oriundus, vt
 Philostratus pluribus ibidem refert. Omnino igitur præter Ninum Assyriæ,
 alia in Syriâ fuit prope Euphratem, quæ illa ipsa est Ninus de quâ nuper
 Ammianus: *Comagena nunc Euphratensis clementer assurgit, Hierapoli,
 vetere Nino, & Samosata ciuitatibus amplis illustris.* Vbi notandum ap-
 pellari veterem Ninum, quomodo etiam à Philostrato qui sic de Apollo-
 nio: *Ad antiquam Ninum peruenit.* Et à Suidâ in *Damis*, Δάμιος (inquit)
 ἄλλοτε ἐστὶν ἄσσοπος, ἢ δὲ ἀπὸ τῆς οὐρανίας Νίνου. *Damis vir non indoctus, incolâ
 Nini veteris.* Nempe sic appellabatur ἄσσοπος, vt in Phœnicæ Palætyr-
 rus, & Palæbiblus: In Cypro Palæpaphus; in Cariâ Palæa Myndus; In Io-
 niâ Palægambrium; in Phrygiâ Παλαίον Βόλδον; in Troade Palæpercote; in
 Thessaliâ Palæpharsalus: in Campaniâ Palæpolis non procul à Neapoli. Sic
 ad Euphratem fuit *vetus Ninus* ab alterâ Nino diuersa. At cur vetus? Au-
 credibile est Euphratensem illam Ninum vetustiorē fuisse Assyriacâ Ni-
 no quam condiderat Nimrod? Non puto; Sed è synonymis vrbibus illi
 quæ erat obscurior id potuit in solatium tribui vt antiquior diceretur. Vt
 vt res se habeat hoc credo iam clarè patere geminam esse Ninum; atque id
 ipsum veteres in errorem induxisse, qui Euphratensem ita describunt,
 ac si fuisset nobilis illa Ninus, imperij caput, vrbium longè maxima.

Nos Euphratensi valere iussa, alterius verum situm indicare conabimur.
 Plinio ponenti Ninum ad Tigris occasum, id est in Mesopotamiâ, multi
 hodie assentiuntur, quia ibi est *Mosal*, quam putant esse Ninum. Sed lo-
 corum periti monent inter Mosal & Nini rudera Tigrim esse interiectum.
 Geographus Nubiensis: *Mansel est vrbis ad occidentalem Tigris partem ex-
 tructa, habetque tentoria ampla & prouincias magnas, ac præ cæteris
 vrbis territorium Lino (id est Nini) vrbis vetustissima, sita ab Orientali latere
 Tigris è regione Marse!* Benjamin Iudæus: *Hinc biduo profectus sum
 Almoxalem quæ est Assur magna.* Et paulo post:
 ויהי וישבה על נהר חדקל ובינה ובין נינוה הנשר לבד
 Sita autem est ad flumen Tis-
 grim, & inter illam & Ninivem pons tantum intercedit.

lib. 1. c. 13. &
14.Clim. 4.
part. 6.

p. 61. & 62.

- A Hactenus res est manifesta. Sed ex quâ parte fuerit Lyci amnis qui exit in Tigrim, non vsquequaque constat. Ptolemæum Fullerus egregie falli asserit, cum supra Lycum ponit ad Tigris ortum. *Neque enim, inquit, ad Tigrim extructa erat Ninus, sed ad Lycum amnem &c. Neque verò cis Lycum ad Occasum, sed in regione ulteriore ortum versus, ut est apud Strabonem granem & locupletem sane auctorem.* Hæc vir egregie doctus, quæ vtut proferat tanquam ex tripode dicta, tamen sunt valde incerta, aut etiam aperte falsa. Certe non debuit negare Niniuem fuisse ad Tigrim; cum præter Pliniû & Ptolemæum, Herodotus etiam id asserat disertis verbis libro primo & secundo, & Arianus in Indicis, & Eustathius in Dionysium pag. 125. & Haitho Armenus in libro de Tartaris cap. 11. & Geographus Nubiensis climatis quarti parte sextâ, & Benjamin Iudæus itinerarij sui pag. 62. Tanto veterum consensui se opponere parum tutum est, nisi inuictæ rationes suppetant; At Fullerus nullas habet, ne verissimiles quidem, quod illius pace dixerò. *Ad Tigrim, inquit, Ninus non erat, sed ad Lycum.* Hæc opponit vt *ἀσβήτα*, cum nihil pugnent. Potuit enim esse Ninus ad vtriusque confluum. Quod sequitur de Strabone, illum trans Lycum ortum versus Ninum describere, viro docto non excidisset, si Strabonem attente legisset, qui haud dubie Ninum ponit in eodem situ cum Ptolemæo, hoc est cis Lycum. Quod aperte colligitur ex illis ipsis verbis quæ ex Strabone profert Fullerus: *Trans Lycum verò Aturiæ campi Ninum circumiacent: ibi enim trans Lycum non dicitur esse Ninus respectu nostri, sed respectu Arbelorum, quæ Strabo & alij describunt ad Orientem Nini inter Lycum & Caprum. Aturia, inquit, similis est iis locis quæ circa Arbela sunt, & Lycum flumen intermedium habet. Arbela enim ad Babyloniam pertinent & iuxta eam sunt. Trans Lycum verò Aturiæ campi Ninum circumiacent.* Hoc vult Strabo Lycum diuidere Babyloniam ab Aturiâ, adeoque Arbela & Arbelitem non pertinere ad Aturiam, sed ad Babyloniam, quia inter Arbelitim & Aturiam in quâ est Ninus, Lycus est intermedius. Nunquid hæc ipsissima est Ptolemæi sententia, in quo Lycus Arbelitim à Nino diuidit, cum Fullerus tam Ninum quam Arbela includat inter Lycum & Caprum. Illi igitur Strabo non minus aduersatur quam Ptolemæus.

Tamen certum est Ammianum & Paulum Diaconum Fullero consentire, cum ille Persarum reges ex oriente venientes Niniue transmissâ scribat pontem Anzabæ transisse; Hic Heraclium in orientem proficiscentem traiectô Zabâ castra metatum esse iuxta Niniuem. Omnino igitur Zaba fluuius, qui cum Lycoplane idem est, vt multis probauimus, occidentalius est Nino. His Benjaminum addo qui à Niniue dicit Arbelam vnâ parasangâ distare, id est passuum quatuor millibus.

Itaque hoc vnum superest, vel vt Strabonem & Ptolemæum dicamus ignorasse verum Nini situm, vel vt Ninum urbem, quæ Ammiani æuo & deinceps per aliquot sæcula durauit, negemus in eodem loco fuisse in quo prisca Ninus quam Medi pridem exciderant. Res non est sine exemplo vt vibs mota sedibus suis retineat priscum nomen. In vicinâ regione, id Babyloniam accidisse & Bagdado & Corchæ iam probauimus. Proinde omnibus

expensis, hoc vnum scimus nos hâc in parte nihil scire certi, donec ali-
 cunde plus lucis affulgeat. Tantum hoc constat Ninum ad Tigrim fuisse
 versus ortum, nec procul à Lyco flumine. Sed ex quâ parte Lyci, an à
 dextris aut à sinistris res est adhuc in ambiguo. Ita compleri oportuit
 Prophetæ Nahumi de hâc vrbe vaticinia cap. 1. vers. 8. *consummationem fa-*
ciet loci eius, id est Niniuem Deus ita delebit, vt ne locum quidem eius
 quisquam agnitus sit. Et cap 3. vers. 17. *non agnitus est locus eius* (Nini-
 ues) *ubi fuerint* (Niniuitæ) Quod ipsum est in Luciano: ἡ δὲ ἐν Ἰχθὺ ἔστ
 τοῖσιν ἀντὶ ἡδὲ ἀπὸ τῆς πύλης οὐκ ἔστι πόλις. Proinde puto doctos se fatigare frustra
 in loco Niniues præcise definiendo.

Ion. 3. 3.

De magnitudine Niniues tria habentur in Ionâ non leuiter præcreun-
 da. Primo magnam esse urbem, & quidē *magnam Deo* ללהלל, LXX recte ὡ
 ἡ: Quam vocem vulgatus interpres cur omiserit nullus capio, cum sit ma-
 ximi momenti, nisi quod librarios perculit nouitas locutionis. Liueleius
 post Hieronymum & Kimchium reddidit *vrbs magna Dei*, id est diuina.
 Ac si *lamed* præfixum voci *elohim* cō locō genitiui sit nota non datiui, vt
 in מבור ליהוה. Sed obstat, nisi fallor, epithetum גדולה interiectum inter
 ער & ללהלל. Illi optime interpretantur qui hanc locutionem conferunt
 cum alterâ huic plane geminâ de Mose Act. 7. 20. ἡ ἄστρον ὡς ἡ ἔρα *erat*
venustus Deo, id est summe venustus. Et Ruth 2. 20. הוא ברוך הוא ליהוה *benedictus*
fit ille Domino, id est summe benedictus. Ita hoc loco *vrbs magna Deo* est
vrbs multo maxima. Chaldæus interpres recte ad sensum *vrbs magna* ם קר
coram Domino, quomodo Nimrod vocatur *magnus venator coram Domino*,
 id est reuera magnus, & ex iudicio Dei ipsius, qui res videt intrinsecus,
 & ex veritate æstimat.

Hæc ita reddita cum sequentibus rectissimè cohærent; *vrbs erat magna*
Deo (multo maxima) *itinere trium dierum*. Magnitudo vrbs ex ambitu
 præsertim æstimatur, non ex solâ longitudine. Itaque cum Niniue magna
 dicitur itinere trium dierum, recte monet Aben Ezra intelligi סביב הסרינה
vrbs ambitum. Ita etiam Hieronymus: *Ciuitas magna* ὅταντι ambitus,
 ut *vix trium dierum possit itinere circumiri*. Et Cyrillus: Εὐρδαν ἔπειν πλὴν
 πόλις, ἡ εἰς τὸ μέγας ἐκτεταμένη, ὡς δὲ διὰ πορείας ἡμερῶν τετῶν εἴ τις ἐλθὼν
 τὸ δευροσείν *cum esset vasta vrbs, & eō magnitudinis extenderetur, ut si quis*
eam circuire vellet, triduo indigeret. Et Theodoretus: Τινὲς μὲν εἰς τὸ χῶρος
 ἐξήληφασιν τὴν πόλιν τετῶν, ὡς τετῶν ἡμερῶν ὁδὸν ἡμέτερον τὸ μήκος ἡ δὲ
 ὄρος ἐχέσιν. Τινὲς δὲ ὡς τὴν κερύθρονος ἀπὸ τετῶν ἡμερῶν ἀπασαν δευροσείν δύνα-
 μέν τὴν πόλιν *Quidam de regione acceperunt, quæ vrbi subiecta erat, ut*
quæ trium dierum iter tam longitudine quam latitudine contineret. Quidam
verò Prophetam prædicantem triduo potuisse totam urbem circuire intelligunt.
 Hactenus Theodoretus, qui horum sententiæ profitetur se accedere; Ita
 tamen vt videatur illud suum δευροσείν multo latius extendere quam oport-
 teat, ac si potuerit Ionas tam vastæ vrbs ἀγορῆς ἡ ἀγίας ἡ ῥύμας fora &
 compita & vicos triduo obambulare. Quod quisquis serio perpendet
 quanta fuerit vrbs Niniue, non facile illi concesserit.

lib. 16:

Strabo qui Babylonis ambitum definit stadiis cccLxxxv Ninum ta-

A menasserit multo fuisse ampliolem; Η' μὲν δὲ Νίνου πόλις &c. πολὺ μείζων
 ἢ Βαβυλωνίου. Addit Diodorus illius conditorem Ninum id sibi pro-
 posuisse ut urbem extrueret tantæ magnitudinis, ὥστε μὴ μόνον ἀντικεῖται μεγάλῃ
 ἢ ἑταίρῳ ἢ ὅτι ἄλλῃ, ἀλλὰ μηδὲ τῶν μετὰ τὴν ἐπέστησεν ὁπλοδω-
 μένων βασιλέων αὐτῶν ὡς οὐκ ἔστιν ὡς ut non solum urbium quæ tum temporis per totum
 orbem extabant esset maxima, sed neque posterorum ullus quicquam moliri ma-
 ius facile aggredieretur. Et paulo post: Τηλικούτων πόλιν ὅσῃ ἰσὺς ἐπέστη κα-
 τὰ τὸ μέγεθος τῆς Βαβυλωνίου, καὶ πάλιν ὅτι τῆς μεγάλου περιπέριου τalem urbem
 nemo condidit deinceps, neque magnitudine ambitus, neque manium magni-
 ficentiâ. Res ex descriptione patebit, qualis ibidem extat. Longa erat cl.
 B stadiis, lata xc; Mœnium ambitus stadiorum cccclxxx; Altitudo pedum
 centum, latitudo quam tres currus simul perambulant. Turres in mœni-
 bus mille quingentæ altæ pedum ducentorum. Proinde Cyrillus in Na-
 hum 2. ἀπόρητον τῆ πόλιν ὅτι τῆς τῆς μεγάλου περιπέριου ὡς μάλιστα πεποιημένον
 murus urbi erat inexpugnabilis supra quam dici potest, magnificè con-
 Eustath. in
 Dionsyf. p.
 125.
 C de quô sic Antipater Anthol. lib. 4. cap. 28.
 Τίς ὅδε μισόγλωσσος ἀπὸν δαμῆπιτο Κύκλωψ
 Δάϊνον Ἀσσυρίης γῶμα Σεμιράμιδος;
 Η' ποῖοι χροὸς ἦεν ἀνυψώσαντο Γίγαντες
 Κείμενον ἐκπλαπόρων ἀρχῆν Πληιάδων;
 Ἀκρινὲς, ἀφυπέλικτον, Ἀθωέων ἴσον εἶπνε
 Φυρηθὲν γαῖης ὄρυπέδω βάεος.
 Quem structorem habuit vastâ de gente Cyclopum
 Assyriæ moles tanta Semiramidis?
 Quiue hunc terrigenæ tumulum erexere Gigantes,
 Tangentem pluuias vertice Pleiades?
 D Arduum & inconcissum ut Athos, immobile saxum,
 Ingeraque immani pondere multa premens.

Sed hoc solum ad rem nostram est quod legitur Nini circuitus stadiorum
 fuisse cccclxxx, id est milliarium sexaginta; quæ triduanum iter facient,
 si singulorum dierum iter æstimes viginti miliaribus. Quomodo definie-
 runt non Iurisconsulti solum, sed & Græcorum vetustissimi. Herodotus
 lib. 5. cap. 53. πεντήκοντα δὲ ἐκαστὸν ἡμέρη ἐκαστῆ διεξίδσιν centum &
 quinquaginta stadia unoquoque die peragrantes, cl. stadia sunt viginti
 miliaria, ex Iudæorum supputatione, quibus מילין שבעים וחסר ארבע id est sta-
 dia septem & semi faciunt milliare. Vno verbo iter diei id ipsum est
 E quod Romanis mansio, Græcis σταμῶς, Hebræis מנסה, Chaldæis מנסה, Ara-
 bibus منسأ. Quod ut variè definiatur: tamen Græci σταμῶν plerunque
 quinque parasangas assignant, id est viginti passuum millia. Tale est quod
 Xenophon lib. 4. Anabaseos Græcos dicit progressos σταμῶν βίης, ὡς
 ἑξήκοντα πεντακτῆς mansiones tres, parasangas quindecim ad Teleboam am-

nem venisse. Et paulo post iterum: Εἰτεὺθεν ἐπορεύθησαν σαθμοὶ βίς 243 πρὸ πέν-
 δ' ἑκατὸν πεντήκοντα. Hinc per campos mansi nibus tribus progressi
 sunt parasangas quindecim. Et post aliquot paginas: ἤλθον σαθμοὶ τετάρτοι,
 ἑκατὸν εἴκοσι, πρὸς πόλιν μεγάλην quatrduo parasangis viginti conse-
 lis venerunt ad magnam urbem. Et in eodem libro iter parasangarum
 DCXX diuidit in stathmos CXXI; Ita vt solum decem parasangæ in toto nu-
 mero superfluant; Et cum in Herodoti Terpsichore tres σαθμοὶ sint parasan-
 gæ quindecim cum dimidiâ, solâ illâ dimidiâ parasangâ in tribus mansio-
 nibus exceditur numerus quem diximus. Qui plura de hoc argumento vo-
 let consulat in Beniamini itinerarium eruditam dissertationem Constanti-
 ni l'Empereur, viri docti inter paucos, cuique literæ Hebrææ plurimum
 debent.

His ita explicatis non puto quenquam esse cui difficulter suadeatur in
 tantâ vrbe ceneri potuisse duodecim infantium myriades, quibus dex-
 tram à sinistrâ internoscere per ætatem nondum licebat. Vtvt enim ponamus
 hanc descriptionem non pertinere nisi ad infantes infra bimatum, hi
 faciunt vt plurimum vrbis partem minimum quintam. Eò positò Nini in-
 colæ non fuerint plures sexcentis millibus. Qui fuit æuo Plinij numerus
 incolarum Seleuciæ: Ferunt, inquit, ei plebis urbanæ DCM esse. At The-
 bis Ægyptiis habitasse quondam septingenta millia ætate militari testabatur
 Ægyptiaca inscriptio Germanici æuo superstes de quâ Tacitus lib. 2. An-
 naliū. Neque fortasse pauciores habuit Roma, cum in eâ censâ sunt, ci-
 uium capita CCCCXXVIII CCCXLII. Nam peregrinos & seruos ciuium numerū
 multis partibus superasse nemo dubitat. Sic in Atheniensium censu quem
 instituit Demetrius Olympiadis CX anno primo, cum ciuium numerus vi-
 ginti vnum millia non excederet, reperta sunt aduenarum decem & ser-
 uorum quadringenta millia μυριάδες τεσσαράκοντα. Ita refert Ctesicles apud
 Athenæum lib. 6. Non absimili miraculo vrbs Lucaniæ Sybaris, postmo-
 dum Thurium dicta, in bellum eduxisse legitur contra Crotoniatas tre-
 centa hominum millia. Ita referunt scriptores minime vani Strabo lib. 6. &
 Diodorus lib. 12. Et initio tertij belli Punici Carthaginenses πόλις μὲν εἶχον
 τετρακτὰς ἐν τῇ Λιβύῃ, ἀνθρώπων δὲ ἐν τῇ πόλει μυριάδας ἑξήκοδάκοντα. vrbes qui-
 dem in Libyâ trecentas habuere, & in vrbe hominum septingenta millia. Sed
 Agrigenti incolas, Siliciæ oppidi non ita magni nominis, æuo Empedo-
 clis hunc numerum excessisse quis credat, vrbisque insularis & mediter-
 raneæ mœnibus inclusa fuisse hominum octingenta millia. Quod ex alio-
 rum relatione asserit Laërtius lib. 8. exponens cur Agrigentum μέγα ἄγρυ-
 dicatur ab Empedocle: Μέγα δὲ τὴν Ἀγρίγιντον εἶπεν φησὶν, ἐπεὶ μυριάδες ἀν-
 τὸν ἡστέρων ὄνδον ἔχοντα. Nec minus miror in Æginâ insulâ saxosâ & sterili,
 cuius ambitum Strabo & Eustathius definiunt stadiis CLXXX, Plinius CXX
 pass. quondam habitasse Myrmidonum myriades quadraginta septem, id
 est quadringenta & septuaginta millia, Pindari Scholiastes in 8. Olymp.
 πλήθει δὲ ἀνδρῶν ἕτω φασὶ τὴν Ἀγρίντον, ὡς εἶναι ἐν αὐτῇ τεσσαράκοντα ἑπτά μυ-
 ριάδας ἀνθρώπων. Sed vtrobique suspicor mendosos esse numeros. Saltem
 Laërtium myriades scripsisse viginti non octoginta colligo ex his Diodori

lib. 7. c. 26.

Epitome
Liu. Dec.
5. lib. 4.

A
B
C
D
E

A lib. 13 pag. 376. Ανεγερθησαν μὲν ἦσαν, πολλοὶ δὲ ἀστυχίαν (lege δακτυλο-
 ελιαν) ὡς ὅτι οὐκ ἔστιν ἕξοικε ἕξοικε ἕξοικε ἕξοικε ἕξοικε ἕξοικε ἕξοικε ἕξοικε ἕξοικε ἕξοικε
 quidem erant plures decem hominum myriadibus, & cum inquilinis aduenis
 non minus viginti myriadibus. Itaque, quod saepe accidit in literis nume-
 ralibus, α' pro κ' scriptum est in Laertio. Ierosolymas tacēo, in quibus quod
 narrat Iosephus belli Iudaici lib. 7. cap. 17. obsidionis tempore periisse
 hominum vndecies centum millia, & nonaginta septem millia capta,
 posset pro fabuloso haberi, nisi sciremus plerosque non fuisse ciues, sed
 aduenas, qui vndecumque in urbem confluerant propter Paschale fes-

B tum. Quo tempore tricies centena millia hominum Hierosolymis congrega-
 ta fuisse legitur in Augustini de tempore sermone 204. Quod verum
 esse constat ex hostiarum enumeratione quae sub Cestio facta est. Vide Io-
 sephum belli Iud. lib. 7. c. 17. Niniuem quod attinet, in tam numerosā
 multitudine, praeter Assyrios credibile est multos eō se contulisse ex im-
 perij partibus remotissimis vrbis maximae & populorum dominae famā
 allectos, quippe vt in eam amplitudinem citius excresceret, ius ciuitatis
 non Assyriis solum, sed & peregrinis omnibus indulsit Ninus, quem
 sequentes Reges verissimile est hāc in parte esse imitatos. Diodorus ex

C Ctesia: Κατώστε δ' εἰς αὐτὴν ἦσαν μὲν Ἀσσυρίων τὰς πλείους, καὶ δυνάστεως,
 καὶ ἄλλων ἐθνῶν τὰς βυλομένους. Hoc respiciens Propheta Nahum Ni-
 niuitas dicit כַּיּוֹם כַּבְּרִיחַ multiplicari ut bruchum. Item: Niniue à diebus
 fuit sicut piscina aquarum, id est iam olim populosa, & hominibus refer-
 ta: Aquae enim multae multi sunt populi Apoc. 17 Aqua quas vidisti po-
 puli sunt & gentes. Atque eodem sensu dicit Esaias: Ecce Dominus ad-
 ducit contra eos aquas fluminis istius fortes & multas, videlicet Regem
 Assyriorum & omnem gloriam ipsius, id est omnem multitudinem. Sic
 Es. 5. 13. Gloria eius sunt homines famelici, & multitudo eius aruit siti.
 Tam gloria quam multitudo Græci ἀδύτης interpretantur, quia ibi sunt synonyma.

Nahum 3.
15. & 2. 3.

Es. 3. 7. 1

D Potest etiam Niniue ad literam conferri cum piscinā aquarum propter
 aquas ambientes. Ante vltimum excidium Niniuitae vt hostem à mœni-
 bus arcerent εἰς πόλιν καὶ μακρὰ ἀπέτενον τὰ φρούρα τὰ εἰς τὸν ἄστυ χωρεῖα καὶ δὴ καὶ
 διασπόμενοι εἰς ἕξοικε ἀπέτελον, παροχρῆστοντες ποταμοῖς, καὶ ὑδάτων ἐμπιπλάσ-
 τες, καὶ τὰ μύκτων ἐμπιπλάστω ποταμοῖς τὴν γῆν ἡσπασία ὀρβὴν ἐκτικτὰ μὲν
 longis fossis inciderunt, & deductis eo fluminibus, & fossis illis aqua re-
 pletis, & terrā in paludes redactā, hostibus viam iniuiam reddiderunt.
 Cyrillus in Nahum cap. 3.

E De anno excidij Niniues hæc Drusij insignia sunt: Ninum euersam scri-
 bunt alij à Cyaxare vt Eusebius & Herodotus, alij à Nabuchodonfore
 vt Hieronymus, & Ebraei ad vnum omnes. Vtrumque verum est. Nam
 hi duo Reges coniunctis viribus Ninum simul obsederunt, ceperunt, &
 deleuerunt, Quæris vnde hoc habeam? Ex historiâ sacrâ Tobiae &c. In eâ
 sic habetur: Καὶ ἦκουσεν ἄστυ ἡ ἀποθανεῖν αὐτὸν τὴν ἀπόλλαν Νινευῆ, ἣν ἠχμαλώτισεν
 Nabuchodonosor καὶ Ἀσύνης. Ecce ait abductam Niniuem à Nabuchodonosoro
 & Asuero. Nihil verius. Asuerus enim iste est quem Eusebius & alij

In Nahum
cap. 1.

Tob. 14. 32

Cyaxarem vocant. Cu enim in linguâ Persicâ Dynastam vel principem signi-
 ficat. Axares autem siue Oxyares id est Asuerus &c. Annum excidij Eise-
 biius conicit in vicesimum secundum Cyaxaris. Rectè sariè. Nam deleta
 fuit, vt Hebræi tradunt, anno primo Nabuchodonozoris magni. In Chro-
 nico Ebraico quod Seder olam rabba vocant נבוכדנצר נבוכדנצר נבוכדנצר
 anno primo subegit Nabuchodonozor Ninuem: Non dicit deleuit Ninuem:
 sed tamen deletam eo anno fuisse constat ex Chronico Eusebii. Ex eodem li-
 quet hunc annum Cyaxaris incidere in annum primum Nabuchodonozori,

Jerem. 15. l.

qui quartus erat Ioachim regis Iudæorum; vt ex Ieremiâ didicimus.

A Medis & Chaldæis excisa Ninuie diu iacuit: De eius excidio Arria-
 nus solum obiter in Indicis: ἡ πόλις Νίνου, πάλαι ποτὲ μεγάλῃ καὶ ὠδαίμο-
 να; Et Plinius lib. 6. cap. 13. Fuit & Ninus imposta Tigri &c. Et Hero-
 dotus in Clío: ἐς τὴν Τίγριν παρ' ὅντι πόλις οἰκία ad Tigrim ad quem Ninus
 vrbs sita erat. Ita in margine ex MSS. In textu malè οἰκία sita est. Sed
 idem alij expressè tradunt. Diodorus ex Ctesia lib. 2. τὴν Νίνον κατασκαμμένην
 ὑπὸ Μήδων, ὅτε κατέλυον τὴν Ἀσσυρίων βασιλείαν Νίνον ἀπὸ Μήδων diruta,
 cum Assyriorum imperium subuerterunt. Strabo lib. 16. ἡ μὲν δὲ Νίνου πόλις,
 ἠφ' ὅσον ἔχουσα μὲν τὴν τῆς Σύρων κατέλυσιν Ninus igitur vrbs post sub-
 uersos Syros statim deleta est. Lucianus in dialogo contemplantes: ἡ Νίνου
 μὲν ἀπόλωλεν ἤδη, καὶ οὐδὲν ἔχουσα ἔτι λοιπὸν αὐτῆς Ninus quidem ita periit vt
 nullum eius vestigium supersit. Cyrillus Alexandrinus in Nahum cap.
 2. ἀπόλωλεν ὁλόθρηπος &c. ὡς μηδὲ ὅποι ποτὲ γέγονεν ὁ ἔσθ' ὅσον omnimodè
 periit, ita vt quò locò fuerit non appareat amplius. Eustathius in Diony-
 sium: Dicunt etiam Ninum ad Tigrim, cum Babylone multo maior esset
 ἀφ' ὅσον ἔχουσα κατέλυσιν τῆς Περσῶν deletam esse cum Persæ subuersi sunt. Per-
 sas dicit pro Assyriis, vt Cyrillus qui de Ninuie: Περσικὴ δὲ πόλις ἦν Persica
 autem vrbs erat in caput i. Ionæ.

Floruit quidem Ninuie Ammiani æuo & deinceps: sed vt iam ante di-
 ximus, merito dubitatur an restaurata fuerit eò in locò in quo prius condi-
 ta. Vt sit, hæc ipsa Ninuie pridem diruta & exhausta est vicinitate Mosal
 oppidi in parte oppositâ fluminis, solo ponte intercedente. Benjamin:
 Inter quam Almosal & Ninuem pons tantum intercedit. Hæc deuasta-
 ta est, attamen multos pagos & vicos habet. Haitho Armenus: Ista ciui-
 tas (Ninuie) ad præsens est totaliter deuastata. Sed per ea quæ adhuc
 sunt apparentia in eadem, firmiter credi potest quod fuerit vna ex maiori-
 bus ciuitatibus huius mundi.

pag. 62.

De Tartariis
6. 11. p. 425.

CA.

CAPVT VIGESIMVM-PRIMVM.

Rehoboth רחובות

Quia רחובות Rehoboth plateas significat, quidam hinc רחובות עיר reddunt plateas urbi. Sed rectius reddi Rehoboth urbem probatur quatuor rationibus. Id sequuti sunt Græci, Onkelos & Arabs vterque. Alia urbs Rehoboth ad Euphratem. Vnde Saul Idumææ rex Gen. 36. 37. Arabibus Rahabath-melic: id est regis, paulo infra Cercusium & confluxum Chaboræ. At hæc in Assyriâ, vel Assyriæ vicina. Quidam volunt esse Orobam. Sed Oroba est ערבה quasi πειραιῶν dixeris. Forte Rehoboth est Birta Ptol. quæ Viriæ Ammiano, Chald. ברתא plateæ ut Rehoboth. Explicatio Talmudicorum:

Trium urbium quas cum Niniue condidit Nimrod memoria deleta est simul cum ipsa Niniue. Itaque vix quicquam possumus hinc afferre præter coniecturas valde incertas. Conabimur tamen ea dicere quæ sunt verissimillima. רחובות alij appellatiuè explicant plateas ciuitatis, alij propriè Rehoboth urbem, quod videtur esse verius. 1. quia plateæ urbis dicerentur רחובות עיר cum ה præfixo ante עיר. 2. Præterea quorsum dicatur Nimrod ædificasse Niniuem, & plateas urbis Niniues? Quis nescit in urbe vastâ non deesse plateas; atque eas ædificari simul cum ipsâ urbe? 3. Quamuis ædificandi vox hinc videatur minus propria, quia non tam ædificantur plateæ quam domus circa plateas. 4. Denique si רחובות sit nomen urbis, Assyria tam fuerit τερράπολις quam terra Sinar, quod videtur vero propius. 5. Itaque ne רחובות putaremus esse plateas, Moses signanter addidit רחובות עיר Rehoboth urbem ad vitandam homonymiam. Rectè igitur Græci τὴν Ρωσολῶν πόλιν; Et Onkelos קרתא רחובי; Et Arabs Herpenianus רחובות אלכלר id est Rooboth, vel Rehobe, vel Rehobot urbem; Et Arabs nuper editus קריה אלרחבה urbem Rahaba omnes eodem sensu.

4. Huius nominis oppidum ad Euphratem describitur Gen. 36. 37. Saulis Idumææ regis ortu nobile. Vnde est quod illud Arabes Rahabath-melic; id est Rahabat regis hodieque appellant. Est paulo infra Cercusium & ostia Chaboræ fluminis. Geographus Nubiensis clim. 4. part. 5. Postea Euphrates labitur ad Cercusium, ibique cernitur ostium fluminis Alchabur, deinde ad Rahabat-Melic. Quod de Cercusio dicit consonum est his Ammiani lib. 23. Cercusium &c. est munimentum tutissimum & sabrepolitum, cuius mœnia Abora & Euphrates ambiunt flumina, velut spatium insulare finzentes. Neque aliter Procopius lib. 2. Persic. Est in alterâ (Orientali) fluminis (Euphratis) ripâ Romanorum oppidum munitum, quod Circesion vocatur, præruptum ex magnâ parte, ad quod Aborrhâs fluminis ingens ostia emittens Euphrati miscetur. Abora vel Aborrhâs, Ptolemæo Chaboras est Arabum אלחבור Alchabur. Scribitur ἀβόρας Aboras & Chaboras ut apud Strabonem lib. 12. Αἴγυβη vel Chalybe, prout aspiratio η vel profertur vel omittitur. Cercusium viri docti putant esse כרכמיש Carcemis, urbem ad Euphratem de quâ 1. Paral. 35. 20. & Es. 10. 9. Sed hæc obiter.

Porro ut Rehoboth ad Euphratem infra Chaboræ confluxum sit illa eadem Rehoboth quam circa Niniuem condidit Nimrod non patitur loco-

rum distantia. Itaque aliud quærendum. Vir doctissimus *Orobam* exponit Assyriæ urbem ad Tigrim inter Lycum & Caprum, quò fere loco est Ammiani Ninus. Sed *Oroba* est ערבה, quasi diceret campestem urbem, quia in eâ parte Assyriæ campi latissimè patent. Inde Strabo lib. 16. ἐν πεδίῳ τῆς Ἀτυρίας in *Aturiæ campo*. Item: τὰ τῆς Ἀτυρίας πεδία *Aturiæ campi*. Et Diodorus lib. 17. de Nino urbe: Εὐπεριστάτων ὄντων ἔστι δὲ αὐτῶν πεδίων, καὶ πολλὰ εὐρυχωρίαν παρεχόμενων cum circa eam idonei sint campi, & latissimum spatium præbeant. Sic Ios. 5. 6. & 18. 22. בית הערבה *Beth haaraba* id est campestris domus est nomen urbis in tribu Benjamin. Symmachus Πεδύων explicat, & Chaldaeus בית מישרא. Ita Πεδύας circa Phocidem urbs, Herodotus lib. 8. & Πεδύς urbs in Cariâ Stephano, à latitudine camporum nomen habent.

Sed cum platea à quibus appellata est urbs Rehoboth, Chaldaicè dicitur כריהא: Forte urbs *Rehoboth* Gen. 10 eadem erit cum Ptolemæi BIRTHA urbe ad Tigris occasum sita, supra ostium Lyci fluminis. Ammianus *Virtam* appellat lib. 20. & sic describit: *Virtam adoriri disposuit Sapore, munimentum valde vetustum &c. in extremo quidem Mesopotamiæ situm, sed muris velut sinuosis circumdatum & cornutis, instructioneque variâ inaccessum.*

Quorsum Talmudici tractatū *Ioma* Rehoboth urbem Gen. 10. 11. exponant פרת דמישן & *Chalach* eodem versu פרת דבורסיק alii quærant. An פרת דמישן est regio Mesene ad ostia Tigridis, & פרת דבורסיק regio circa Borsippam, in quibus voluerint has urbes condidisse Nimrodum. Si hæc illorum mens fuit, ut verba ferunt, quomodo ad Assyriam pertinere dixit Moses, cum Borsippa & Mesene sint infra Babylonem?

CAPVT VIGESIMVM-SECVDVM.

Calach כלה

Calach caput Calachenes de quâ Strabo. Hæc Calacine Ptol. Incolæ Classitæ Plinio. Forte כלה *Chalach*, vbi deportauit Israelitas Salmanassar, idem quod כלה *Calach*. כ & ח quandoque permutari.

Calach urbs caput fuit regionis Calachenes, circa fontes Lyci fluminis, de quâ Strabo aliquoties. Sic libro vndecimo pag. 503. Ἔως Καλαχῆνος καὶ Ἀδαβανῆς; & pag. 530. ἔως τῆς Καλαχῆνος καὶ τῆς Ἀδαβανῆς ἔξω τῶν Ἀρμενίων ὄρων usque ad Calachenem & Adiabenen, extra Armeniæ limites, aut ὄρων montes. Et initio lib. 16. Καλαχῆνη, καὶ Χαζῆνη, καὶ Ἀδαβανῆνη. In Ptolemæo Calacine legitur pro Calachene, & ponitur supra Adiabenen ad oram montis niphatis vbi Carduchi vel Gordyæi veterum. Hinc Plinio *Classitæ* populi per quos Lycus ex Armeniâ fertur. *Classitæ* id est *Calachitæ* vel *Calacheni* potius.

Cum Rex Assyriæ 2. Reg. 17. 6. & 18. 11. legitur Israelitas deportasse in *Assyriam* & collocasse in *Chalach* & in *Chabor*, etiamsi כלה per cheib scribatur non per eaph, tamen potest intelligi eadem Calachene. Nam hæc

A literæ, imo & ה & ק nonnunquam permutantur. Sic Esth. 6. 12. in Thar- gum secundo חתחח confusus fuit, est pro חתחח. Et Arab. תנו תנו quam כנו כנו est recondere. Et Syris חחר accendere fit ab Hebræo חקק. Et in Arabicâ paraphrasi pro כנו scribi חנו iam monuimus. At *Calach* ibidem est חלחל *Obolla*, quæ est vrbs celeberrima in intimo sinu Persico, circa ostium Eu- phratis & Tigridis. Vide Nubiensem in prologo & cl. 3. part. 6. Apologum vocat Arrianus in periplo maris Rubri, voce deflexâ ex *Obollach* prout חלחל Persæ efferunt.

CAPVT VIGESIMVM-TERTIVM.

B

Rhesen רסר

Duæ vrbes eiusdem aut vicini nominis in Mesopot. Sed hæc inter Niniuem & Calach. Re- sen esse Δάεισας Xenophontis. 1. Siras conuenit. 2. Larissa magna vrbs. 3. Voces alludunt. La- rissa Græcum nomen. Sed fortè factum ad imitationem genitiui Chaldæi רסר *Resen*. L. ser- uile propriis nominibus præfixum sæpe sumi pro parte vocis. Exemplo sunt *Labela*, *Lachlach*, *Labomath*.

C IN Mesopotamiâ duæ vrbes huius aut vicini nominis apud Ptolemæum
I occurunt, vna Ρέσινα *Rhisina* inter Edessam & montem Masium, altera
Ρασινα *Rhasena* inter Chaboram & Saocoram amnes, quarum hæc vide-
tur esse Stephani Ρέσινα πόλις ἐπὶ τῆς Ἀπορίας ποταμῶν *Rhisina* vrbs circa *Abor-*
rum fluiuium. Et Ammiani *Resaina* Gordiani imperatoris monumento no-
bilis. Sed neutra est illa *Rhesen* de quâ Moses Gen. 10. 11. quod ex situ ma-
nifestum est. Illæ enim in Mesopotamiâ, hæc in Assyriâ fuit inter Niniuem
& Calach, vt expressè habet Moses. Tam præcisa definitio nos non pati-
tur longius euagari. Itaque nihil occurrit præter Xenophontis Δάεισας,
quam post Zaten vel Zabaton, id est Lycum traiectum, secundis castris
reperit ad Pigretem seu Tigrim amnem, vt verus illius situs non possit
ignorari. Græci, inquit, quod eius diei reliquum fuit tuto progressi ad Pi-
gretem amnem peruenerunt: ibi fuit vrbs magna, sed deserta, Larissa no-
mine, quam olim Medi tenuerant. Mœnium autem latitudo pedum erat
D xxv, altitudo centum, ambitus duarum parasangarum, materia ex coctili
laterulo. Crepido lapidea suberat alta viginti pedes. Hanc obsessam Per-
sarum rex (Cyrus) cum Persæ Medos imperio spoliarunt, nullo modo ca-
pere poterat. At cum Sol obtenta nube defecisset, oppidani animis concide-
runt, & vrbs capta est. Hanc urbem vt suspicer esse Resen multa me
mouent. Primò situs prorsus conuenit, si verè Ninus fuit inter Lycum &
Caprum, vt hodie docti contendunt. Secundò Larissa magna vrbs πόλις
μεγάλη, mœniumque latitudine & altitudine conspicua, ambitu etiam
quem Xenophon duabus parasangis definit, id est passuum octo millibus.
Itaque si statuamus Resen esse Larissam, cum dicit Moses: *Ædificauit*
E *Niniuem, & Calach, & Resen inter Niniuem & Calach, ea est ma-*
gna vrbs, verba vltima ad longius antecedens, id est ad Niniuem referre
nihil erit necesse, quod durum est & plane insolens, cum Larissa etiam
magna fuerit. Fateor hanc magnitudinem cum magnitudine Niniues aut
Babylonis non esse conferendam; sed neque illas confert Moses. Tantum,
MM ij

Amm. l. 23.

Anabaf. l. 2.

cum illi fuerit satis Babylonem & Niniuem solo nomine indicasse, quia notæ erant omnibus: Resen vt minus notam voluit designare hōc *κερνεῖω*, ea est magna vrbs. Tertiō videtur Xenophon Resen mutasse in *Λάρισσα* propter vocum allusionem. Saltem hoc certum Larissæ vocabulum planè esse Græcum, atque vrbes huius nominis in Græcia plures extitisse: Et si quæ alibi fuerunt extra Græciam, eas pro Græcis esse habitas. Plinius in descriptione Arabiæ Fœlicis: *Fuerunt & Græca oppida Arethusa, Larissa, Chalcis &c.* Appianus in Syriacis: *In Syriâ & iis qui supra incolunt barbaris, multa Græcorum, multa quoque Macedonum oppidorum insunt nomina, Beroea, Edessa, Perinthus, Maronia, Callipolis, Achaia, Polla, Oropus, Amphipolis, Arethusa, Astacus, Tegea, Chalcis, Larissa.* Larissa igitur Græcum nomen. Proinde Larissæ in Syriâ Syrum nomen aliud fuit *Σίζαρα*. Stephanus: *Λάρισσα &c. ἐστὶν Συρίας, ἢ Σίβησι Σίζαργ ἀγροῦ &c.* At in Assyriâ Græcæ vrbes auo Xenophontis, id est ante Alexandrum, nullæ fuere: Proinde nec vlla Larissa. Omnino igitur huius vrbis verum nomen interpolauit Xenophon, vt ad Græcam elegantiam accommodaret. Et verissimile est Græcis rogantibus cuius vrbis essent rudera, Assyrios respondisse לרסן *Leresen* addito *le* ad genitiui notam, vt in מומר לרור; atque illud *Leresen* mutatum esse in *Λάρισσα*. Mendo plane simili, legitur in vulgato interprete 1. Paral. 5. 26. Rex Assur transfulisse Israëlitas in *Labela*, pro in *Hela* להלה, ac לו ל sit pars nominis. Sed & Chaldaeus interpres Cant. 5. 4. *Abduxit illos בחבור ובהלה in Lachlach & in Chabor.* Quod sequutus Benjamin habet בהלה ויגלו & *abduxit eos in Lachlach*, imo להלה vel בהלה id est in *Chalach*, vt apparet ex collatione 2. Reg. 17. 6. & 18. 11. cum 1. Paral. 5. 26. & Hieronymus de locis *Laboemath* ponit in locorum censu, sumens in לבוא חמה ל seruire pro radicali, vt minus mirum sit Græcos Hebraismi profus ignaros eodem errore peccasse, & Larissam fecisse ex לרסן *Leresen*.

CAPVT VIGESIMVM-QUARTVM.

Misrajim מצריים

Misraim duale, nomen non est hominis, sed regionis, cuius metropolis *Meser*, & primus mensis *Mesori*. *Misrajim* à singul. מצור *mesor*. Ita vocatur Aegyptus in tribus Scripturæ locis. מצור est munitus locus, nomen Aegypto congruum, quia nulla regio naturali situ tutior. Quod probatur ex Diodoro & Strabone. Duale *Misraim* docet duplicem esse Aegyptum. Vna vocatur superior, altera inferior. In superiore terra *Pathros*, id est Thebais. Inferior *Delta*, in cuius medio pagus *Athribis* dictus, id est cor pyri. Ita Orion. *Ath* vel *Eth* cor Aegyptiis. *Rib* pyri. Ita vocatur *Delta* à formâ pyri, & articulo præfixo hodie *אלריב* *errif*. Hebræis id ipsam *רחב* *Raab*. An רחב sit Aegyptus vel Aegypti pars lob. 26. 12. An Aegyptus sit *παραμύχως* vt vocant. Quatuor rationes quibus videtur id probari. Contra Tanis auo Mosis iam extabat; Et in historiâ *Isidis* & *Ori* &c. nominantur Nili Taniticum ostium, *Busiris*, *Taphosiris*, *Butus*, *Pelusium* &c. & *Menclaus* Canobum appulit. Itaque Aegyptus semper fuit in eodem situ; Neque à Pharo remotior quam nunc est, vt *Homerus* fabulatur. Vera Phari distantia ab Aegyptio Benjamin emendatus. Aegypti fontes non sunt amari vt à *Plutarcho* traditum. *Conchylija* in montes non inuexit Nilus, sed generale diluuium, quod agnoscit *Theophrastus*. Simile exemplam in *Numidiâ*. De *Nomis* Aegypti multa.

Misrajim non est nomen hominis. Id non patitur forma dualis. Itaque cum in *Chami* filiis secundus censetur *Misrajim*, nomine *Misrajim*

A intellige patrem incolarum terræ *Misrajim*, id est Ægypti, cuius metropolim *Alcairo*, hodieque Arabes מצר *Meser* vocant. Sed & apud Ægyptios primi mensium priscum nomen erat Μεσοει *Mesori*.

Misrajim puto factum per compendium ex *Mesorajim*; nam singulare est מצור *Masor*. Id in Scripturâ occurrit aliquoties. Sic 2. Reg. 19. 24. *Siccabo plantâ pedum meorum* מצור כל יאור *omnes riuos Masor*, id est Ægypti. Et Es. 19. 6. מצור יארי מצור *Et siccabuntur fluuij Masor*, vbi Kimchius, *Masor idem quod Misraim*. Rursus Mich. 7. 12. מצור ועד נהר *Et à Masor usque ad fluuium*, id est ab Ægypto vsque ad Euphratem, qui sunt termini terræ Chanaan.

B מצור *Masor* est munitus locus. Nomen ex argumento sumptum. Neque enim vlla regio est naturali situ tutior. Ο'χεύτην δ' φυσικῆ, inquit Diodorus, εἰς βασιλείου ἀφορισμένων ἔπων munimento naturali non parum videtur anastare lo is reliquis in regnum distinctis. Atque id probat in sequentibus longâ inductione. Ab occasu, scilicet, desertum habet inaccessum. A meridie Nili cataractas & montes Æthiopiæ.

Ab ortu item eremum, & barathra, & paludem Serbonidis. Ab Aquilone mare prope importuosum. Nam ab Ioppe Phœnicia vsque ad Parætonium Libyæ nullus est portus præter Pharam. Hæc postquam pluribus docuit

C Diodorus, ita concludit: ἡ μὲν δὲ Ἀἰγυπτῶν πόλις ἀρχαίως φυσικῶς ἀχύρω. Hæc ille libro primo. Et lib. 15. de Ægypti rege Nechtanbi Persis aduentantibus: εἰ γὰρ ἡ δὲ μέγιστη μὲν τῆν τὴν χώραν ἀρχαίως, δυσπερίστατον περὶ τῆν δὲ ἄσπης Ἀἰγυπτῶν fidebat maximè regionis munitione, cum Ægyptus undiquaque sit inaccessa.

Ita etiam Strabo lib. 16. Iam inde ab initio Ægyptus valde fuit pacata ἀσφαλῆς δ' αὐταρχες τὴν χώραν, ἐν δὲ δυσπέριστον εἶς ἐξωθεν quia regio est suis contenta bonis, & in quam exteris non obuius est ingressus. Atque id probat deinceps iisdem argumentis quibus Diodorus.

Sed & Ægyptus potuit dici מצור *Masor* ab angustiis, quia ἄσπης coarctari, & ἄσπης angustum sonat. Angusta enim est Ægyptus, quod omnes sciunt, & à mari Syenem vsque tota patet in longitudinem. Vnde est quod Ægyptios

D Esaias appellat מצור גוי gentem in longitudinem protractam vel extensam cap. 18. v. 2.

Vox dualis מצרי *Misrajim* docet duplicem esse Ægyptum, quarum vna superior appellatur Tob. 8. 3. altera inferior. In superiore Nilus vnico alueo fertur, in inferiore diuiditur in plures alueos. Vtriusque meminerunt Aethicus in Asia descriptione, & Orosius hist lib. 1. cap. 2.

Superior distinguitur in Thebaidem, & huic subiectam Heptanomum, ita dictam à septem nomis quos aliter atque aliter numerant Ptolemæus & Eustathius in Dionysium. Heptanomus apud Hebræos nomen peculiare non habuit, quod quidem sciam. Sed Thebais est terra *Pathros* quam ab

E Ægypto distinguunt Esaias & Ieremias, vt suo loco dicetur.

Inferiorem à Græcis *Delta* vocari propter formam triangularem, nemo est qui nesciat. At eandem quomodo Ægyptij & Hebræi appellauerint nondum est à quoquam obseruatum. Quod tamen ex Scripturâ cum Græcorum atque Arabum monumentis collatâ potest non difficulter erui.

Ptolemæi tabulas inspicienti statim apparet Athribitis Nomi metropolim Athribin præcisè esse in medio τῆ Δέλτα. Inde dicta est Athribis, id est *cor pyri*, vt ex veteri Grammatico Ægyptio Orione docet author magni Etymologici: Αθριβίω ἀθριβίω, ὅπερ εἶπε Εἰπὶς Ἑλληγιστὶ βέλτοι φεζζὶν ἄλλως ἔχει λέξαι, πλὴν καρδίας ἀπίων (ἀπίω) ὅπως Ὠείων: Athribin appellauerunt, quod si quis Græcè vellet effari, non posset aliter dicere quam *cor pyri*: Ita Orion. Nempe Ægyptiis ἀθ vel ἠθ est cor, vt scribit Horus Hieroglyphicôn lib. 1. cap. 7. & εἶθ vel εἶθὶ *pyrum*; inde *Athribis* cor pyri, quia in medio pyri, id est Ægypti partis quam à pyri forma Ægyptij *Rib*, id est *pyrum* vocabant. Quod nomen hodieque seruat post tot sæcula incorruptum. Errif scribit Leo Africanus, id est רריב, præfixo articulo Arabum qui ante R non aliter sonat, vt norunt illius linguæ periti. Porro id ipsum Hebræis est רריב *Raab*, quoties pro Ægypto occurrit, vt Pl. 87. 4. *Memor ero Raab* & *Babylonis* &c. Et Pl. 89. 11 *Tu contrivisti Raab tanquam confossum*. Et Es. 51. 9. *Nunquid non tu percussisti Raab, vulnerasti draconem? Raab & Rib idem sunt, quomodo רריב Nahal & Nilus; aut רריב nahas & רריב, quomodo pro μεισὶ legendum contendit magnus Scaliger in Hori Hieroglyphicis cap. 56. lib. 1. Ergo Raab, vt Rib vel רריב Errif, proprie significat Ægypti pyrum, seu partem illam cuius infima pyri instar paulatim dilatantur. Tamen in scripturâ per synecdochen sumitur pro totâ Ægypto. Sunt qui eodem referant hæc Iobi verba cap. 26. vers. 12. *Robore suo fidit mare, & intelligentia sua percussit Raab*. In his R. Selomo, qui de Ægyptiis vult agi Dei virtute contritis, tum cum Israelitæ ex Ægypto excesserunt. Sed videtur ibi רריב appellatiuè sumi pro elatione maris: quia Iob vetustior est Mose.*

Vid. Scal. Emend. temp. lib. 3. pag. 194.

Diod. lib. 1. pag. 35. Strab. l. 17. Aristot. Oecon. l. 2. Diod. l. 1. pag. 46. Hecych. Suid. Plut. lib. 5. cap. 9.

Ægyptum diuisit Sesoosis vel Sesostris in *Nomos* triginta sex: Quorum decem Thebaidi, decem δὲ *Delta*, & reliqui sedecim regionibus intermediis attributi. Singulis *nomis* præfecti singuli *nomarchæ* qui quasi totidem reguli prouinciæ præerant & regiis vectigalibus, Inde est quod *nomos* Plinius præfecturas, & Esaias *מלכות* *regna* interpretatur cap. 19. vers. 2. *Committam, inquit, Ægyptios cum Ægyptiis, vt quisque pugnet in fratrem suum, & quisque in amicum suum, ciuitas in ciuitatem, מלכות מלכות regnum in regnum*: Id est *νομὸς ὅτι νομὸν nomus in nomum*, vt recte Septuaginta. Ita enim legendum, non *νόμος ὅτι νόμος lex in legem*, vt habent nostra exemplaria. Id pridem obseruauerat Cyrillus Alexandrinus in commentariis ad hunc locum: Ὅτι ἐκ πόλις (lege πόλις ὅτι πόλις) ἐκ νομὸν ὅτι νομὸν ποιῶνται τὰ εἴδη. Νόμος ὁ λέγεται καὶ τὸ τῶν Αἰγυπτίων οὐκ εἶναι χωρὶς ἐκάστη πόλις, ἐκ αὐτοῖν αὐτῶν ἐκ αὐτῆς καὶ τῶν. Καὶ τῶν παρ' αὐτοῖς ἢ τῶνδε φωνὴ *Ita vt ciuitas in ciuitatem & nomus in nomum insurgat. Nomus autem dicitur Ægypti incolis unaquaque ciuitas, cum vicina regione, & pagis qui ei subsunt, voce apud eos peruulgatâ. Sed & ante Cyrillum Epiphanius in hæresi Basilidianoum: Ὅτι ἐν τῇ ἀγίᾳ ἀποφῆνῃ Ησαΐα β' εἰς γενεαμένον δὲ νομὸν πόλεως Αἰγυπτιακῶν, ὅτιον Τάβωως, ἢ Μέρμεως, ἢ καὶ τὸ Βεβούως, Αἰγυπτιακῶς τῶν δὲ χωρῶν (al. δὲ μέγιστον) τὸ τοῦ ἁγίου πόλεως σημεῖον ὅτι ἐν ἁγίᾳ προφήτῃ Εσαΐαμ δὲ Αἰγυπτιακῶν αὐτοῦ πῦρ τῶν Τανέως ἢ Μέρμεως*

A
B
C
D
E

- vel Bubasti nomis scriptum aliquid reperies, id Ægyptiace circumiacentem cuiuscunque ciuitatis agrum significat. Hoc imitatus author libri primi Macchabæorum cap. 10. vers. 30. meminit $\nu\alpha\delta\iota\varsigma$ nomorum etiam in Samaritide & Galilæâ, quod à Iosepho redditur $\nu\epsilon\omega\alpha\rho\chi\alpha\delta\iota$, & à vulgato interprete ciuitatibus. Pari $\nu\alpha\chi\rho\iota\sigma\iota$ Herodotus in Thaliâ nomos appellat Persarum Satrapias. Nomos Eustathius in Dionysium vult idem esse quod $\epsilon\rho\epsilon\iota\alpha\varsigma$, hoc est regiones iisdem finibus comprehensas. Et eodem teste $\nu\epsilon\iota\varsigma$ $\lambda\iota\beta\upsilon\kappa\iota\varsigma$ η $\sigma\omega\mu\acute{\eta}\theta\eta\varsigma$ $\phi\epsilon\rho\epsilon\iota\varsigma$ $\epsilon\iota$ $\beta\acute{\upsilon}\lambda\lambda\epsilon$). Sensus est vt quidem puto nomos proprie dici eas Ægypti partes quæ versus Libyam vergunt. Itaque ibidem obseruat omnes vrbes Heptanomi, exceptâ Babylone esse à sinistra Nili, id est à parte Libyæ. Res est tamen omnino certa, non minus nomos dici Ægypti partes quæ ad Arabiam quam quæ ad Libyam inclinant. Atque id constat plus satis ex iis quæ iam dicta sunt. Perperam igitur hinc colligunt nomi vocem esse Libycam. Quin iis assentior potius qui vel Græcam esse volunt, vel Aegyptiam. Quæ ipsa lis est adhuc sub iudice. Casaubonus in Strabonem: Quidam putant hanc vocem esse Ægyptiacam, quos falli ϵ omnes sciunt qui aliquid Græce sciunt, & Diodorus diserte admonet. Nempe lib. 1. pag. 46. vbi Ægypti partes nomos appellari asserit $\epsilon\tau\epsilon\rho\iota\omega$ $\epsilon\lambda\lambda\omega\iota\kappa\lambda\omega$ $\alpha\gamma\epsilon\lambda\epsilon\iota\sigma\iota$ iuxta Græcam dialectum. Tamen Casauboni focer Henricus Stephanus, Græcis literis æque imbutus, in notis ad Diodorum pag. 830. Ego ($\nu\omicron\mu\omicron\varsigma$) Græcam esse vocem vix mihi persuasero. Et Casaubonus ipse agnoscit $\nu\omicron\mu\omicron\varsigma$ apud Græcos proprie dici locum vbi sunt $\alpha\iota$ $\nu\omicron\mu\omicron\varsigma$ pascua. Quô sensu ij non sumunt qui Aegyptum distingui scribunt in nomos triginta sex. Neque enim Aegypti ager est vbique compascuus. Denique quam vocem Diodorus Græcæ linguæ supra asseruit, eandem idem adscribit Ægyptiis, cum dicit de Sesoofi lib. 1. pag. 35. $\tau\lambda\omega$ δ $\chi\acute{\rho}\epsilon\theta\iota$ $\acute{\alpha}\pi\alpha\upsilon\varsigma$ $\epsilon\iota\varsigma$ $\epsilon\zeta$ η $\tau\epsilon\iota\acute{\alpha}\lambda\epsilon\upsilon\tau\alpha$ $\mu\acute{\epsilon}\rho\eta$ $\delta\iota\delta\omega\iota\upsilon$, $\acute{\alpha}$ $\kappa\alpha\theta\acute{\eta}\sigma\iota\upsilon$ $\Lambda\iota\beta\upsilon\kappa\iota\omega\iota$ $\nu\omicron\mu\omicron\varsigma$ Totam Ægypti regionem in triginta sex partes cum diuisisset, quas Ægyptij nomos vocant. Neque aliter Cyrillus supra: $\nu\omicron\mu\omicron\varsigma$ δ $\lambda\acute{\epsilon}\gamma\epsilon\iota$ $\tau\omega\delta\epsilon$ $\tau\iota\varsigma$ δ $\Lambda\iota\beta\upsilon\kappa\iota\omega\iota\upsilon$ $\omicron\upsilon\kappa\acute{\epsilon}\sigma\iota$ $\chi\acute{\rho}\epsilon\theta\iota$ Nomus dicitur ab Ægypti incolis, quod idem est ac si dixisset Ægyptiâ esse vocem. Et Epiphanius disertissime: $\Lambda\iota\beta\upsilon\kappa\iota\omega\iota\kappa\acute{\alpha}\varsigma$ $\tau\lambda\omega$ $\acute{\alpha}\epsilon\iota$ $\chi\acute{\rho}\epsilon\theta\iota$ δ $\tau\omega$ $\chi\acute{\rho}\epsilon\theta\iota\varsigma$ $\pi\acute{\omicron}\lambda\epsilon\omega\varsigma$ $\sigma\eta\mu\acute{\epsilon}\iota\omega\delta$ Ægyptiace significat cuiuscunque ciuitatis regionem circumiacentem. Fallor an ex Hebræo $\nu\omicron\mu\omicron$ mana, vel $\nu\omicron\mu\omicron$ mono vt Syri efferunt, factum est $\nu\omicron\mu\omicron\varsigma$ vel ab Ægyptiis, vel à Græcis hâc metathesi peregrinum vocabulum emollire conatis? Certè hûc facit quod nomum Diodorus exponit $\mu\acute{\epsilon}\rho\epsilon\varsigma$ id est partem seu portionem: Cum Syrâ voce $\nu\omicron\mu\omicron$ mono quam diximus, id ipsum designari sit notissimum. Eusebius itidem lib. 3. præparat. pag. 57. $\mu\acute{\epsilon}\rho\epsilon\varsigma$ $\eta\iota$ δ $\Lambda\iota\beta\upsilon\kappa\iota\omega\iota\varsigma$ δ $\kappa\alpha\theta\acute{\eta}\sigma\iota$ $\nu\omicron\mu\omicron\iota$ Ægypti portio quædam, quam nomum vocant.*
- Aegyptum plerique volunt Nili fluminis inuectu paulatim esse aggestam. Proinde illam Ephorus appellat $\nu\omicron\mu\omicron\mu\acute{\alpha}\chi\epsilon\sigma\iota$, Herodotus $\delta\eta\lambda\iota\kappa\tau\eta\tau\iota\omega$ $\nu\lambda\omega$, & $\delta\omega\epsilon\theta\iota$ $\tau\epsilon$ $\nu\omicron\mu\omicron$, Philosophus $\tau\epsilon$ $\nu\omicron\mu\omicron$ $\epsilon\rho\theta\eta\iota$. Atque ex eo ipso Aethiopes sese Ægyptiis antiquiores esse probabant, quod cum Aegyptus olim fuisset mare, tandem $\tau\epsilon$ $\nu\epsilon\iota\lambda\omega$ $\chi\acute{\rho}\epsilon\theta\iota$ $\alpha\iota\alpha\delta\acute{\alpha}\sigma\iota\varsigma$ $\tau\lambda\omega$ $\epsilon\kappa$ δ $\Lambda\iota\theta\iota\omega\iota\omega\iota\varsigma$ ι $\nu\lambda\omega$ $\eta\gamma\epsilon\tau\alpha\phi\epsilon\epsilon\theta\iota\omega\iota\varsigma$ Nilo per excessus suos limum ex Æthiopiâ afferente, facta esset terra continens. Cui rei probandæ multa afferunt. Primò quoties Nilus

Antiq. l. 13
c. 5. Herod.
l. 3. c. 90. &c.Diod. l. 1. p.
25. Herod.
l. 2. c. 5. A-
rist. Me-
teor. lib. 1.
c. 14.
Diod. l. 3.
p. 01.

Hetod. lib. 2. c. 12. Plut. in Isid. pag. 654. Plin. l. 2. cap. 85. Aristid. Orat. Aegypt. Ammian. l. 22.

vide Brodxi Miscell. l. 3 cap. 5.

Plut. in Isid. Aristid. vbi sup.

exundat limi alluionibus cedere pelagus, & remoueri nonnihil. 2. In Aegypti montibus conchyliia reperi. 3. Puteos & fontes quotquot sunt, sal- sam habere & amaram aquam, ac si reliquiae maris in iis subsederint. 4. Denique Pharum insulam, hodie solum septem stadiis aut ad summum mille passibus ab Alexandria disparatam, Homeri auro noctis & diei cursu ab Aegypto distasse; vt idem testatur Odyss. lib. 4. vers. 356.

Constat tamen Aegyptum semper in eodem fuisse situ. Nam vt caetera taceam, Tanis Aegypti olim regia non procul a Tanitico Nili ostio, iam extabat tempore Mosis, qui *mirabilia fecit in terra Aegypti in campo Taneos* Psal. 78. 12. quin antiquissima vrbs Hebron, in qua decimus a diluuiio Abraam diu vixit Gen. 13. 18. & 23. 2. non nisi septennio ante Tanim fuit condita Num. 13. 23. Itaque fabularis historia Isidis, & Ori, & Osiridis, qua nihil antiquius habent Aegyptij, multorum meminit locorum in infima Aegypto; vt quae illo auro iam extiterint. Sic in Plutarcho de Iside, Osiridem legas arcu inclusum in mare fuisse deiectum, *αὐτὸν τὸν Ταντικὸν κόματος* per Nili ostium Taniticum, & postmodum Busiride sepultum, aut vt alij volunt Taphosiride: Et Orum Buti educatum: Et Pelusium oppidum ab Iside conditum. Sed & Troianis temporibus creditur Menelaus Canobum appulisse; vnde Pharus aberat solum centum & viginti stadiis. Itaque falsissimum est quod ab Homero traditur a Pharo in Aegyptum noctis & diei cursum fuisse, adeoque cursum nauis.

--- ἢ λιγὺς ὄρεος ὀπιπνείησιν ὀπίθην
--- stridens quam ventus pone sequatur.

Nauis enim integrum diem vento secundo procedens, eoque stridente & acri, iter emetitur decuplo longius, id est pro centum & viginti stadiis stadia mille & ducenta. Id lectorem malo docere Aristidis verbis in oratione Aegyptiacâ: *Καίωσθαι Φάρου σταδίων εἴκοσι καὶ ἐκκοτὸν ἀπέχεται, καὶ οἱ ναῦς παρημερία γένηται, ὡς ἀρέμυς καὶ πρὸς μὲν πνέοντες, καὶ ἀπὸ τῆς καὶ λιγέως, ὅσα εἴκοσι καὶ ἐκκοτὸν σταδίων ἀπὸ τῆς μέγισται, ἀλλ' ἴσως μᾶλλον ἀφ' ἀπείρου καὶ γλίγας.* Sed nec Aegypto quicquam ex Nili alluionibus accedere concesserim. Id enim quicquid est facile dissipat continua maris agitatio. Proinde cum Alexandria stet ab annis fere bis mille, tamen semper est littorea, & quantum a Pharo distabat olim, tantum hodieque distat, nempe stadia septem, aut vt alij mille passus. Aristides vbi supra: *Καίωσθαι τὸ μὲν ἠπέροσ ἀπέχεται Φάρου εἰκοτὸν μέγισται σταδίων.* Ammianus lib. 22. *Insula Pharos, vbi Protea, cum Phocarum gregibus diuersatum Homerus fabulatur inflatus, a ciuitatis littore mille passibus disparata.* Hæc veteres. Iam è recentioribus ita Geographus Arabs parte tertia climatis tertij: *ובין אלמדינה מיל פי אלכרה* inter hoc candelabrum (*περὶ τὴν τῆς Phariâ*) *urbem intercedit milliare maritimi itineris.* Obiter Benjaminum hinc corrige, quo loco hanc turrim pro *Menar* candelabro *מגאר Megar* appellat, literis quam simillimis; & permutatis. Nihilo magis credo quod habet Plutarchus in Iside omnes Aegypti fontes & puteos esse amaros. Fontem Solis prope Heliopolim multi describunt; Sed amarum esse nullus obseruat, vt neque quenquam alium in Aegypto, quod quidem sciam. Iam quod de conchyliis in summitate mon-

A montium præter Plutarchum Herodotus etiam tradit, malo referre ad signa generalis inundationis, quæ in diluuiο contigit. Quo mire faciunt hæc Theophrasti apud Philonem de mundi perennitate; *σημεία τὰ ἐν πηγύσιν ἐξαπολέλθουσι θάλασσαν, ἡφιδας τὲ ἐν κόλποις, ἐν ὅτι οὐκ ἔστιν αἰγυπτίως εἰώθειν ἀποβῆναι πρὸς αἰγυπτίους* *pristina inundationis signa superesse calculos & conchas, & quæcunque huius generis aestuante mari solent ad littus eiici. Itaque etiam in Numidiâ Pomponius lib. 1. cap. 6. aliquid obseruat simile: Interius, inquit, & longe satis à littore (si fidem res capit) mirum ad modum spinæ piscium, muricum ostreorumque fragmenta, saxa attrita (uti solent) fluctibus, & non differentia marinis, infixæ cautibus anchoræ. Alia & huiusmodi signa atque vestigia effusi olim usque ad ea loca pelagi, in campis nihil alentibus esse inueniri que narrantur. Et Metam. lib. 14. Ouidius locorum suppresso nomine.*

---- vidi factas ex æquore terras,
Et procul à pelago conchæ iacere marinæ,
Et vetus inuenta est in montibus anchora summis.

B De Aegypto plura qui volet præter Geographos, Herodotum, Diodorum, Plutarchum, Aristidem, Heliodorum consulat, quorum scrinia compilare neque nostri moris est, nec instituti.

CAPVT VIGESIMVM-QUINTVM.

Septem filij Mesraim.

C E septem gentibus è Mesraim ortis fabulatur Iosephus sex Aethiopico bello fuisse deletas. Sed illa destructio tam commentitia est quam bellum ipsum quò deletas fuisse scribit. Chaldaei duo & Iunius eos magna ex parte sequutus, quomodo septem hæc nomina interpretentur. Arabus interpretis multo aliter.

A B Aegypto septem populos deducit Moses, *לודים* *Ludæos*, *ענמי* *Anamaeos*, *לחבי* *Lehabæos*, *נפחוחים* *Naphthuchæos*, *פתרוסים* *Patrosæos*, *כסלוחים* *Casluchæos*, ex quibus orti Philistæi, & *כפתורים* *Caphthoræos*: in quibus explicandis multum operæ frustra insumptum. Iosephus maluit nodum secare quam soluere, Et cum in aliis aliquid conetur, hinc palam profitetur se vno solo excepto de iis populis nihil quicquam scire, nisi quod illorum vrbes Aethiopico bello de quò deinceps acturus est, subuersæ & deletæ sunt. Ita etiam Hieronymus Iosephi vestigiis insistens: *Cæteræ sex gentes ignotæ sunt nobis: quia bello Aethiopico subuersæ, usque ad obliuionem præteritorum nominum peruenere. Bellum intelligit Mosis auspiciis confectum, quò Aethiopes tum temporis totius Aegypti domini non solum Aegypto pulsi, sed & Meroen vsque fugati, eaque obsessa & capta, cum regis filiâ Tharbi nomine, quam in vxorem duxit Moses. Hæc præter Scripturæ fidem partim ex Artapano, partim ex Hellenistarum lacunis petita refert Iosephus, mendacia putidissima, quæ refellere non est huius loci. Tantum Lector id meminerit, sex gentium destructio-*

Antiq. lib. 17
cap. 6.

tradit. in Ge
nes. cap. 10.

Vid. Euseb.
1. 9. præpar.
Ioseph. An-
tiq. l. 1. c. 5.

nem, cuius Iosephus author est, tam esse commentitiam quam illud ipsum bellum quô vult esse deletas: Nec cuiusquam industriam remorari debere tam futilem assertionem.

Chaldæorum vnus Ionathan pro Ludæis habet נְטָאוֹס *Neutæos*, id est incolas Nomi נְטָוִי de quô vide Ptolemæum; pro Anameis מְרִיטָאוֹס *Mareotæos*, id est incolas Mareotidis; pro Lehabæis לִיבְיָאוֹס *Libycos*, id est Libyes; pro Naphthuchæis פְּנַטְשְׁכוֹנִיָּא *Pentafchoenitas*, vel Pentafschœni incolas, de quibus Stephanus in Μαγδαλὴς & in Τάραμ. *ios*; Pentafschœnus vel Pentafcinum, vt ab Antonino scribitur; pagus fuit inter Pelusium & Casium montem. Pro Pethrosæis idem habet נְטָאוֹס *infulares*; Sed ex collatione huius paraphrasis cum Hierosolymitanâ colligo corruptam esse vocem & legendum פְּלוֹסִיָּאוֹס *Pelusiotas*. Pro Casluchæis idem habet פְּנַטְפּוֹלִיָּאוֹס *Pentapolitanos* seu Cyrenæos, & pro Caphthoræis קַפְּתוֹרָאוֹס *Cappadoces*.

Chaldæus alter, cui ab vrbe nomen, Naphthuchæis omiſſis, reliquos ita recenset: *Misraim genuit Mareotas & Pentapolitanos* מִיִּשְׂרָאֵל לִמְרִיטָאוֹס & לִפְנַטְפּוֹלִיָּאוֹס (*legendum לִיבְיָאוֹס Libyſtios, quomodo Libyes vocat Stephanus*) & *Pelusios, & Pentafschœnitas, ex quibus orti sunt Philistæi, & Cappadoces*. Arabi nuperæ editionis *Ludæi sunt Thenesæi* אֲרָבִיָּם תְּנֵסָי ab vrbe *Theneso* prope Pelusium de quâ Cassianus collat. 11. cap. 1. & *Nubiensis clim. 3. part. 3. Ananim* אֲנָנִים *Alexandrini: Lehabim* לְהָבִים *Bahnasæi* אֲבָנָסָי ab vrbe *Bahnas*, id est Panos seu Panopoli de quâ Nubiensis clim. 2. part. 4. & clim. 3. part. 3. *Naphthuchæi* נַפְתּוּחָי *Carmani: Pethrosæi* פֶּתְרוֹסָי *Iemanæi* אִימָנָי in Arabiâ *Fœlici: Chasluchæi* חַסְלֻחָי *Saidæi* סַיִדָי in Aegypti Thebaide: *Caphthoræi* אֲפְתוֹרָי denique sunt *Damiatæi* דַּמְיָטָי ab vrbe *Damiatâ*, Pelusio vicinâ, quæ Stephano Ταμίαν. Quæ eadem est *Beniamini* interpretatio.

Iunio Naphthuchæi sunt illi Aethiopes quorum metropolis est *Napata*, Pethrosæi sunt *Pharusij* qui sunt ad mare Atlanticum, Casluchæi sunt *Cassiotæ*, & Caphthoræi *Sethroitæ*. In cæteris sequitur Iunius Hierosolymitanum interpretem. Hæc simul & semel dicta volui, ne deinceps tempus pereat in proferendis aliorum coniecturis.

CAPVT VIGESIMVM-SEXTVM.

Ludæi לודים

Hebraicum Aethiopiae nomen haecenus esse ignoratum. Decem argumenta quibus probatur *Lud* esse Aethiopiam & לודים *Ludeos* Aethiopes; I. Primum a nomine. Vt Hebr. לוד ita Arab. لود tortuosum esse, maxime cum de flumine agitur. Inde לוד *Lud* Lydiam dictam propter Meandrum, & Aethiopiam, quia Nilus ibi maxime anfractuosus est, quod ex Herodoto, Agatharchide, Strabone, Diodoro, Luciano & Ptolemaeo probatur: Obiter quid sint *Ancones* in Nilo. II. Ludæi arcibus & sagittandi arte insignes El. 66. 19. & Ierem. 46. 9. Nempe Aethiopum arma sagittæ & arcus. Persarum arcus prægrandes, tamen Aethiopum maiores. Carduchorum arcus tricubitales Xenophon describit tanquam maximos: Sed Aethiopum arcus erant vno cubito maiores, nempe quatuor cubitorum. Sed sagittæ brevissimæ quibus pro mucrone smyris (Herodotus emendatus) Aethiopes sagittas capiti radiorum instar circumligabant, quas creberrimas iaculabantur in nubis speciem; Idque tertio icu & destinato; Auam scilicet iaculationibus exercitati. *Nificastus* vocat Plinius: Potius *Mificastus*, à נשפ & נשפ id est à trahendo arcu. Etiam auersi iaculabantur. Et ex icu sequebatur mors presentissima, quia sagittas venenis imbuebant herbarum aut draconum; Qui alibi innocii ibi mortiferi. Occidentales etiam Aethiopes hisdem armis instructi hodieque. III. El. 66. 19. *Phul* & *Lud* iunguntur tanquam vicina loca. *Phul* id est *Phila*, vrbs & insula in Nilo ambigui iuris inter Aegyptios & Aethiopes centum stadiis supra Syenem. Origo nominis fabulosa apud Seruium ex Seneca. *Phila* idem Aegyptiis quod Græcis Elephantine, quia פיל *Phil* est *elephas*. *Phila* & Elephantine diuersæ vrbes sed simillimæ, ideo promiscuè sumptæ. *Phul* pro *Phil* scripsit Esaias permutatis *van* & *iod*, quod apud Hebræos frequens. Viro docto *Phul* est Cyrene, quia ibi regnavit *Aphulas*, quomodo vult in Iustino describi pro Ophellâ. Contra Ophellas in Cyrene regnavit post Esaiam annis 400. Nec inuidendum Græcum nomen Græco homini, qui aliunde notissimus est. Probatur hunc Ophellam Macedonem fuisse, primò Alexandri, dein Ptolemæi comitem, & Athenis vxorem duxisse Eurydicem è stirpe Miltiadis &c. IV. Esaiæ loco quem diximus, agi de vocatione Aethiopum ad fidem, quod impletum Act. 8. 27. vbi Candaces non est Eunuchi nomen vt putarunt quidam veteres, sed Regina. De Candace Plinius, Strabo, Dio. V. Ludæos seu Aethiopas Aegyptiorum esse colonos. Multa communia vtrique genti. Reges pro diis. Studium circa sepulchra. Statuarum formæ. Literæ Hieroglyphicæ. Sacerdotum ordines & tonsura & vestes. Circumcisio. Iidem dij. Color prope similis. Capilli pariter crispi. De antiquitate certamen inter illos. Sed Aethiopes suâ asserunt vanissimis rationibus. Aethiopes Aegyptiis cur dicti. VI. In Ierosolimitana paraphrasi legitur Misraim genuisse *Meroitas*. Legendum *Meroitas* à *Meroe*, quæ caput est Aethiopiæ. Simile mendum in Luciano elucit Cl. Salmasius. Rectè igitur Elias hos collocat in regno Pretigiani, id est Abyssinorum. Sed in eo perperam *Maronita* pro *Meroita*. VII. Alium quem è Græcis interpretibus *A'is'is* hic habuisse probatur ex glossemate quod in textum irrepit in quibusdam editionibus. VIII. in Talmude Ludæi anthropophagi, quales in Africa nulli extra Aethiopiam. De Aethiopiæ Anthropophagis Philostratus, Plinius, Solinus, Ptolemæus, Marcianus. IX. Hora prima in Talmude, id est hora prandij Ludæorum; Sic Aethiopum quosdam Diodorus edet edicit pro vt libido fert. X. Talmudicis *Lubdekis* asinus è terra Lud fortior ceteris, mediæ naturæ inter syluestrem & mansuetum. Sic & alij Onagros in Aethiopiâ describunt maximos & magno numero. *Zebra* animal. Pro *Lubdekis* alij *Lenakerin* & *Labrek'in*; Malim לודבריקין *Lud-brik'in*. Africanos asinū βεαδὸν vocare. Hinc Hisp. *borrico* & Arab. *Alborac* آلبراق.

C HUS non esse Aethiopiam vt veteres crediderunt, iis rationibus probauimus quas nemo facile eludet. Sed vnum poterat objici, nullum aliud è Scripturâ edi nomen quò appelletur Aethiopia; Nec esse verissimile gentem celeberrimâ & Aegyptiis conterminam, Iudæis fuisse ignotam, aut de illâ prorsus tacuisse vates Hebræos, qui de populis remotissimis non pauca scriptis suis passim inserunt. Huic obiectioni, quæ hæcenus plane est intacta, vno verbo respondeo, Aethiopiam Hebraicè dici לוד *Lud*, & Aethiopas לודים *Ludim*, aut si mauis *Ludæo*. Id euincunt multa argumenta, quæ quia noua sunt & inaudita mihi necesse est multis persequi.

I. Primum ducam ab ipso nomine. ἢ Lud, Hebræis est *declinare, obliquare, torquere*. Inde Phœnices ἢ Lud fecerunt, & Arabes ἢ Z & D de more permutatis. Giggeius: ἢ *flexuosus fuit, sinuosus fuit*, ἢ *anfractus & flexus*, ἢ *fluvius flexuosus*. Ex quò factum ut ἢ Lud vocaretur Aethiopia quæ sub Aegypto, vbi Nilus est maximè anfractuofus. Herodotus de Nilo supra Elephantinam vnde incipit Aethio-

lib. 2. c. 29.

πια: σκολιὸς δὲ τῷ τῆς κατὰ πῆρ ὁ Μαίανδρος ὅστις ὁ Νεῖλος tortuosus ibi est Nilus, sicut *Mæander*. Agatharchides cap. 10. vbi ex Thebaide ventum est ad Aethiopiam, Νεῖλος ἐκείσε ἀποκλόμενος εὐφρασίως ἐποιήσας ἕως τῶν δεξιῶν ῥύσιν τῶν ἀγκύλων τῶν κλίσιν μεγάλῳ Nilus insigniter illic curuatur, & facit ad dexterum Anconum tractum magnam illam declinationem. Quod fugit interpretes, Ancones, id est cubitos, ibi propriè vocat Nili flexus: Sic Strabo lib. 17. *A sinistra cursus Nili Nubæ habitant in Lybiâ magna gens à Meroe incipiens μέχρι τῶν ἀγκύλων usque ad Ancones*, id est usque ad Nili flexus. Malè legunt Ἀγγύων vocem nihili. Flexus illos ita describit Era-

Strabo l. 17.

τοstenes: Ρύεις ἀπὸ Μερῆος ἐπὶ τὰς ἀρκτας ὡς διὰ χιλίας ἐπὶ εὐκαρπίους σταδίους πάλιν ἀμῆστέρον ἕως μεσημβρίας ἐπὶ τῶν χιλιεσίων δύσιν, ὡς περὶ χιλίας ἐπὶ εὐκαρπίους σταδίους, ἐξ ἧδὸν ἀμῆστέρον τῶν Μερῆων ἕως τῶν Διούλων πολὺ πλεοναστῶν, ἐπὶ τῶν ἐπέσθιν ὅστις εὐφρῶν ποιητέμενον, ἕως τῶν ἀρκτας φέρεται πενταχιλίους μὲν ἐπὶ τετρακσίους σταδίους ἐπὶ τῶν μέσθιν κατὰ τὴν παρεπίστροφον μικρὸν ἕως τῶν ἑῶν, χιλίας δὲ ἐπὶ τετρακσίους τῶν ἐπὶ τῶν ἐλάσθιν τῶν Συήλων, πενταχιλίους δὲ ἄλλως ἐπὶ τετρακσίους ἐπὶ τῶν γαλακτίων. Postquam fluxit à Meroe Nilus versus septentrionem ad MMDCC stadia, rursus vertitur ad meridiem & hybernum occasum ad stadia MMMDCC prope obuersus locis circa Meroem, & in Lybiam magno impetu ruens; Rursus alio flexu facto ad Septentrionem fertur VMCCC stadia ad magnum cataractem paululum in ortum inclinans, hinc stadia MCC ad minorem cataractem qui est prope Syenem, & alia rursus VMCCC usque ad mare. Et Diodorus lib. 1. κατὰ τὴν ποίον μεγάλην, ποτὲ μὲν ἐπὶ τῶν ἀμῆσθιν ἐπὶ τῶν ἀρκτίας ὅστις εὐφρῶν, ποτὲ δὲ ἐπὶ τῶν δύσιν ἐπὶ τῶν Διούλων ἐκκλίτων Flexus facit magnos, quandoque ad ortum & Arabiam obuersus, quandoque rursus in occasum & Libyam inclinans. Item: ποτὲ μὲν ἐλάσθιν ἕως τῶν ἑῶν, ποτὲ δὲ ἕως τῶν ἐπέσθιν, ἕως δὲ ὅτε ἕως τῶν μεσημβρίας εἰς τὴν πύσιν κατὰ τῶν παλίσθριν nonnunquam ad ortum decurrit, nonnunquam ad occasum, sed & quandoque ad meridiem fluxu in contrarium verso. Et Lucanus lib. 10.

pag. 191

Rursus in occasum flexus torquetur & ortus,
Nunc Arabum populis, Libycis nunc æquus arenis.

Proinde Nilum Aethiopicum ab Aegypto Strabo distinguit his verbis: τῶν μὲν Ἀιθιοπίας ἕως πύσιν διέξασθιν ὁ Νεῖλος, ἕως μόνον, ἕως ἐπὶ ἀρκτίας &c. τῶν δὲ Αἰγυπτίων ἐπὶ μόνον, ἐπὶ πύσιν, ἐπὶ ἀρκτίας. Aethiopiam quidem neque totam permeat Nilus, neque solus neque in rectum; Aegyptum verò & solus, & totam, & in rectum. Atque id maximè patet ex Ptolemæi tabulis quæ sunt in omnium manibus. Merito igitur Lud, id est fluminis flexus, ea regio appellatur in quâ Nilus alibi rectus tam insigniter flectitur.

Hanc coniecturam plurimum firmat quod eodem nomine ἢ Lud,

- A id est Lydia, dicitur regio quæ ad Mæandrum est. Plinius: *Lydia autem perfusa flexuosi amnis Mæandri recursibus*. Itaque etiam apud Mosem duplex *Lud*: Nam præter *Ludæos* illos filios *Mefraim* Gen. 10. 13. alij nominantur eis cognomines vers. 22. inter *Semi* filios: *Filij Sem*, inquit, *Elam, Assur, Arphaxad, Lud & Aram*. Sed de his plura diximus suo loco. Hic sufficit id obseruasse idem nomen fuisse regionibus tam diffitis, quia utramque alluunt amnes maximè flexuosi; unde est quod *Herodotus* illos inter se conferens, de *Nilo Æthiopico* hæc habet: *σκολιός ὁ τῷ τῆ, καὶ περὶ ὁ Μαιάνδρου ὅτι ὁ Νῆλος tortuosus ibi est Nilus sicut Mæander*.
- B II. Secundum argumentum quò *Ludæos* probamus esse *Æthiopes*, ducitur ex iis *Scripturæ* locis, quibus *Ludæi* describuntur tanquã arcubus potissimũ insignes. Sic *Esaia* 66. 19. *פול ולור משבי קש Phul & Lud trahentes arcum*. Et *Ieremiæ* 46. 9. *הפשי דרכי קש Et Ludæi tractantes & tendentes arcum*. *Chaldæus* utrobique *מחן בקשן ומחן דנגדן ולוריהו & Ludæi qui arcu iaculantur & feriunt*, nempe icu certo & destinato. Non potuerunt *Æthiopes* vlllo alio caractere melius insigniri. Primò id ex historiã constat arcus & sagittas arma fuisse *Æthiopum*. *Vetus author* apud *Suidam* de *Semiramide*: *Ἐπιβάτας ὁ ἐφ' ἐκείνην κέρμηλον δύο ἔταξεν Ἀῖθίοπας ἑξέθειν ἐ ἀγροτί- ζει & in singulas camelos duos imposuit Æthiopes qui sagittas & iacula mitterent*. *Strabo* de *Maurusiis & Nigretibus* lib. 17. *ἑξέθειν καὶ περὶ ὁ Ἀῖθίοπες, arcu utuntur instar Æthiopum*. *Heliodorus* lib. 9. *καὶ τινος τῆς Ἀῖθίοπων ἑξέω βληθείς à quodam Æthiope arcu transfixus*; Neque illi arcus è vulgo fuere, sed vasti admodum. *Agatharchides*: *καρδίη ὁ ἐπὶ τῆς κινδύων τῆς πολεμικῶν Ἀῖθίοπες τοῖς μὲν ἑξοῖς μεγάλῃς utuntur autem Æthiopes in bellicis periculis magnis arcubus*. Proinde licet etiam arcus *Persici* prægrandes fuerint, quod disertè scribit *Xenophon* lib. 3. *anabaf. μεγάλα ὁ ἐκ τῆς ἑξοῦ τὰ Περσικῆ ὄντι*, tamen *Æthiopum* arcus *Persici* erant maiores. Unde est quod apud *Herodotum* rex *Æthiopum* *Macrobiorum* arcum suum *Cambyfis* legatis ostentans, ipsique adeo *Cambysi* dono mittens; *Arcum hunc*, inquit, *illi offerentes hæc dicite: rex Æthiopum regi Persarum auctor est ut tum demum in Æthiopes Macrobios bellum moueat*, ἐπειδὴ ἔτασ θ' πετιῶς ἕκαστὸν τὰ ἑξοῦ Πέρσων εἶναι μεγάλα ἑξοῦται cum *Persæ* tam facile trahent arcus tantæ magnitudinis. Nempe *Carduchorum* arcus quos *Xenophon* è *Persis* rediēs describit tanquam maximos, trium ad summum fuerunt cubitorum: *Optimi*, inquit, *erant sagittarij; habebant autem ἑξοῦ ἐκ τῆς τετραπλήρης arcus ferè tricubitales*. At *Æthiopum* arcus integro cubito longiores, id est quatuor cubitorum fuerunt. Ita veteres constanter tradunt. *Herodotus* lib. 7. *ἑξοῦ ὁ ἔχον ἐκ Φοινίκης ἀνάγης πεποιημένα μέγαρα, τετραπλήρων ὄντι ἕκαστος arcus ex palmarium spathis gerebant, quatuor non minus cubitis longos*. *Strabo* lib. 17. *καρδίη ὁ ἐκ τῆς ἑξοῦ Ἀῖθίοπες τετραπλήρη ξυλίνῃς πεποιημένους utuntur etiam Æthiopes quatuor cubitorum arcubus è ligno præusto*. *Diodorus* lib. 3. *Armantur &c. ξυλίνῃς ἑξοῖς τετραπλήρη, οἷς ἑξέθειν μὲν ἐπὶ πρὸς ἀμφοτέρωθεν arcubus ligneis quadricubitalibus, quibus pede admotis iaculantur*. *Contra sagittæ breuissimæ, quarum acumen non ex ferro, sed ex smyri lapide*. *Herodotus: Arcus habebant &c. quatuor non minus cubitis longos ὅτι ἔκαστος*

De masi
Rubro lib.
1. cap. 7.

νοῖς οἷσις μικροῖς (male legitur μακροῖς) ἀρπὶ δὲ σιδήρῳ ἐπιπέτῳ λίθῳ ὄξυς πεπιη-
 μένῳ, ὅς ἐστι τὰ σφρηγίδας γλύφουσι, paruas item ex arundine sagittas, quibus
 pro ferro lapis erat acuminatus quo sigilla sculptunt. Μακροῖς mutavi in
 μικροῖς, fretus Heliodori loco ex lib. 9. ὅς δὲ μικροῖς μὲν τοῖς βῆσι &c. εἰσ-
 ξύοντες illi autem paruis sagittis iaculantes; Et his ex Agatharchide: utun-
 tur Æthiopes magnis arcibus, βραχέσι δὲ τοῖς οἷσις breuibus autem sagittis:
 In extremâ porro arundine pro ferro funibus constrictus firmatur lapis for-
 mâ oblongus, acutus supra modum. Nec graues esse oportuit quas in phare-
 tra non gerebant, sed tanquam radios in ferro quò caput erat redimitum;
 Lucianus de saltatione: ὁ βῆσι Ἀἰθίοψ ἀνὴρ ἀφ' ἧν τὴ κεφαλῆς, τῷ τῆ δ' ἀν-
 τὶ φαρῆσας χροῖ, δειδέοντες αὐτῆ ἀκινυμένῳ τὰ βῆσι Sagittam vir Æthiops
 à capite adimens, eò enim utuntur Æthiopes pro pharetra, sagittas capiti
 radiorum in morem circumligantes &c. Heliodorus: πλέγμα γὰρ τι κυκλωτέρῃ
 τῆ κεφαλῆς δειδέοντες, ἐπὶ τῷ βῆσι γὰρ τὴ κύκλον περιπέσαντες, ὅ μὲν ἐπερωμένον τῷ
 βῆσι πρὸς τῆ κεφαλῆς δειδέοντες, τὰ δὲ ἀκίδας οἷον ἀκίδας εἰς τὸ ἐκτὸς περι-
 βλήν) Texturâ enim quâdam circulari capiti circumpositâ, & illi sagit-
 tis in orbem infixis, partem quæ idem sagittæ alata ad caput conuertunt, spi-
 cula autem tanquam radios extrorsum prominere sinunt. Claudianus lib. 1.
 in Stilich.

Venerat & paruis redimitus Nuba sagittis.

Et in de nuptiis Honorij & Mariæ:

---- quantum crinita sagittis

Attulit extremo Meroe circumflua Nilo.

Et lib. 3. de consulatu Honorij,

---- Meroe traxit de crine sagittas.

Et in de Nilo:

Et gens compositis crinem velata sagittis.

Atque has sagittas Æthiopes in medio conflictu tam crebras iaculabantur,
 ὥστε εἰς νέφους φερούσας τὴν πυκνότητά τῶν βλαστῶν ut illarum densitas nubis
 speciem exhiberet, ut in Heliodoro habetur. Et ex quantumlibet breues ta-
 men recta feriebant. Idem Heliodorus: ἀρπὶ τῷ βῆσι Ἀἰθίοψες &c. ὁ-
 σκοπώτερον βάλλοντες etiam ex aduerso Persarum iaculabantur Æthiopes, cer-
 tiori ictu petentes. Cyrillus in Esaiam lib. 2. τὰ πρὸς τῆ τῆ θηβαίων ἐστὶν βαρ-
 βαρὰ, βλέμματα δὲ ὅτι οἱ καὶ εἰσὶν Ἀἰθίοψες, ἀτεχνήματα μὲν τὰ βλαστῶν ἀφ' ἑσῆς
 ποιῶσιν μεμελετημένοι Thebaidem attingunt gentes barbaræ, Blemmyes sci-
 licet Æthiopes, sagittis magna arte mittendis exercitati. Mutavi ἀφ' ἑσῆς in
 ἀφ' ἑσῆς in Græco textu Cyrilli, authore nobilissimo D. D. de Grentemesnil
 quem iam aliquoties nominaui. Diodorus lib. 3. ὅτι οἱ λίγροι δὲ ἀπὸ τῆ ἐπὶ τῷ
 ξείνῳ ἐρηθλιώτες τῶν ἀπλωδῶν, ἀσάρας πολλὰ τῶν βλαστῶν, δι' ὧν τὴ φύσεως ἐνδεδυ-
 ἀρα πληροῖσι Illorum non pauci auium iaculationibus exercitati multas sine er-
 rore feriunt, atque inde victum sustentant: Solinus cap. 30. Maritimos Æ-
 thiopas quaternos oculos dicunt habere: sed fides alia est, illa denique quod &
 vident plurimum, & manifestissime destinant ictus sagittarum. Plinius lib. 6.
 cap. 30. Regio supra Sirbitum ubi desinunt montes, traditur quibusdam ma-
 ritimos habere Æthiopæ Nisicastes Nistas, quod significat ternum &

A quaternorum oculorum viros; non quia sic sint, sed quia sagittis præcipuâ contemplatione utantur. Fallor, aut aliquis Plinio imposuit, & Nisicasta corruptum est ex Syro vel Phœnicio *κρηρ γρω* *Mesic-casta* tendens arcum. Quod est ipsissimum Aethiopum epithetum in Esaię loco in quo versamur vbi vocantur *κρηρ γρω*. Quin & Parthorum in morem fugientes & auersi feriebant. Heliodorus: *καὶ ἀπετραμμένοις εἰς τὸ πρὸς τοὺς ἕξοις, καὶ ἀποφύλλω βάλλοντες* & auersis in tergum arcibus etiam in fugâ iaculantes. Sed in Aethiopum iaculatione nihil fuit tam terribile quam quod mors ex vulnere præsentissima sequebatur; nempe acutus ille lapis, quod in sagittâ præstabat ferri vices, erat *φαρμάκω θρασυμένω βεβαμμένω* venenis lethiferis tinctus. Quod præter Agatarchidem & Theophrastum lib. 9. cap. 15. hist. plant. etiam Cyrillus refert his verbis vbi supra, *φαρμάκω δὲ ταύταις ὑποχέοντες ὁλεθριωτάτω ἐπιφύλασι τοῖς μαχημένοις, καὶ εἰ ἀποφύλλω, περὶ ἧξεν ἰπποτάταις ὁ πλοῦσις, καὶ ὡσαύτως ὁφίοδηκω γερωνὸς ἀποχρήμα περὶ* veneno autem perniciosissimo eas (sagittas) inungentes, in hostes eiaculantur, atque eo: si tingerint, qui percussus est omnino moritur, & perinde ac qui morsus est a vipera repente concidit. Hinc Claudianus Stilich. panegyri.

--- *Aethiopum geminata venenis*

Vulnera.

C Draconum scilicet venenum in eum vsum adhibebatur. Heliodorus: *μνηστῆρος μὲν τοῖς βήξιν, ἰὼ δὲ δεξιόντων περὶ εὐμένωις εἰς τὸ ἐξόλοντες, ὅξυ ἴσα, καὶ ἀποφύλλω γάλακτι ἐπέφρον* paruis quidem sagittis, sed veneno draconum infectis iaculantes, acerbum & præceptis mortis genus inferebant. Plinius quidem, Aetius & alij draconem venenum habere negant, vnde est quod noxias herbas ideo leguntur edere vt morsu suo plus periculi creent. Homerus:

Plin. 1. 29. c. 4. Tetrab. 4. ferm. 1. c. 34.

Ὄς δὲ δεξιῶν ὄπι χεῖρ ὀρέσσει ἀδρα μέντοι βεβρωκὸς κρηρ φάρμακω.

Iliad. X. vcrf. 93.

Aelianus: cum homini aut fera cuiquam moliuntur insidias *θερατηφόροις ῥίζαις ἐδίδου* mortiferas radices edunt; Sed vtvt de Græciæ draconibus ita

lib. 6. c. 4.

D scribatur, tamen Africæ draconibus virus inesse lethiferum scribit Leo Africanus: Proinde Moses in Cantico: *venenum draconum vinum eorum*. Et poëta Lucanus eleganter vt solet:

lib. 9.

*Vos quoque qui cunctis innoxia numina terris,
Serpitis aurato nitidi fulgore dracones,
Pestiferos ardens facit Africa.*

Sed & præter venenum draconum, radix quædam cuius nomen subticetur eisdem præstabat vsum. Theophrastus vbi supra: *ἐν Ἀιθιοπία ἢ τοῖς οἰσὺς χεῖρας εἰσα τίς ἐστὶ θερατηφόρος*. In Aethiopiâ quâ sagittas inungunt, radix quædam mortifera est. vnum addo non modo Aethiopes qui ad Nilum sunt sub Aegypto, sed & Occidentales ad Oceanum ab arcibus insigniri. Scylax de Aethiopiis ad Occidentalem Oceanum pag. 52. *εἰσὶ καὶ ἰσσηλά, καὶ ἀρνιτάρ, καὶ ἕξ, καὶ χιῶν* τοῖς βήξιν πεπωγακτομένοις Etiam periti sunt equites, & iaculatores, & sagittarij, & sagittis utuntur ignitis. Quæ eadem arma vicinis Mauris. vulgatum illud poëta:

*Integer vitæ scelerisque purus
Non eget Mauri iaculis, nec arcu,
Nec venenatis gravidâ sagittis
Tusce pharetrâ.*

Quin hodieque id ipsum in vsu. Nubiensis in primâ parte primi climatis, vbi Mauri & Aethiopes occidentales: *Arma incolarum*, inquit, ארמיהם ארמיהם ארמיהם *arcus & sagittæ in quibus impetus illorum.*

III. Ex illo ipso loco Efaiz quem citauimus alterum emergit argumentum non contemnendum. Is enim ita habet: *Adgentes Tarsis, Phul & Lud trahentes arcum, Tubal & Iauan regiones longinquas.* Ibi ratio manifesta cur coniunctio *Et inseratur inter Tubal & Iauan*; Nempè ex variis populis Iauan nominatur vltimus, & claudit orationem. At quorsum eâdem coniunctio potius iunguntur *Phul & Lud* quam *Tarsis & Phul*, aut *Lud & Tubal*? *Tarsis*, inquit, *Phul & Lud, Tubal &c.* Vno verbo respondeo *Phul & Lud* loca esse vicina, cum reliqua sint à se inuicem valde dissita. Nempè *Phul* id ipsum est quod Græcis *Philæ*, vrbis ad Nilum fluiuium centum stadiis supra Syenem, in insulâ non magnâ, ambigui iuris inter Aegyptios & Aethiopes. Aristagoras Philiam vocat apud Stephanum in Takompso, Stephanus Philam, alij Philas. En ipsa verba veterum; Strabo lib. 1. *Ἡ Φίλας καὶ τὰς Φίλας, ὅτι ἡ μὲν τῆς Αἰγυπτίου ἐστίν, αἱ δὲ Φίλας κενὴ καὶ τῆς Αἰθιοπίας καὶ τῆς Αἰγυπτίου* qui ad Syenem & *Philas*, quarum illa Aegypti est, *Phile* autem communis habitatio Aethiopum & Aegyptiorum. Et lib. 17. *τὴν δὲ κατὰ ῥάκτας μικρὸν ἐπάνω, τὰς Φίλας τῆς ἀμφὶ τὴν κενὴν Αἰθιοπίας τῆς Αἰγυπτίου Paulo supra Catarracten Philas communem Aethiopiibus & Aegyptiis habitationem esse cōtingit.* Et paulo post: *Ἡ ληθόμεν δ' εἰς Φίλας ἐκ Συήνης ἀπὴν δι' ὁμάλιον σφοδρὰ πείρα σταδίους ὁμῶς τε καὶ τὴν Φίλας Syene plaustris venimus per campum valde planum stadiorum circiter centum.* Heliodorus lib. 8. *Ἡ πόλις αἱ Φίλας, καὶ μὲν ἐπὶ τῆς Νείλου, τῆς ἐλαττοῦ κατὰ ῥάκτας ἀνωτέρω μικρὸν. Συήνης δὲ ἐκ Ελεφάντινης ἐκείνη πρὸς τὴν μετὰ τὸν σταδίους διεύρηται, τῶν τε ποτῶν φυγάδες Αἰγυπτίους κατὰ ῥάκτας ἐκείνηται ἀμφίβολον Αἰθιοπίας τε καὶ Αἰγυπτίους κατέστη, τῆς μὲν τῆς κατὰ ῥάκτας πρὸς Αἰθιοπίας ὀρεινῶν, Αἰγυπτίους δὲ καὶ τὰς Φίλας πρὸς τὴν περὶ τὴν ποταμὸν, τῆς παρ' ἐαυτοῖς φυγάδων, ὡς δὲ δορυδύοις ἐαυτοῖς προσμένειν ἀξιοῦντων* urbs enim *Philæ ad Nilum sita est paulo supra minores catarractas: A Syene autem & Elephantina centum circiter stadiis distat. Hanc exules Aegyptij quondam cum occupassent & inhabitassent, ambigam fecerunt inter Aethiopes & Aegyptios, illis quidem Aethiopiae fines ad catarractas promouentibus; Aegyptiis vero etiam Philas, ut quas sui exules incoluissent tanquam bello partas sibi vindicare volentibus.* Aristides in oratione Aegyptiacâ: *Φίλας δὲ τὰς κατὰ ῥάκτας κατὰ ῥάκτας, μεθόκει Αἰγυπτίους λέγω καὶ Αἰθιοπίας, Philas enim quæ sunt supra catarractas dico esse confinium Aegypti & Aethiopiae.* Et aliquanto ante: *κατὰ ῥάκτας ἐπὶ τῆς ὁμοῦ ὅτι αὐτῶν κατὰ ῥάκτας, εἰς Φίλας διέβητον. ἔστι δ' αὕτη ἡ πόλις μεθόκει Αἰγυπτίους καὶ Αἰθιοπίας, ἡ αὐτὴ δὲ μέγιστος ὅση περὶ ἐν αὐτῇ πόλις, ἡ ἐπὶ τῆς δ' αὐτῆς ὁ Νείλος, ἀκείων μέστω ἐαυτῶν ποταμὸν consensu portu qui primus est supra catarractas, in Philas traieci, quæ insula Aegypti & Aethiopiae confi-*

A

B

C

D

E

confi-

A confinis est, tantæ magnitudinis quantæ est eius oppidum. Illam autem circumfluit Nilus, facien sui præcisè medium. Aristagoras Ægyptiacorum primo: *Τὰς μὲν φιλίας, κἀμὴ ἐν τοῖς ὀρείοις Ἀἰγυπτίων καὶ Ἀἰθίοπων πρὸς τῆ φιλίᾳ νήσῳ Τὰ κομψύς* v. eius est in finibus Ægyptiorum & Æthiopum ad Philiam insulam. De Philis qui plura volet legat Diodorum, Strabonem, Pliniū, Senecam, Lucanum, Ptolemæum, Antoninum, Seruium, Procopium, Stephanum, Isacium, quorum loca exscribere mihi non vacat, sed nec puto esse necesse. Philiarum nominis ratio fabulosa profertur à Senecâ libro quem citat Seruius de situ & sacris Ægyptiorum: *Philas*, inquit, *hoc est Amicas vocant; ideo quod illic est placata ab Ægyptiis Isis, quibus irascebatur, quod membra marii Osiridis non inueniebat, quem frater Typhon occiderat, quæ inuenta &c.* Nungæ. Philarum nomen non est Græcum sed Ægyptium, vel etiam Æthiopicum. Atque idem sonare videtur quod Græcum *Elephantinæ*, quia Syris, Chaldæis, Arabibus, Æthiopicis *phil* est elephas. Potuerunt vicinæ vrbes commune nomen habere propter similitudinem; Strabo certè urbem Philas dicit esse *κατασυνθασμένην ὡς περ καὶ τὴν Ἐλεφαντίνην, καὶ ὁ μέγεθος τῆς στρεπτάτης ἰστῆς ὡς τῆς Ἐλεφαντίνης, καὶ τῆς μεγέθους ὡς τῆς Ἐλεφαντίνης*, & magnitudine parem. Vnde factum putauerim vt promiscuè sumantur. Id saltem à Plinio factum, qui Elephantinam pro Philis accepit, & Philas pro Elephantine, vt obseruat doctissimus Salmasius in Solinum. Sed & Ægyptius scriba qui Herodoto duos montes in acutum desinentes, vnum *Crophis*, alterum *Mophis* nomine inter Syenam & Elephantinam descripsit, Elephantines nomine videtur Philas intellexisse. Cum ex testibus *ὠκυπέτας* Strabone & Aristide constet inter Syenam & Elephantinam præter fluuium Nilum nihil fuisse interceptum.

Diodor. l. i. p. 13. Strab. l. 17. Plin. l. 5. c. 5. Senec. nat. q. l. 4. c. 2. Lucan. l. 10. Ptol. l. 4. c. 5. Anton. Seru. in Aeneid. 6. Proc. Perf. l. 8. Steph. in φιλίᾳ. Isac. in Lycophon. pag. 44.

p. 4. 7. Herod. lib. 2. cap. 27.

Phul pro *Phil* scripsit Esaias permutatione literarum *Vau* & *Iod*, quâ nihil frequētius. Sic in variis Scripturæ locis ^a פַּיַן *Paï* & ^b פַּיַן *Paï* ^c תְּחִיָּה *Thoi* & ^d תְּחִיָּה *Thoi*, ^e פֶּרְדָּא *Peruda* & ^f פֶּרְדָּא *Perida* sunt idem nomen aliter atque aliter scriptum. Quidni pari exemplo *Phul* sit idem locus qui *Phil*? Itaque in Esaiâ *Phul* & *Lud* sunt Ægypti extrema cum contiguâ Æthiopiâ. Quod prope omiseram, pro *Phul* Chaldæus habet plurali numero *פִּילִי* *Phulæ*, cui proximè accedit *פִּילָא* *Philæ*.

a Gen. 36. 39. b Chr. 1. 49. c 1. Chron. 18. 9. d 2. Sam. 8. 9. e Esdr. 2. 54. f Nehem. 7. 57.

Virum scio valde doctum & de his literis bene meritum *Phul* vel *Pulem*, vt ille scribit, multo aliter explicasse, nempe *Cyrenem siue Pentapolim* & *ulteriorem Africam*, vbi, inquit, regnavit *Aphulla* ab *Agathocle* Siculo *irecimentus*, corruptè *Ophellas* apud *Iustinum* lib. 22. Sed hæc coniectura tanti non est vt quenquam remoretur. Neque enim vllum esse puto qui si bi persuaderi sinat, Cyrenem ab Esaiâ *Phul* appellari, eò quod siue *Ophellas*, siue *Aphulla* regulus nullâ aliâ re quam clade suâ memorabilis, erat ibi regnaturus post quadringentos demum annos. Nam tot circiter anni fluxerunt ab Esaiæ vsque ab *Ophellæ* tempora. Neque id ferendum quod vir doctus, vt scenæ subseruiat, Iustini *Ophellam* in *Aphullam* mutat. Fateor quidem veteres in hoc nomine variare non nihil. Nam Aristoteles & Polyenus simplici *Λ' Ο' φέλλας* scribunt, & Plutarchus *Ο' φέλλας*. Tamen in Suidâ disertè legitur *Ο' φέλλας*, & in Orosio *Ophellas*; Et in eiusdem æui scriptore

Aristot. æconom. l. 2. Pol. Strat. l. c. in Agathocle. In Demetrio, voce Ο' φέλλας. Hist. l. 4. cap. 6. Diod. l. 20.

Theophrasto hist. plant. lib. 4. Τὸ ὄν Οφέλλω τε ὄπεδον ἠνίκα ἐβάδιζεν εἰς Καρχηδόνα *Ophellæ igitur copia cum irent Carthaginem.* Sed & in Diodoro qui de eo plura refert quam quisquam alius, constanter scribitur Οφέλλας locis, nisi fallor, quatuordecim. Et Ophellas Græcum nomen est etiam in prouerbiis receptum, vt cum dicunt, *venit ad nuptias vt Ophellas non inuitatus.* Apollodorus Carystius: Καὶ νῦν γε φασὶ Χαμφεφάδ' ὡς τῶν τοῖς γάμοις ἀκλήτων ὡς τῷ Οφέλλω εἰσδεδυκέτω. At *Aphullæ* nomen ne apud Barbaros quidem in vsu, quod quidem sciam. Nec debuit vir doctus Græcum nomen inuidere Græco homini, Ophellæ, inquam, Regi Cyrenes, qui fuit vnus ex amicis Alexandri, & coniugem Athenis duxit Eurydicen vel Euthydicen è magni illius Miltiadis profapiâ. Diodorus: ἔτι δὲ τὸ μὲν ἦν φίλων ἦν σωεσθαι πευμένων Ἀλεξάνδρῳ. Et paulo post: ἰσθ' ἔτι Ἀθλιωαίους ἔτι συμμαχίας διεπέμπετο, γεγαμηκῶς Εὐρυδίκῳ τῷ Μιλτιάδου θυγατέρι. Plutarchus: Εὐρυδίκῳ ἢ Μιλτιάδου μὲν ἔτι ἀπόγονος τῶν παλαιῶν, σωκοιήσατο δὲ Ὁφύλλῳ ὃν Κυρήνιος ἄρχοντα, μὲν τῶν ἐκείνων τῆς θυγατρὸς ἀφίκετο πάλιν εἰς τὴν Ἀθήνας. Hic est Ophellas Macedo de quo in Arriano de rebus post Alexandrum gestis apud Photium auth. 92. Οφέλλας ἀπὸ Μακεδῶν ὅς ἐστι Πτολεμαῖος τῶν Λάγου ὅτι βολυβία ἦν Κυρηνάων ἐτύχθητε ἑταίρος *Ophellas vir Macedo qui à Ptolemaeo Lago ad Cyrenensium auxilium missus est.* Vides igitur lector hæc talia non esse vt nos dimouere debeant à priore sententiâ, quâ Phul & Lud asserimus esse Philas & Aethiopiam, quæ sub Aegypto est.

IV. Imprimis id notandum in eò Esaiæ locò agi de vocatione gentium quos è Iudæis \square (id est euasuri cladem quam vniuersæ genti Deus erat interminatus, vno verbo Apostoli atque eorum discipuli) conuersuri erant ad Christum. Quod impletum cum ex illâ gente Eunuchus à Philippo baptizatus Euangelium Aethiopibus prædicauit tanto successu, vt hodieque post tot sæcula in Christi fide iugiter perseuerent. Is porro Eunuchus Candaces appellatur à Lucâ genitiuo casu non nominatiuo, vt putauit Gregorius Nazianzenus, cuius hæc verba in oratione de Bapt. \square *Εὐφροσύνη, γινῶ Καδάκης Philippus sum, esto Candaces.* Atque hunc sequuntur Euthymius & Anastasius Sinaita. Tamen in Græcis Lucæ verbis nulla est ambiguitas, ἰδὲ ἀπὸ Ἀθιόπων δυνάστης Καδάκης ἢ βασιλεὺς Ἀθιόπων *Ecce vir Aethiops Eunuchus dynasta Candaces reginæ Aethiopum.* Nempe Candaces nomen tum temporis Aethiopum reginis commune fuit. Plinius vbi de Meroe: *Regnare faminam Candacem, quod nomen multis iam annis ad reginas transit.* Nec desunt qui ad hanc ipsam referant hæc verba Strabonis lib. 17. Τύπων δ' ἦν ἢ βασιλεὺς ἢ ἐπιτροπὴ τῆς Καδάκης, ἢ καὶ ἡμᾶς ἦρξε ἦν Ἀθιόπων, ἀνδραγαθὸς γυνὴ πεπερωμένη ἢ ἐπεσον ἦν ὁφθαλμῶν *Ex iis erant etiam duces reginæ Candaces quæ nostro æuo Aethiopibus imperauit, virilis mulier quædam, altero oculo capta.* Et Dionis in Augusto \square *Ὁν καλεῖται ὁ Ἀθιόπων ὁ ἄριστος ἄρχων Ἀθιόπων οὐκ οὐκ, ὡς ἔχει τὸ ἑλφάρτιν ἀνομισμένους, πάλιν τὴν ἐκ πολιάρχων, συμπροσώπων αὐτῶν ἢ βασιλεὺς αὐτῶν Καδάκης* *Eodem tempore Aethiopes qui supra Aegyptum incolunt, vsque ad regionem quæ Elephantina dicitur progressi, omnia quæ se offerebant obsidentes, eos etiam reginâ Candace præsentia suâ confirmante.*

Athen. l. 6. pag. 241.
lib. 20. p. 753
In Demet. pag. 1639.

Act. 8. 27.
Euthym. in Act. Anast. lib. 6. Hecæcem.
lib. 6. c. 29.
v. & lib. 14.

A
B
C
D
E

A Tamen verissimile est has reginas esse diuerfas, quia vnum sub Augustino gestum, alterum sub Caligula.

V. Quintum argumentum ducetur è verbis Mosis Gen. 10. לְיִשְׂרָאֵל מִצְרַיִם Et *Misraim genuit Ludim*, quasi diceret Aegyptiorum colonos esse Æthiopas; nam cognatos fuisse populos ex Diodoro apparet qui lib. 3; multa commemorat vtrique genti communia; putâ, ὅτι τοὶ βασιλεῖς θεοὺς πο- μίζον Reges pro Diis habere, καὶ δὲ πλείους τὰ φάρμακα μέγιστα ποσάδελον *plurimum circa sepulchra studium adhibere.* quibus addit insuper τά τε τῶν ἀγάλμα- τῶν ἰδέας *statuarum formas,* καὶ τοὶ τῶν γραμμάτων τύποις *literarum characteres.* Hieroglyphicæ quippe literæ tam erant in Aethiopiâ quam in

B Aegypto receptæ, atque eâdem pingebantur vtrouque figurâ. Sequitur τὰ οὐσήματα τῶν ἱερέων ἰσοπληθῶν ἔχειν τῶν παρ' ἀμφοτέρων τοῖς ἱερεσι *Catus sacerdotum simillimum habere ordinem apud utramque gentem. Purè se gerere omnes qui ad Deorum cultum accedunt, & pariter tonderi, & similes ferre tunicas, eiusdemque figuræ sceptrum in aratri formam, quò etiam utuntur reges: & pilcos oblongos in vertice umbilicum habentes, & serp- tentibus quos aspides appellant circumuolutos.* Hæc ex Diodoro hæctenus,

Herod. l. 2:
c. 104. Plin.
lib. 6. c. 29.
Strab. l. 17.

C quibus ex Herodoto circumcisionem adde vtrique genti communem, & ex Plinio delubrum Hammonis Aethiopibus religiosum, & ex Strabone Herculem, Panem, Isidem Meroe cultos, quæ fuerunt ipsissima Aegyptio- rum numina. Quid quod tam Aegyptij quam Aethiopes describuntur με- λεχθεῖς καὶ ὑλότειχοι *atri coloris & crispi capilli* Herodoti Musâ se- cundâ.

Itaque nullum dubium quin vtrique populo communis fuerit origo. Tantùm de antiquitate certamen fuit, cuius primas vtrique sibi aroga-

runt. Cum enim Aegyptij omnium hominum primos se esse contend-

rent, contra asserabant Aethiopes eos qui sub meridie habitant primos à

terrâ ἐξ ἠωροσηθοῦ fuisse editos, quia ibi calor solis intensior efficacius ope-

ratur ad naturalium generationem; Quin & Aegypti terram volebant,

cum prius esset æquor, paulatim fuisse aggestam multo limo ex Aethio-

D piâ aduecto per Nili amnis inundationes. quibus freti rationibus aude-

bant sibi asserere primæ vetustatis gloriam, & in coloniis à se deductis Æ-

gyptiorum gentem censere. Sed hanc litem decedit Moses, affirmans *Mef-*

raim genuisse Ludæos, seu Æthiopes. Et verò certum est primos homines

ex Armeniæ montibus profectos, in quibus substiterat arca, ad Austri re-

giones deuenisse paulatim, & per Assyriam, Babyloniam, Syriam & Æ-

gyptum, tandem in Aethiopiam penetrasse. Itaque locorum situs postulat

vt Aegyptus prior culta atque habitata fuerit. Ridiculum enim est quod

Aegyptum asserunt in principio rerum non extitisse, & Nili exundationi-

bus debere suam originem. Cum illas Aegypto nihil addere nos docuerit

E tot sæculorum experientia: Et Aegyptus sit hodieque in eodem situ quò

fuit ætate Herodoti ante annos bis mille fato functi, quod supra iam atti-

gimus. Sed multo id absurdius quod homines fungorum instar volunt è

terrâ esse editos, cum hodie ne canis quidem cò modo generetur. Nec

frustra est quod Aethiopes à veteribus *Ægyptini* dicti sunt. Festus: *Ægy-*

ptinos, Æthiops; Aegyptinos quasi Aegyptios, vt quos Aegyptiæ crederent esse originis.

VI. Sextum argumentum nititur authoritate Ierosolymitani interpretis qui sic habet, *Et Misraim genuit Mareotas*, id est si Iunio & aliis credimus, Mareoticæ præfecturæ in Ægypto incolas. At ego nullus dubito quin *Iod & Van* transpositis legendum sit *Meroitas*, id est Meroes incolas, quæ insula est Æthiopica in medio Nilo, lata mille stadiis, triplo longior, elephantis, frumento, vino præstantissimo, palmis, hebeno, ferro, ære, argento, auro & gemmis ferax. Eius vberior descriptio petenda ex Diodoro, Strabone & Heliodoro. Insulæ vrbs cognominis Meroe caput fuit Æthiopiæ. Gentile apud Stephanum *Μεροίτης Meroites*. Inde igitur *Μεροίτης Meroitæ* Ierosolymitano interpreti iidem qui Ludæi seu Aethiopes. Huic plane simile mendum corrigi doctrinæ portentum Salmasius in hoc Lucani versu:

---- ebenus quamuis Mareotica vastos

Non operit postes;

Et pro *Mareotica* rectè monet legendum *Meroitica*, quia in Aegypti Mareotide non nascitur ebenus, sed in Meroe Aethiopiæ. Diodorus ubi de Meroe insula: *ἔχει πλῆθος ἐβένου Præterea (dicunt) habere copiam ebeni*. Proinde idem Lucanus infra,

---- nigris Meroe facunda colonis,

Lata comis ebeni.

Ita hinc *Mareotas* in *Meroitas* asserimus esse mutandos. Huic coniecturæ plurimum fauet Elias in Methurgeman, modo graue mendum eluas ex his illius verbis: *Ludæos Thargum Ierosolymitanum explicat Mareotas (imo Meroitas) illi mihi videntur esse populus qui hodie vocatur Maronitæ; Is autem est ex regione Pretegiæ. Quid audio? Maronitas, populos in monte Libano notissimos, esse ex regione Pretegiæ? Nihil absurdius dici potuit. Sed ex voce Maronitæ si nun auferas pro Maronitæ legetur Meroitæ. Atque erit id verissimum Meroitas populos esse in regione Pretegiæ, id est regis Abyssinorum, quem falso nomine vulgus historicum ita nominat, cum in vltimis Asiæ finibus, non in Africâ, imperarit ante annos fere quadringentos Rex Christianus, qui Persico sermone appellabatur Padesha Prestigiani, id est Rex Apostolicus. Sed in Eliâ ferendus error qui communis illi fuit cum tot aliis sui sæculi scriptoribus; quos sequutus, cum hos populos regionis Pretegiæ dixit esse incolas, non puto quenquam esse qui dubitet quin Æthiops intellexerit. Atque hoc ipsum est quod nos volumus.*

VII. Pro septimo argumento sit quod Ezech. 30. 5. in græcâ versione, post *Ἰθίοις*, id est *Ιθίοις*, in quibusdam exemplaribus addi notant, *Ἰθίοις ἢ πῶσι ἢ Ἀγβία*; quæ si cum Hebræo conferas, apparebit respondere Hebræis vocibus *לוה ובלהערב*. Omnino igitur hoc glossema, quod ex veterum versionum vnâ aliquâ excerptum & margini adscriptum, tandem in textum irrepfit, docet etiam è Græcis interpretibus aliquem, quisquis ille sit, nomine *לוד Lud* in eò loco Ezechielis *Æthiops* intellexisse.

Diod. lib. 1.
pag. 201.
Strab. l. 17.
Heliod.
lib. 12.

Salmas. in
Solin. p. 337.
Luc. lib. 10.

lib. 1. p. 20.

Vid. Scal.
lib. 7. de
emend.
temp.

A

B

C

D

E

A

B

C

D

E

A VIII. Octauum argumentum suggerunt hæc Hebræorum in Baal A-
 nuc לודאי פרוש אומה שאוכלין בני אדם *Ludæi sunt populus qui comedunt filios ho-*
minum, vno verbo Anthropophagi. Quod idem est ac si Ludæos in Æthio-
 piâ poneret, cum extra Æthiopiam Africa nullos nouerit Anthropopha-
 gos. At de Æthiopibus Anthropophagis ita Philostratus: Ναπαμόνες δὲ, ἔξ Αἰ-
 ῥοπάρχων, ἔξ Πυγμαίων, ἔξ Σκιάποδες, ἔξ ἑπι μὲν Αἰθίοπων ἔξ ὀίδε: ἡγεθῆκασι δὲ Αἰ-
 ῥοπάρχων ὡς ἐξ ὀίδε *Nasamones verò Anthropophagi, Pygmæi, Scia-*
podæ, sunt ipsi gentes Æthiopum, pertinent autem ad Oceanum Æthio-
picum. Sic in Plinij loco de vario victu Æthiopum, post Agriophagos &
 Pamphagos, recensentur *Anthropophagi humanâ carne vescentes.* In So-
B lino item: *Anthropophagi quorum mores vocamen sonat.* Sed & Ptole-
 mæus expressè, vbi de sinu inter Africam & Menuthiam; (hodie S. Lau-
 rentis insulam vel Madagascar) τὸ ἄνω μὲν ἔστι τὸ Ἰνδικόν ὠκεῖον καὶ οὖν Αἰθίοπες Αἰ-
 ροπάρχων *hunc porro sinum circumhabitantes Æthiopes Anthropophagi.* Ita
 etiam Marcianus pag. 42.

lib. 6. c. 12.
 & in Phot.
 pag. 1015.
 Plin. lib. 6.
 cap. 30.
 Solin. c. 30.
 lib. 4. cap. 9

- IX. Nono, Talmudici tractatu de Sabbatho legitimam prandij ho-
 ram definientes, statim primâ Ludæos prandere scribunt, secundâ latro-
 nes, tertiâ hæredes, quartâ operarios, quintâ vulgus hominum: quod pe-
 nitius excutere non est huius loci. Solum obiter id obseruandum, cum de
C Ludæis ibi dicitur: מאכל לודי הראשונה פשוט *hora primâ est hora prandij Lu-*
dæorum, eos suggillari vt gentem barbaram & moribus valde inconditis,
 vt quæ prandij statum tempus nullum habeat, sed primo quoque tem-
 pore in cibum ruat veluti pecora quæ naturâ prona atque ventri obedien-
 tia finxit. Tale est quod de Æthiopibus Ichthyopagis asserit Diodorus: ἔξ
 μὲν τοῦ μέτρου ἢ ἐπιθμὸν ἐσθίωντες, ἀλλὰ πρὸς τὴν ἰδίαν ἐπιφύσσει λαχόν τὴν φύσιν
 αὐτῶν ὄρεσιν ἔχοντες ἢ ἀπολαύσεως διεργασίῳ, ἀνεκλείδων δὲ ἀναπαύσεως ἐπιμαί-
 χρωσιν *non quidem ad mensuram aut pondus comedentes, sed prout
 cuiusque fert libido &c. Nec aliam edendi legem habentes quam naturalem cibi
 appetitum, obsoniis semper paratis indefinenter vtuntur.*

vid. Buxt.
 in 77
 lib. 3. p. 107.

D X. In eodem tractatu aliud habetur non temerè prætereundum:
ויצא עגדתו באפסר ונאקה בחסם ולובדקים בפרומכין *Egreditur (licite die Sabbathi)*
camelus μὲν ἀγλίῳ cum freno, & dromas cum annulo in naribus, & lubde-
kis μὲν φορβῆς cum capistro. Vtor vocibus Græcis ex quibus Hebræi suas
 mutuati sunt. *Lubdekis* Bartenoræ est *asinus* è terrâ Lud; *Hi enim*, inquit,
fortiores sunt & duriores, maiorique custodia opus habent quam asini cæteri
in terrâ habitabili. Et Rabbi Mosi Maimonidi *Lubdekis* est *asini species non*
mansuesacti, media inter asinum sylvestrem & mansuetum. Hi asini è terrâ
 Lud sunt asini Æthiopici, vel onagri verius, quales secus viam Apollo-
 nium & socios plures vidisse scribit Philostratus, quamprimum è Nili ca-
 tadupis in Æthiopiam iter fecerunt. *Viderunt*, inquit, *secus viam &c. cer-*
E *uos & capreas, struthionesque & asinos syluestres complures, & anima-*
lium diuersa genera. Photius in excerptis ita habet: ἀγχαὶ δὲ ὄδῳ &c. δερκί-
 δες ἔξ ἐσοῦσι, ἔξ ὄνοι, πολλὰ μὲν ἔξ ταῦτα ἐωσέτε. Et Paulus venetus in descri-
 ptione *Abasia*, id est terræ Abyssinorum quæ cum Æthiopiâ eadem

vide Bux-
 toif. Lex.
 lib. 6. c. 12.
 lib. 3. c. 45.



est: *Leones, Leopardi, Onagri &c. in magnâ ibi nascuntur abundantia.* Hos asinos ita describit apud Philostorgium lib. 3. cap. 11. Theophilus Indus ex Aethiopiâ redux: Καὶ αὐτὴ ὁ χώρος, ἐν ᾧ οἰοῦνται ἀγροῦς μεγίστοις ἢ μεγέθει φέρει, ἐν τῷ δόρατι καὶ ὁ ξένιστον πεποικίλλομενος, λευκῶ σφίσι ἐν μέλαινα χροματὸς, ἢ καὶ μικρὸν συμποικίλλομενος. Ἀλλὰ ζῴων πινες εἰσὶν ἀπὸ τῆς γῆρας ὅτι τὰς πλοῦρας ἐν τῷ κοιλίᾳ καθεύδουσι, ἐν τῷ δὲ ὀπισθίᾳ ὀπισθίζομενοι, ἐν τῷ πινῶν περιφέρων ἀλλήλοισι ἐπιτίθοντες, θαυμαστῶς πινῶν ἐξένῳ ἀπεργάζονται πλοῦρα καὶ ποιικίλλας, *Sed hæc ipsa regio fert asinos agrestes multo maximos, & cute mirè varios, albo nigroque colore plurimum interstinctos: Quin & hæc his quadam sunt à spinâ dorsî ad latera ventremque usque demissa, indeque diuisa & conuoluulis quibusdam inter se implicata, mirum quendam & nouum exhibent nexum & varietatem.* Cui loco illustrando hæc ad me nuper scripsit is quem iam citavi aliquoties nobilissimus Dn. de Grentemenil: *Talis animalis pellem vidi Amsterodami, in cuiusdam mercatoris καυμολογῆσθαι. Item eius imaginem in aulao depictam Parisiis. Id animal est frequens in montibus circa Guineam Africanam quos vocant Sierra Liona. Ab Hispanis Zebra vocatur, nec non à locorum incolis. Nescio an sit onager. Sed est animal ferum & ferox, nec facile cicuratur. Eo ad onera trahenda utuntur. Aethiopes in eodem aulao depicti erant multis camelopardalibus sequentibus, clitellatis etiam & onera ferentibus.* Quo fere modo describitur à Petro du Iarric Indiarum lib. 3 cap. 6.

De cætero hæc siue asini siue onagri species cur appelletur *lubdekis* nemo facile dixerit, & vox videtur esse corrupta, quia pro *lubdekis* alij לובדקים *lubdekim* scribunt, alij לודין *ludin* vel *leuadin*, alij denique לוקרין *leuakerin* vel *lukerin* in Chaldæis paraphrasibus Ionathanis & Ierusalem Gen. 32. 15. & Elias לב רקין *labrekim* in meturgeman. Si quis coniecturæ est locus, suspicor legendum לודברקין *Lud-bricin*, id est asinos è terrâ Lud. *Beivis* pro asino vox Africana est, quam è Libybus acceperunt Cyrenæi. Hesychius: *Beivis* ὄνον Κυρηναῖοι, βάρβαρον sup. ὄνομα, id est barbarum vocabulum & à vicinis barbaris sumptum. Ex quò ipsò fonte haustum est Hispanorum *borrico*. Neque enim doctos id latet, ex Africâ in Hispaniam mille monstra vocabulorū vnâ cum Mauris transfretasse. Atque eodem forte pertinet quod אלבראק *alborak* vocant Arabes iumentum sui Prophetæ, mediæ naturæ, vt quidem volunt, inter mulum & asinum. De eò quid fabulentur vide collationis Arabicæ Christiani cum Mahumetano Romæ excusæ pag. 46. & 47.

CAPVT VIGESIMVM-SEPTIMVM.

Pathrusæi פתרוסי

A Ionathanem sibi non constare cum *Pathrusæos* exponit פתרוסי נלווים *insulares*, id est incolæ פתרוסי. Ierosolymitanum nihilo melius interpretari פתרוסי Pelusios. Nam *Pathros* & *Sin* diuersa loca Ezech. 30. 15. Porro in est Pelusium. Verumque nomen a luto. Ideo *Sin robur Aegypti* Ezech. 30. 15. quia ex illâ parte Aegyptus maximè *δυσκολοῦ*. Græci vocant Aegypti clauem & ostium Pelusiora *Sinæi* dicit Ef. 49. 12. Saadia vox in Kimchio corrupta. Pathrusæis nihil commune cum Pharusiis; Nec cum Petrais Arabia quibus à Petia vrbis nomen non à *Pathros*. *Petra* Hebr. *Sela*, Arab. *Hagar* domus habet in petra excisas: Eo allusum Gal. 4. 25. *Pathros* vel *Pharus* villa in Aegypto ad vnum è Nili ostiis Bœcaro & Adrichomio. At in Scripturâ *Pathros* regio ab Aegypto ita diuersa, vt incolæ habeat Aegyptios, *Pathros* videtur esse Thebais, quam ab Aegypto multi distinguunt. Aegyptios prædicat Ezechiel 20. 14. reducendos in terram *Pathros*, id est in Thebaidem, quæ maximè fuit afflicta. *Honorati Noamoni* Na. 3. 10. id est Thebarum principes de quibus Mela. Locus corruptus ex Homero restituitur. Situs terræ *Pathros* vt eunque colligitur ex Ierem. 44. 11. *Migdol* *Magdolu* vt *Pithom* Πύθου in Herod. *Taphnes* Πύθου Noph vel *Mo*, Memphis. Grauis error viri docti. N & M Aegyptiis permutabilia. *Pathros* aliis *Pharus*, Inde Plinio *Phanturites* nomen; Et in Ptol. Πάφουσις. Sic legendum non Ταβουσις. Thebaidis caput *Thebe*, *No-Amou*, *Amou-No*, *Diospolis*. In ea centum portæ: curus bellici X. M. DCCM hominum ætate militari. Caro numerat septingentas incolarum myriades. Sed in totâ Aegypto Iosephus tantum quinquaginta numerat supra septingentas. Id id fabulæ de longitudine. Verus ambitus ex Diodoro. Situs. Mœnia. Domus. Aule. Porticus. Equilia. Quatuor præcipua templa, Templ. in Hammonis. Donaria. Colossi. Obelisci. Sepulchra Regum XLVII. Sepulchrum Csimandya stadia decem patens. Hortus pensilis imo tota vrbis. Memnonium vbi & Memnonistatua. Eius prima vastatio sub Nabichodonozoro de qua Nahum, Ezechiel, Ieremias, qui idem prædixit restitutam. Secunda à Pœnis illata. Tertia à Camyse. Quarta à Cornelio Gallo. Deinceps iacuit ad solum diruta, aut solum vicatim habitata est.

E Chaldæis Ionathan פתרוסי נלווים *insulares* exponit, Ierosolymitanus פתרוסי Pelusæos, id est Pelusiotas. *Insulares* sunt incolæ פתרוסי. *Insularum* ארץ פתרוסי, id est פתרוסי, quæ Aegypti pars Hebræis non est *Pathros* sed *Raab*, vt iam antea probauimus; Nec est cur Ionathanem sequamur hæc in parte, cum ipse sibi non constet. Idem enim pro Ludæis habet פתרוסי נלווים, id est incolæ nomi *Neit* qui pars sunt insularium, vt ex Ptolemæo constat. Sic igitur Ludæi pars erunt *Pathrusæorum*, cum in Scripturâ proponantur vt diuersi populi. Proinde Ionathanem non puto scripsisse פתרוסי נלווים, sed פתרוסי פתרוסי *Pelusiotas*, ita vt in eadem fuerit sententiâ cum interprete Ierosolymitano.

D Vt sit *Pathrusæos* esse *Pelusiotas* æque falsum est, cum ob alias causas; tum maximè quia Ezechielis cap. 30. vers. 14. & 15. diuersa loca sunt *Pathros*, & *Sin*, id est *Pelusium*, vt recte interpretatur Hieronymus. Nam *Pelusio* nomen fecit Πηλός *luti* m. Strabo: Καὶ αὐτὸ ὃ δὲ Πηλόςτιον κίχρα δεικνύμενα ἔχει ἔλη, ἀπὸς Βάρθρα καὶ θάλασσα, ἃ ἴψιν καὶ ἀπὸς αὐτοῦ Πηλόςτιον ἐστὶν ἕλας. *Est lacubus quæ nonnulli Barabra vocant, & paludibus*. Et paulo post: ὠνομάσθη δὲ ἀπὸ τοῦ πηλός, ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ ὀνόματος. *Merito ergo Pelusium* *Sin* appellatur à Syris, quibus *Sin* id ipsum est quod Græcis Πηλός; Sic Pl. 18. 43. Græci habent Πηλός Πηλόςτιον *lutum platearum*, & Chaldæus פתרוסי, & Syrus פתרוסי. Rursus Ezechiel dicit *Sin* esse פתרוסי *robur Aegypti*, quia ex illâ parte Aegyptus est aditu maximè difficilis. Strabo:

vi. p. 802
mo n A.
Sebis

ii. 17. p. 802
803.

F *Sin* appellatur à Syris, quibus *Sin* id ipsum est quod Græcis Πηλός; Sic Pl. 18. 43. Græci habent Πηλός Πηλόςτιον *lutum platearum*, & Chaldæus פתרוסי, & Syrus פתרוסי. Rursus Ezechiel dicit *Sin* esse פתרוסי *robur Aegypti*, quia ex illâ parte Aegyptus est aditu maximè difficilis. Strabo:

Ezech. 30.
15. Strab. l.
17. pag. 803.
Diod. l. 15.
pag. 478.

Ταύτη δ' ἐν δυσείσοδος ἔστιν ἡ Αἰγύπτου. Et Diodorus: μέγιστα δὲ Πηλυσιακὸν εἶμα
κατασπασθῆναι, ἀφ' ἧς καὶ δαμνῆ ἀπὸ τῶν ἑσπερίων τῶν ἀπὸ Συρίας προβαλλομένων.
O Nili Pelusiacum maximè munierunt, quia primum iis se offert qui ex
Syriâ in Ægyptû proficiscuntur. Suidas: Πηλυσία & c. κλειὸς τῆς Αἰγύπτου ἐν εἰσοδῶν
ἐν ἑσπερίων, Pelusium & c. clauis Ægypti tam in ingressu quam in exitu. Polyænus l.
7. Stratag. Καμβύσης Πηλυσίον ἐπελιέρεκε, Αἰγύπτου κειτέρως ἀπ' ἑσπερίων, ἀπεκλείοντες
τῆς Αἰγύπτου τὴν εἰσοδὸν Cambyses Pelusium obsidebat, Ægyptij sortiter obsti-
terunt, clausis Ægypti ostiis.

A nomine Sin סיני Sinai Es. 49. 12. sunt Pelusiotæ; Ecce inquit isti
קוחרו è longinquò venient, & illi ex Aquilone, & ab occasu, & illi è
terrâ Sinæorum. Hieronymus Sinæos intelligit ex monte Sinai in quo
nulli erant incolæ. Alij in vltimo oriente Sinas, qui tum ignoti profus;
Græci Persas, quod non capio. Melius Aben-Ezra מצרימא regionem ver-
sus Ægyptum. Optimè Saadias apud Kimchium פלסין ארץ locum nomine
Pelusium. Sic legendum, non פלסין ut habent libri editi. Hieronymus &
Hebræi rectè obseruant in hoc versu describi quatuor mundi plagas. Aqu-
ilo & Occasus expressè nominantur. E longinquo קוחרו id est ex Oriente,
quia terra Israël ab Oriente remotior est; & magis ad Occasum vergit. Ita
Kimchius. Denique è terrâ Australi, vt habent Ionathan & Hierony-
mus. Nempe Ægyptus & Pelusium sunt ad Austrum terræ Chanaan.

Plin. l. 5. c. 8
Ptol. l. 4. c. 6

vir quidem vndecunque doctus Pathrosos vult esse Phaurusios vel Pha-
rusos, qui sunt in interiore Libyâ non procul ab Oceano Atlantico. vide
Plinium & Ptolemæum. Et quod mirere magis Ierem. 44. 1. & Ezech. 29. 14.
& 30. 14. terram Pathros Ægypti partem, vel Ægypto vicinam, in quam
Iudæi secesserant, vult illam ipsam esse de quâ Gen. 10. 14. id est terram
Phaurusiorum. Arias pariter deceptus allusione nominis, Petrosos interpre-
tatur, id est Arabiæ Petrææ incolas; cum Petræa dicatur non à Pathros, sed
à metropoli Petrâ, cuius Hebræum nomen סעל 2. Reg. 14. 7. & Es. 16. 1.
& Arabicum حاجر Hagar Geograph. Nub. clim. 3. part. 5. Hebræis סעל Sela,
& Arabibus حاجر Hagar id ipsum sunt quod Græcis Πέτρα; Atque hoc no-
men vrbi inditum, quia illi imminent saxosi montes, de quibus ita Geo-
graphus Arabs: Hagar distat ארץ חגור ארץ ארץ à torrente Kora (Cory fluuius Hero-
doti) statione vnâ, estque arx pulchre sita inter montes, in quibus commora-
batur familia חמוד Thamud (Θαμυδῆσι Agatharchidis, Diodori, vranij;
Thamudei Plinij; Θαμυδῆσι Ptolemæi) חמוד ארץ חמוד ארץ חמוד suntque ibi
domus excisæ in Petrâ. Hos montes Arabicâ voce Agar, id est Petram, ap-
pellat Paulus Gal. 4. 25. tanquam vrbi cognomines. Sed hæc obiter. Ple-
risque recentiorum Brocardo, Adrichomio, aliis, Pathros vel Patures villa
est vel oppidulum prope mare, ad vnum ex Nili ostiis, Pathmeticum ve-
puto, vel, quod idem est, Busiriticum.

Herod. l. 3.
cap. 9.
Agath. c.
47. Diod. l. 3.
p. 124. Ste-
ph. in Θα-
μυδῆσι Plin.
lib. 6. c. 23.
Ptol. lib. 6.
cap. 7.

At in Scripturâ Pathros neque villa est neque oppidum, sed terræ no-
men, seu prouinciæ & regionis: Ierem. 44. 1. Habitantes & c. in terrâ
Pathros. Ezech. 29. 14. Reducam eos in terram Pathros. Atque hanc terram
Esaias ab Ægypto distinguit: Ab Assyria, inquit, & ab Ægypto, & à
Pathros, & à Chus & c. cap. 11. vers. 11. Ita etiam Ieremias vbi supra sha-
bitar.

A *bitantes in terrâ Aegypti &c. & in terrâ Pathros.* Itaque in his verbis vers. 15. eiusdem capituli: *populus habitantium in terrâ Aegypti, in Pathros &c.* videtur & supplendum. Quamuis terram *Pathros* aliquô modo pertinere ad Aegyptum pateat ex Ezech. 29. 14. vbi prædicitur fore vt Aegyptij ex captiuitate suâ reducantur in terram *Pathros*, terram commorationis suæ.

Ex his valde verissimili coniecturâ colligo terram *Pathros* esse *Thebaidem*, quæ modò Aegypto attribuitur vt plerumque, modò ab illâ distinguitur, vt in his *Cassiani* lib. 1. cap. 3. *Per vniuersam Aegyptum & Thebaidem*, Et in his *Plinij* lib. 18. cap. 18. *Excellentius Thebais regionis frumentum* (quàm Aegypti) *quoniam palustris Aegyptus*. Et cum veteres spinam & palmam *Thebaicam* ab Aegyptiâ distinguunt, vt pluribus docet clarissimus *Salmasius* in *Solinum*: Ita *Hebræis Pathros* ab Aegypto diuersa. Proinde cum Aegypti tres partes ij numerent qui *Thebaidem* Aegypto accensent, vt *Ptolemæus* & *Strabo*; Aegyptum iuxta *Hebræos* tantum fuisse bipertitam docet ipsum nomen *מצרים Misrajim* quod Duale est. Nempe *Thebaidem* ab Aegypto plerumque distinguebant; ita vt duæ solum Aegypti partes superessent; vna quæ superior Aegyptus vocatur *Tob. 8. 3.* & *Γῆς ἑξωθεν* *Heptanomis* & *Arcadia*; altera inferior quæ *Δήτις* *Græcis*, *Hebræis* *ראב Raab*, & Aegyptiis *Rib* vel *Ribi*, vt iam ante monuimus.

C Hûc faciunt verba *Ezechielis* nuper citata ex cap. 29. vers. 14. *Reducam captiuitatem* (captiuam multitudinem) *Aegyptiorum, reducam*, inquam, *eos in terram Pathros; in terram commorationis eorum*, id est in *Thebaidem* quam præcipuè afflixerat *Nebucadnetsar*, in captiuitatem abducens plerosque *Thebarum* incolas. Constat id ex *Nahum. 3. 10.* vbi hæc leguntur de vrbe *No-Amon*, quam probauimus esse *Diospolim* seu *Thebas*: *Etiã hæc fuit deportata; abiit in captiuitatem &c. de honoratis ipsius proiecerunt sortem, & omnes magnates eius vincti fuerunt ferreis catenis.* Magnates centum illi sunt de quibus ita *Pomponius*: *Thebæ utique* (vt *Homero* dictum est) *centum portas, siue* (vt alij volunt) *centum aulae habent, totidem olim principum domos, solitasque singulas, vbi negotium exegerat, dena armatorum millia effundere.* Sic ex vnâ vrbe exiissent armatorum militum centum myriades (vn million) quod omnino fidem superat. Sed *Homerus* pro myriade tantum habet *δύκισσις* duccenos.

Ἄθ' ἐγὼ ἱερὰ πύλαι εἶσι, δὴ δύκισσι δ' αὖ ἐγὼ γίγλω

Ἄ νῆρες ἄροι χυβύσι σὺν ἰπποισιν καὶ ὄχεσφιν

His solido portæ sunt centum ex ære, virosque

Curribus insignes & equis dat quæque duccenos.

Iliad. i. vers.
83c

vt summa sit tantum viginti millium. Itaque vel errauit *Mela*, vel qui *Mela* descripserunt.

E Sed & situs terræ *Pathros* aliquô modò colligitur ex his *Ieremiæ*: *Verbum quod fuit ad Ieremiam contra omnes Iudæos habitantes in terrâ Aegypti, qui habitabant Migdol, & Taphnes, & Noph, & in terrâ Pathros;* in quibus *Propheta* ab iis locis incipiens quæ sunt *Iudææ* proxima, paulatim ad vltiora progreditur; id ex explicatione patebit: *Migdol* vrbs quam primo loco censet *Herodoto*, *Hecatæo*, & *Græcis* interpreti-

A *vestigia ad LXXX stadiorum longitudinem.* Quanquam hoc quoque sit ni-
mium, si verè tradit Diodorus regem Ægypti Busiridem eius ἡ δὲ πόλις
ἑκατὰ σταδίων ἐκτετατὴ καὶ τετραγώνια *circuitum complexum esse stadiis*
centum & quadraginta. Pars in Libyâ, pars in Arabiâ fuit, mediam al-
luente Nilo. Mœnium structura ambitiosa, priuata domus quatuor aut
quinque contignationum. Centum illas Homeri portas alij volunt to-
tidem esse aulas principum, alij ἀσπίλαμα τῶν ἱερῶν templorum por-
ticus totidem, alij denique ἰσπῶνας id est equilia centum iuxta Ni-
lum extructa, quorum singula cœperint ducenos equos. In templis
eminebant quatuor potissimum, quorum maximum idemque antiquissi-
mum Iouis Hammonis murus ambibat stadiorum XIII, altus XLV cubitos,
latus pedes XXXIV. Eadem vrbs donariis ex auro & argento & ebore &
colossis & obeliscis tot numero fuit insignis vt constet μηδεμίαν τῆς πόλεως
ἢ λίαν ἄρα κεκοσμημένην *nullam aliam sub sole tam fuisse exornatam.* Ibidem
fuere sepulchra regum XLVII mirabilis operis. In his Osimandyæ stadia de-
cem patens, porticibus, peristyliis, ambulacris, palatiis, lectisterniis, bi-
bliothecis, statuis, sculpturis, inscriptionibus decorum. Vberior descri-
ptio petenda ex Diodoro. Legitur & pensilis hortus, imo vero totum op-
pidum, exercitus armatos subter educere solitis regibus, nullo oppida-
norum sentiente. In Libycâ parte vrbs fuit Memnonium, vbi Memnonis
statua quotidiano Solis ortu contacta radiis crepare dicebatur, quod se au-
diuisse testatur Strabo, scriptor minimè vanus.

Hæc vrbs cum dñu florisset tandem experta est varias fortunæ vices.
Primæ vastationis author fuit Nabuchodonozor, cuius graphicam descri-
ptionem Niniuitis exhibet Nahum, vt virium suarum fiducia tumentes si-
milis excidij metu perterreat: *Nunquid, ait, melius tecum erit quam cum*
No-Amon (Diospoli seu Thebis) quæ habitat in fluminibus, & aqua
circum eam, cuius antemurale est mare, à mari murus eius (quæ ad Nilum
sita est, & præter eius septem alueos, mare Rubrum ac Mediterraneum
habet pro vallo naturali) Chus (Arabia) robur eius, & Ægyptij infiniti
(septingentæ myriades) Pbut & Lubim (Afri & Libyes) fuerunt in au-
xilio eius. Tamen hæc fuit deportata, abiit in captiuitatem (eius incolæ ca-
ptiui abducti sunt) paruuli eius illisi sunt in capitibus vicorum (vt fit in vr-
bibus vi captis. vid. 2. Reg. 8.12. Ps. 137. 9. Es. 13. 16. Os. 14. 1.) Et de honoratis
ipsius proiecerunt sortem (ciues nobilissimos sorte vt mancipia Babylonij
inter se diuiserunt) & omnes magnates eius vincti fuerunt ferreis catenis
manibus insertis vt Ierem. 40. 4. Eiusdem Thebarum excidij meminere
Ezech. 30. 14. 15. 16. & Ierem. 46. 25. 26. Ne quis tamen Prophetas putet vlti-
mam Diospolitani cladé interminari; illos ibidè Ieremias solatur hæc spe,
fre vt Diospolis iterum habitetur vt diebus pristinis: quod & postea cõrigit.
E Sed eadem deinceps triplici clade tandem obtrita est & solo prorsus af-
flicta. Primam intulere Pœni. Secundam Cambyfes Cyri filius. Tertiam
sub Augusto Cornelius Gallus. Quod Ammianus Marcellinus paucis ita
describit lib. 17. *Hanc inter exordia pendentis felatè Carthaginiis, impro-*
viso occurso duces oppressere Panorum: Postaque reparatam Persarum, re-

ille *Cambyses*, quoad vixerit alieni cupidus & immanis, *Aegypto* perripit & aggressus est, ut opes exinde raperet inuidendas, ne *Deorum* quidem donariis parcens &c. Longe autem postea *Cornelius Gallus*, *Octaviano* res tenente *Romanas*, *Aegypti* procurator, exhausit ciuitatem plurimis interceptis. Hinc *Hieronimus* in *Chron.* ad A. *Eusebianum* MDCCCCLXXXIX: *Thebae Aegyptiae* usque ad solum dirutae. Ita factum ut deinceps non nisi vicatim habitarentur. *Strabo* qui non multo post scripsit: *νῦν δὲ κομὸν σωοικῆς*. *Tacitus* de *Germanico*: *mox* visit veterum *Thebarum* magna vestigia, *Thebarum* vestigia, non *Thebas*, quae non extabant amplius. *Iuuenalis* Sat. 15.

Atque vetus *Thebe* centum iacet obruta portis.

Pausanias in *Arcadicis*: *τὰ δὲ κομὸν πλεῖστα ἀπὸ γαῖαν, Θηβαίτε αἱ Ἀγυπτιῶναι καὶ οἱ Μινυῆς Ὀρχομενῆς, καὶ ἡ Δῆλος δὲ κοινὸν Ἑλλήνων ἐμπορίων, αἱ μὲν αὐτῶν ἰδιώτης μίση δὲ ἀνάγκη χρημύτων καὶ ἀδύσπιν ἐς ὁδὸν ἀμυνόμεναι* Quae olim opibus eminebant *Thebae Aegyptiae*, & *Minyarum Orchomenus*, & *Delos* commune *Graecorum* emporium, illa quidem hodie ne mediocres quidem priuati hominis fortunas adaequant &c. Inde est quod in scriptis *Arabum* de *Thebis* nil quicquam occurrit. Itaque *Scaligero* non possum assentiri qui *Thebas* post *Cornelium Gallum* integras stetisse asserit, & *Hieronimum* hallucinari cum ad solum scribit fuisse dirutas.

CAPVT VIGESIMVM-OCTAVVM.

Lehabaei להבאי

Lehabaei non sunt *Libyes* in genere, ut volunt, sed *Libyægyptij* vel *Libyes Aegyptij* de quibus *Mela*, *Plinius*, *Ptolemaeus*. Sicut nomen ab æstu sumptum. Id enim *Hebr.* להבה *lehaba*, & *Arab.* articulo præfixo اللهبابان *allahaban*.

Vulgo *Lehabaei* putantur esse *Libyes*, vocabulo non abludente. Sed videtur obstare quod *Libyæ* nomen pertinet ad partem *Africae* multo maximam. Neque enim verissimile est vni è septem filiis *Misraim* tantum obtigisse terrarum, aut tam diuersos populos ab illò descendisse. Præterea *Libyes* in aliis *Scripturæ* locis appellantur פוט *Phut* vel לובים *Lubim*, ut suo loco dicetur. Porro *Phut* non fuit filius sed frater *Misraim*. Sed responsio est obuia, nempe *Lehabæos* non esse quosuis *Libyes*, sed *Libyægyptios* vel *Libyes Aegyptios*; Quomodo *Mela*, *Plinius* & *Ptolemaeus* nuncupant quosdam *Africae* populos *Aegypto* proximos recta ad occasum *Thebaidis*, qui in solo arenoso degunt & immodicis caloribus exusto & retorrido; vnde factum est illis nomen *Lehabæorum*. Nam voce להבה *lehaba* non flammam solum sed & *Hebræi* æstum significant. Sic *Ioël*. 1. 19. flamma succendit omnes arbores agri; Flamma להבה *lehaba*, id est æstus. Atque id ipsum est *Arabibus* اللهبابان *lahban*. *Giggeius* اللهبابان *astus*, אליוון כן אללהבאן *dies astuans*.

Mela. 1. c.
+ Plin. 1. 5.
c. 3. Ptol. 1. 4
cap. 5.


CAPVT VIGESIMVM-NONVM.

Naphthuhai נפתוחאי

A Naphthuzi vel Nephthuzi sunt populi נפתוח *Nepthua*. Et *Nepthua* idem quod *Néφης*, quod Plutarchus exponit montium abrupta quæ mare attingunt. Tale *Iesua Iesus*, *Eli muh* *Blemys*. Vnde nata fabula *Blemys* esse sine capite. Naphthuzi Ionathani פנטאשכניא *Pentafschœnitæ*. Vel Naphthuzi fuerunt in Ichthyophagis & Troglodytis ad mare Rubrum, vel in Marmaricâ ad Mediterraneum. Sed Ichthyophagos & Troglodytas Scriptura aliter nominat, nempe נפתי & נפתי. Vide 2. Chron. 12. 3. ubi pro Hebr. נפתי *Suchæi* Gr. Τρωγολύται & Vulg. *Troglodytæ*. Rectè Nam vt Troglodytæ dicuntur qui in cavernis viuunt, ita נפתי à סכך *suchâ*, id est cavernâ Pl. 10. 9. Job. 38. 40. *Suchæorum* *Suchæ* vrbs hodie *Suachen*. In libris antiquis Τρωγολύται non Τρωγολύται. Τρωγολύται *foramina*. נפתי 1. Reg. 10. 22. alij *panos* reddunt, *Iosephus Aethiopes*, qualis sit pro נפתי. Fortè *Meleagrides* a patriâ sic appellantur. Insula Troglodytica *Meleagridum* ferax. *Meleagrides* hodie *gallopani*. נפתי pro Ichthyophagis Pl. 74. 14. *Leuiathan* in cibum populo *Sijim*, id est Ichthyophagotum. Ichthyophagos etiam ex carne *Leuiathan*, id est cetorum victitasse probatur ex *Agatharchide*, *Diodoro* & *Aben. Ezra*. Pl. 72. 9. *coram eo se incuruabunt Sijim*, id est Ichthyophagi. Quomodo id verum de *Solomone*. Quomodo de *Christo*. Ichthyophagi passim in extremis terrarum. *Diodori* locus insignis de recessu Rubri maris in Ichthyophagorum littore, ita vt fundum apparuerit. Fundum illum vitete propter algam. *Diodorus*, *Artemidotus*, *Agatharchides* de algæ copiâ in mari Rubro. Vnde Hebr. חסו מים *mare algosum*. Etiam נפתי dici qui degunt in desertis & siticulosi locis. *A'vâs* vnde dicantur. נפתי proprie domus Arabum in orbem digestæ, Vrbs & πῖς vnde. *Africa pardali* similis. *Anafes* quomodo definiat *Strabo*. *Oasis*, *Oasis*. *Anafes*. Ichthyophagi & Troglodytæ Arabes non *Aegyptij*. *Erembi* ab ערב *ereb*, id est *Arabia*. *Naphthuhai* in *Marmaricâ*. Ibi *Adymachide* ab *Aegyptiis* solâ veste diuersi. *Addermuch* vestis genus. *Gigamæ*. *Aptuchi* fanû alludit ad נפתוחאי. *Aptuchus* etiâ *Antuchus*. *Neptunus* vnde dictus.

B Naphthuhim, vel vt Hieronymus *Nepthuhim*, id est *Naphtuhai*, vel *Nepthuhai*, sunt populi נפתוח *Nepthuah*. Porro quid *Aegyptiis* sit *Nepthuah* *Plutarchus* his verbis docet in tractatu de *Iside*: Νέφης ἡ ἀκρότατος ἐξ ἧς τὸ ἐξ ἄλλου ἐκπαύεται, ἐκ τῆς ἀκρότατης τῆς θαλάσσης *Nepthyn* vocant terra extrema, & montium abrupta quæ mare attingunt. Νέφης *Nepthyn* est à recto νέφης *Nepthys*, quomodo scribit idem *Plutarchus* non multo post. *Nepthys* est pro *Nepthuah*, quomodo Ἰησοῦς *Iesus* pro Ἰησὺ *Iesua*, *Blemys* pro בלי מוח *beli muh* sine cerebro. Vnde nata est fabula *Blemys*, vel *Blemmys* esse sine capite. *Plinius*: *Blemmys* traduntur capita abesse, ore & oculis pectori affixis. Ergo נפתוח *Nepthuah* idem quod Νέφης, ora nempe maritima montibus intercisâ. Puto id respexisse *Ionathanem* qui נפתוח reddidit פנטאשכניא *Pentafschœnitæ*. Nam Πεντάσκηιν in *Stephano*, vel *Pentascinum* in *Antonio* maritimus est locus inter *Pelusium* & *Cassium* montem: Sed recentior, obscurior & angustior quam vt hûc possit pertinere.

D Ego duos omnino locos in *Aegypti* viciniâ puto *Naphtuhæis* posse assignari: Vnum in Ichthyophagis & Troglodytis ad mare Rubrum, alterum in Marmaricâ versus occasum *Aegyptij* Δάλτα, in orâ maris Mediterranei. Et in Ichthyophagis quidem à *Ptolemæo* describuntur ὄρηαι πᾶσις montose crepidines, & ab *Agatharchide* οἰκήσεις καὶ τὰ ἐξ ἧς quas putauerit aliquis esse *Plutarchi* πᾶσις & *Aegyptiorum* Νέφης, vnde *Nepthuhæi* dicti. Sed causas habeo, cur *Nepthuhæis* malim assignare Marmaricæ quam maris Rubri littora in Ichthyophagis & Troglodytis. quarum prima hæc esto quod Ichthyophagos & Troglodytas Scriptura multo aliter appellat, nempe נפתי & נפתי.



De his illustris est locus 2. Chron. 12. 3. vbi inter varios populos ex quibus Sefacl regis Ægypti exercitus constitit, nominantur סוכאי *Succhæi*, id est Τρωγλοδύται *Troglodytæ* iuxta Græcos & vulgatum. Nempe vtriusque nominis eadem est ratio. Troglodytas dici notum est, quia τρώγλας subeunt, id est terræ foramina & specus. Plinius: *Troglodytæ specus excavant.* Idem alibi: *Aristoteles in cavernis viuere Pygmæos tradit:* Aristotelis verba sunt quô locô agit de Pygmæis: Τρωγλοδύται δ' εἰσὶ τὸ βίον. Itaque iuxta Plinium τρωγλοδύται τὸ βίον sunt qui in cavernis viuunt. Atque id ipsum sunt Hebræis סוכאי *Succhæi*, quia סוכה *succha* non solum est tabernaculum, sed & spelunca. Hinc de leone dicitur Ps. 10. 9. כִּנְיָהּ בַסֶּכֶה vbi Græci ὡς λέων ἐν τῇ μὲνδρῶ; Et Vulg. *quasi leo in speluncâ suâ.* Et Iob 38. 40. de leonibus itidem כִּנְיָהּ בַסֶּכֶה *sedent in succhâ*, Vulg. *in specubus.* Ab his Succhæis nomen habet oppidum Troglodyticæ *Succhæ* in orâ Rubri maris de quô Plinius lib. 6. cap. 29. Hoc crediderim potius quam quod ex Strabone colligunt ideo Suchas dici quia Σύκασ Ἰδρυμα. Hodie *Suachen* vocant leui mutatione. Cæterum ne quis putet in Græcâ versione mendosè scribi Τρωγλοδύται pro Τρωγλοδύται, notanda sunt hæc Turnebi *Aduersar. lib. 24. cap. 42. Troglodytas autem perpetuo in libris antiquis reperias, cum Troglodytas semper edant: Et tamen cum utrumque æque Græcum sit, ac Troglodytas etiam agnoscat Hesychius, qui τρώγλας foramina interpretatur: eò fretus defendam veteres membranas.*

Dum in Troglodytis fumus, quos Scriptura vocat סוכי non possum non addere in his Iosephi lib. 8. cap. 2. de classe Solomonis: ἀργεος ἔχουσιν ἄσπετος ἐκ βασιλῆος, ἔχουσιν ἐλέφας, ἄσπετος τε ἔχουσιν ἀργύριον *aurum afferebatur regi, & multum eburr, Æthiopesque & simia, Æthiopum vocem respondere Hebrææ סוכי quam alij pauos exponunt.* 1. Reg. 10. 22. & 2. Par. 9. 21. Ac si סוכי iidem sint qui סוכי permutatis ו & ה, vt in סוכ, & סוכ, & סוכ. Quid si סוכי à patriâ dicantur Meleagrides? Saltem in orâ Troglodyticæ insulam describunt veteres quæ his auibus plurimum scatet. Agatharchides cap. 42. vbi de Myoshormo Troglodytices portu celeberrimo: ἐν οἷς ἔστι καὶ ἄσπετος ἄσπετος ἀσπετος, ὡς αἱ ἐλάφαι πεποινηνται, μία δὲ ἦτον μὲν δασύα, ἄσπετος δὲ καὶ γυμνῶν μελεαγρίδων ἐκφέρεται πλῆθος. *Quæ parte etiam tres insule adiacent, quarum duæ oliuis scatent, una autem minus quidem est syluosa, sed Meleagridum quas vocant copiam nutrit.* Neque aliter Diodorus de hâc eadem insulâ lib. 3. pag. 120. μία δὲ ἀσπετος ἄσπετος ἄσπετος δένδρων, πλῆθος δὲ ἔχουσι ἄσπετος ὀνομαζομένων Μελεαγρίδων. Et Artemidorus apud Strabonem lib. 16. pag. 769. μία δὲ ἦτον καπνίσσιον, μελεαγρίδων μεσῶν. Meleagrides hodie *galiopauos* multi appellant, quia pauonum in morem caudam in orbem explicant. Videndum an id ipsum voluerint veteres, quibus סוכי sunt pau. Sed de his alibi pluribus.

Iam pro Ichthyophagis reperitur nomen סימ *Sim* Ps. 74. 14. *Tu confregisti capita Leniathan, & dedisti in cibum סימל עגל populo Sijim* id est Ichthyophagorum: Nam agitur de Pharaone & Ægyptiis quos absorpsit mare Rubrum prope littus Ichthyophagorum. Et his ipsis verbis alluditur ad victum apud illos vsitatum. Neque enim Ichthyophagi tantum viu-

lib. 5. cap. 8.
lib. 7. cap. 2.
Hist. anim.
lib. 8. c. 12.

A

B

C

D

E

- A** bant ex minutis piscibus, sed & ex carne *Leuiathan*, id est cetorum, sicubi se offerebat. Agatharchides cap. 20. ἐκ τῶν ἐκλεπομένων εἰς τὴν γῆρα κλητῶν ἀποζώσσι ἐ βαλενίς in terram eiectis victum sibi comparant. Et de iisdem Diodorus lib. 3. pag. 110. Διαφέρονται δὲ ἀπὸ τῶν ἐκπιπτόντων εἰς τὴν γῆρα κλητῶν, ποτὲ μὲν ἀφ' ἡλίας ἱερῆς ἔχοντες, ἀλλὰ τὰ μεγέθη τῶν ἐκλεπομένων ἡμῶν &c. Nutriuntur enim cetis in terram eiectis, quandoque cibos affatim habentes propter bekuarum quas reperiunt magnitudinem. Et rursus pag. 117. *Mulieres cum pueris minores pisces & littori propiores captos in terram proiciunt.* At qui corporibus vigent, manus inferunt τῆς ἀλλὰ δὲ μέγιστον δυσίατα γωνίσις
- B** piscibus qui propter magnitudinem difficulter expugnantur: A mari enim eiciuntur non solum ἀπ' ἀμεγέθους immanes muræna & scorpij, & canes, sed & phocæ, & multa talia piscium genera nomine & formâ ignota. Aben-Ezra: Dixit R. Moses omnem piscem vasti corporis in mari natantem vocari *Leuiathan* &c. Et Deum ipsum dedisse in cibum ἰσὺν οὐλ̄ populo *Siiim*, id est populo qui habitat ἰσὺν כנרת in solitudine ad littus maris, & nota esse loca in quibus eô vescuntur stato tempore. Nempe ὁ ποταμὸς ἐκ πελάγους ἢ πλεμμυεῖς ἔπι τὴν γῆρα φέρει (ὁ ποταμὸς διὰ τὴν ἡμέραν τοῦ ὄρεος ἐνάτιον τὸ ἐκ πελάγους) cum ex mari aestus terræ se infert (quod facit bis in die hora tertiâ & nonâ) vt est in Agatharchide. De eodem populo rursus agitur Pl. 72. 9. *Coram eo se incuruabunt ἰσὺν (Siiim) Ichthyophagi.* Atque id optimè cohæret cum præcedente versus dominabitur à mari vsque ad mare, & à flumine vsque ad fines terræ. Nam si de Solomone intelligas: Is à mari dominatus est ad mare, id est à mari mediterraneo vsque ad mare Rubrum, vbi statim Ichthyophagi, & à flumine vsque ad fines terræ Chanaan, id est ab Euphrate vsque ad Ægyptum. Aut si de Christo, significabuntur extrema terrarum & Oceani, vbi passim Ichthyophagos Geographi describunt. Pausanias in Atticis: Ἀναψάτων δὲ τῶν ἀπὸ Συήνης ὅτι γέλασαν ἔραται τὴν Ἐρυθραὴν καλεῖσθαι ἰσὺν ἰχθυοφάγοι.
- C**

D Obiter notâ insignem locum de Ægyptiis Ichthyophagis ad mare Rubrum ex Diodori lib. 3. pag. 122. Πασὲν δὲ τοῖς πλεστον καλεῖσθαι ἰσὺν ἰχθυοφάγοις παρὰ δέδοται λόγος, ἐκ τοῦ γῶν ἔχει φυλακισμένω τὴν φιλίω, ὅτι μεγάλης ἕως ἡμῶν μένης ἀμπώτεως ἐγγύθι τῆ γῆρας ἕως πᾶσ ὁ τόπος, ὁ δὲ χλωρὸν ἔχει τὸ ἕωσ ἀπόσπιν, μεταπέσσης δὲ θαλάσσης εἰς πάνδητα μέρη. Φθμείσις δὲ τὸ ὅτι τὸ βυθῶ γῆρας, πάλιν ἐπὶ μὲν τὸν ἀλάσπον πηλέω ἀποκαταστήται τὸ ποταμὸν εἰς τὴν ἀποπαρῆσα παρὰ τὴν ἰσὺν ἰχθυοφάγοις veteri famâ, quàm à maioribus acceptam tradunt, fertur magnò quòdam maris recessu, omnibus locis eius sinûs arefactis, & mari in oppositas partes relabente fundum coloris viridis apparuisse, & rursus immenso aestu mare refluxum in priorem locum esse restitutum. Quibus verbis nemo non videt describi miraculum ingens de quo

E Moses Exod. 14. 21. cum

Peruia diuisi patuerunt cærula Ponti,

In geminum renoluta latus, nudataque tellus

Cognatis spoliatur aquis.

Et locorum accolæ vtvt barbari, tamen rei tantæ memoriam perire non passi sunt, sed eam ad posteros studiose propagauerunt.

Sedulius in
Pafch.

Fundum maris virere dicunt propter algam adnatam. Idem Diodorus pag.

121. de loco quodam Rubri maris: ἢ τε γάρ γε τὰ περὶ τῆς Ἰθάκης, ὅ βόθρον δὲ εἶσθε) ἢ πλεον τεῖον ὄργανον, καὶ τῆς χερσὶν ἀπὸ τῆς ἰσχυρῆς κλώσεως. τὸ δ' αὖτε τῆ φασὶ συμβαίνει, καὶ ἀλλὰ δὲ πλεον ἰσχυρῶν φύσιν εἶναι τὸ αὐτῶν, ἀλλὰ ἀλλὰ δὲ πλεον θῶν τῶν ἀφαιρομένων καὶ ὕδατος μίαν καὶ φύσιν *mare autem ibi limosum non est altius tribus ulnis, et colore prorsus vires: quod illi contingere aiunt, non quod talis sit aquæ natura, sed propter copiam musci et algæ super aquas extantis.* Sic Artemidorus apud Strabonem πάλιν δὲ τὸν ἰσχυρῶν ἀφαιρομένων τῶ μίαν καὶ τῶ φύσιν, ὅπερ πλεονάζει καὶ τὸ πλεον herbecam esse superficiem, quia per aquas translucent muscus et alga quæ in illo freto abundat.

lib. 5. cap. 17

Agatharchides: Nec desunt qui antra sibi excauant sub algæ & musci aceruis prope littora montium instar congestis, ab omni æuo & continuo Solis ardore constipatis. Diodorus vbi supra p. 109. Εὐκ τὸν περὶ τῶν ἀγῶν τεσσάρων τῶ μίαν φόρτον ἀπλετῶν, ὅρα παρεμφερῆ εἶναι τὸν τὸ συνεχῆ τῶ κούμοιτον πλεονήσης περικλιμένον, πλεον φύσιν ἔχει τερεμένιον καὶ συμπεπικλιμένον ἀμμου. ἐν τῶ τῶν ἀγῶν ἀφαιρομένων ἀποτόμοις ἀποδεδωκέναι ὁρῶντες, τὸ μὲν καὶ κρυφῶν ἔπον ἔωσι γέλω, καὶ τῶν δ' ἀλλὰ τὰς ἀφαιρομένων καὶ τῶν ἀλλήλων σὺν τῶν μέτοις καὶ τῶν ἀφαιρομένων *Ab omni æuo montis instar aggestus est algæ aceruus ingens, qui continuâ æstus verberatione constipatus naturam habet solidam et cum arenâ coactam. In his igitur aceruis cuniculos ad hominis mensuram suffodientes partem quidem supremam in tegminis usum relinquunt: At infra fossas oblongas et inter se perforatas instruunt.* Hinc obiter collige cur mare Rubrum seu sinum Arabicum Hebræi ἡρῶν id est mare algosum appellant: nempe ab algæ copiâ, cuius aggeres ad littora coaceruati præbent accolis ædium usum. Græce πολυμυρία dixeris. Hesychius: Πολυμυρία, ἢ γάρ γε τὸ ἢ πολὺ φύκος ἔχει. Polylymia, mare quod multam algam habet.

Hoc quoque hic obseruandum Hebræo nomine ἡρῶν, præter Ichthyophagos, etiam eos omnes significari qui in locis desertis & siticulosis degunt, quia ἡρῶν est solitudo, ἢ ἀνδρα, vt saepe reddunt LXX interpretes. Quod pertinet quod Ἀΰασε Egyptij vocant habitationes quæ sunt in medio deserto, voce composita ex ἡρῶν, & ἡρῶν hana, ἡρῶν desertum vt ἡρῶν, & ἡρῶν hana est habitatio, vnde plurale ἡρῶν Num. 32. 41. Arabicè ἡρῶν est ambire & ἡρῶν multa domus Arabum tanquam in orbem digestæ, vt fit: Nam & vrbs est ab orbe, & πόλις τὸν τῶ πολίτην. Ergo ἡρῶν Ἀΰασε propriè est ambitus domorum, id est villa vel oppidum in loco siticuloso, aut potius habitatio quam ambiunt loca siticulosa. Quomodo Græci definiuerunt, quamuis vim vocis ignorarent. Strabo de Africâ lib. 2. εἰ κῆρα τῶν ἀλλήλων, κατὰ τῶν ἡρῶν τῶν οἰκιστῶν ἡρῶν τῶν οἰκιστῶν ἡρῶν τῶν οἰκιστῶν *Pardali est similis: Interpuncta enim est habitationibus quæ circumdantur terrâ desertâ et siticulosa: Tales autem habitationes Egyptij vocant Auases.* Et lib. 17. rursus: Ἀΰασε δὲ τῶ Ἀΰασε καὶ τῶν οἰκιστῶν τῶν οἰκιστῶν τῶν οἰκιστῶν *In Strabone legunt Ἀΰασε, sed Ἀΰασε rescribit Casaubonus ex Stephano, in Ἀΰασε: Quam*

Quam

A Quam lectionem veram esse docet quod pro Auasi *Oasin* scribunt Herodotus, Ptolemæus & alij ad legem vii. d. de interdictis & relegatis §. 5. Incolas Plinius *Oeasitas* appellat, Æthicus & Orosius *Anasitas*.

Herod. l. 3.
Ptol. l. 4. c. 5
Plin. l. 5. c. 9
Æth. in c.
alia tot.
defer. Oro-
sius l. 1. c. 2.

Iam vt è diuerticulo redeamus in viam, Naphtuhços ἠθιοῦσιν populos circa Ægyptū, ideo negauimus ad mare Rubrum pertinuisse, quia totū illum tractum occupabant populi duo, Ichthyophagi & Troglodytæ, quos aliter Hebræi vocant, vt iam probatum. Huic rationi alteram maioris momenti subiungimus; nempe Ichthyophagos & Troglodytas gentes fuisse barbaras, & ab Ægyptiorum genio & cultu plane alienas. Itaque quamuis Ægypto fuerint propiores, tamen Arabiæ illos attribuunt veteres omnes.

B Homerus etiam cui Ἐρεμβοὶ sunt Troglodytæ, non ἀπὸ τῆς εἰς ἕραν βαίνοντι, vt volunt filij Grammaticorum, sed ab Hebræo ערב *Ereb*, quod idem est quod ערב *Arab*, nempe *Arabia*. Proinde vt ab *Arab* Arabes, ita ab *Ereb* Erembi dicti Rubri maris accolæ versus Ægyptum: Strabo lib. I. Ἐρεμβοὶ δὲ εἰς τὸν κόλπον τοῦ Τρωγλοδυτικῆς Ἀραβίας.

Supereft vt Naphtuhæis assignentur littora Mediterranei maris prope Ægyptum in Marmaricâ, vbi Herodotus posuit Adyrmachidas populos, lib. 4. c. 68.

C quos Ægyptiis ait moribus fuisse similes, & sola veste diuersos: ἠθιοῦσιν Ἀδυρμαχίδαι Διούων καὶ ἰκλιῶν, οἱ νόμοισι μὲν ἑταίρωι Αἰγυπτίοις χρεώοντο, ἐδῆται δὲ φορέοντο οἷον καὶ ἄλλοι Λίβυες *Cólunt Ægyptum versus Libyūm primi Adyrmachidæ, qui iisdem fere quibus Ægyptij legibus vtuntur; Sed vestem gestant qualem & alij Libyes. Quæ potuit esse ratio nominis Adyrmachidarum; Nam Arabicè ἄδερμυχ addermuch est vestis genus. Addit iisdem vti legibus νόμοισι ἠθιοῦσιν Gigamas his contiguos, circa Aphrodisiadem, id est Veneris insulam; A quâ non procul Ἀπυτῆχος ἰσοθῆν *Aptuchi fanum* in Ptolemæo seruat adhuc vestigia nominis Ναφθυχῶον *Naphthuchæonum*. *Aptuchus*, aliis *Aphtuchus* & *Autuchus*, in fabulis legitur esse Cyrenes filius & Aristæi frater. Apollonij Scholiastes de Aristæo: ὡς Κυρήνης ἔστιν Ἰψέως καὶ Ἀπόλλωνος, ἀδελφὸς δὲ Ἀυτῆχος: Ἀλλ' οἱ μὲν ἐν Λιβύῃ, Ἀετῶν δὲ ἐν τῇ Κέῳ.*

Ibid. c. 169.

D Suspitor & Neptuni nomen ab eadem esse origine. Certè non parum accedit ad Ægyptium Nephthyn, quo Plutarchus nos docuit significari littora maris. Et ex Herodoto Neptunum scimus Libycum fuisse Deum, cuius nomen ἄπ' ἀρχῆς ab initio nulli vsurpauerunt nisi Libyes.

Herod. l. 2.
cap. 50.

E

qq

CAPVT TRIGESIMVM.

Anamæi ענמי

ענמי Anam, fortè ouis olim Aegyptiis, vt Arab. ענמי iisdem literis. Hinc Anamæi a pastu ouium, & victu, & veste &c. Locus vbi templum Ammonis, patuit arietis indicio. Ammon $\alpha\mu\mu\omega\sigma$. Cur Anamæi dicti Ammonij, Ammonios esse Aegyptiæ originis; Nasamones vnde dicantur, & Amantes, & Hammanientes, quorum domus ex fale, & Garamantes, & Achæmenes. Libyæ Aegyptij mores vsque ad Tritonidem paludem.

ענמי Anam priscis Aegyptiis ouem vel pecudem fuisse puto; vt Arabibus ענמי ganam, iisdem literis, nisi quod Ajin litera propter punctum appositum ferè sonat vt nostrum G, quomodo in Hebræis vocibus גזז Gazza & גמרה Gomorra. Atque hinc ענמי Anamij dicti videntur ii Nomades qui fuerunt circa Ammonem & in Nasamonitide. Causæ nominis plures; Prima, pastus ouium, Herod. lib. 4. cap. 186. Secunda, ex iisdem victus, cum ab esu vaccarum & suum abstinerent, Herodotus ibidem. Tertia, vestes ex pelle ouium: Mela lib. 1. cap. 8. *Primores sagis velantur, vulgus bestiarum pecudumque pellibus.* Diodorus: $\delta\sigma\sigma\epsilon\iota\varsigma\ \alpha\gamma\gamma\omega\gamma\ \sigma\kappa\epsilon\pi\acute{\upsilon}\lambda\upsilon\sigma\iota\ \tau\alpha\ \sigma\acute{\omega}\mu\alpha\tau\alpha,$ caprarum pellibus corpora tegunt. Quarta, quod locus in quò erat templum Ammonis creditur arietis indicio patuisse primis incolis. Ita ex Hermippo Hyginus, & Germanicus in Aratum, & Athenagoras in quinto Amorum. Quinta denique, Dei Ammonis ibi cultum idolum $\alpha\mu\mu\omega\sigma\epsilon\theta\epsilon\omega\sigma\tau\epsilon\omega\sigma$. Vnde factum putauerim vt pro Anamiis facili lapsu dicerentur Amonii vel Ammonii. Vt sit cum Ammonios deduco ex Aegyptiis, historiam sequor ducem. Eos enim Herodotus diserte scribit Aegyptiorum & Aethiopum fuisse colonos, & sermonem vsurpasse partim ex Aegypto, partim ex Aethiopico conflatum. Herodoti verba sic habent: $\text{Ἀμμωνιοὶ ἔσονται Ἀιγυπτίων τε καὶ Ἀιθιοπῶν ἀπογονοί, καὶ φωνῆσιν μεταξὺ ἀμφοτέρων τομίζονται.}$

Eiusdem esse originis crediderim vicinos Nasamones, quasi dicas ענמי Nase-Amon homines Amon, id est Ammonios, Solini item Amantes, & Plinij Hammanientes, populos vltra Syrtim maiorem, qui ex fale domos extruunt; Et Amantibus proximos Garamantes ad fontes Cinyphi fluminis, quasi Amantum habitationem dixeris. Nam גזז Hebræis &c. est habitare; Aut aduenas seu colonos ex Amonii vel Amantibus; nam גזז aduenam sonat. Et prope Tritonidem fluuium Achæmenes in Ptolemæo, quasi dixeris ענמי-אחמון Achu-Amon pascuum Amon vel Ammoniorum. Saltem ex Herodoto constat plerosque Libyæ incolas ad Tritonidem vsque annem Aegyptiis vsos moribus, cum multo aliter viuerent qui trans Tritonidem degebant.

CAPVT TRIGESIMVM-PRIMVM.

Castuchi כסלוח

A Castuchi id est Colchi. Probatum ex Poetis Colchos esse Aegyptiae originis. Idem tradere historicos. Sed falsum est Aegyptios in Colchidem Sesostrim deduxisse. Colchi diu ante Sesostrim, Sesostris à Colchis victus. Colchi atrii coloris & crispi capilli: *Κελαίωτες* & Aethiopes dicti, & Colchis Aethiopia. Sebastopoli vrbe Colchicâ ecc nationes, Mauri populi Colchidis. Colchi circumcisi iam olim, non tamen statim à primâ migratione. Linum eodem modo elaborant quò Aegyptij. Vita omnis & lingua similis. Dij Colchorum Sol & Diana & Phasiana Dea quâ figurâ pingebatur mater Isis. Isis fluvius, infra Phasim. In Leucotheae fano non immolatur aries. Colchorum reges vt Aegyptij & Aethiopes filij Solis. Vetus inscriptio de Rameste in Ammiano. Magia vtrobique; Circe & Medea Colchæ, vt Aegyptij Ianes & Iambres, de quibus ex Talmudè quaedam Philosophia vt in Aegypto ita in Colchide floruit. Inde Marfyas Philosophus heroico auc. Colchi Geographiæ studiosi. Colchos quidem Poetæ sed & Aegyptios describunt immanissimos; vtumque falso. Vt Bastridem absoluit Isocrates, ita Medeâm Aelianus. Phasiani maximè hospitaes. Extra Romanorum ditiohem nulla gens cultior Colchis. Vt Aegyptia lingua, sic & Colchica quaedam habuit communia cum Hebræâ. Colchi ex Castuchis. *Phasida* nomen Syrum. *Phasid* riuus. Regia Colchorum *Sybartis* vnde dicta. *Polæ* Colchorum coloniarum ab exilio nomen; id ab Hebr. פלה *pala* deduci. Lacus à Colchis dici maria. *Ση* Syris gazam & vellus significat, *ρω* murum & taurum, *σηη* æs & dracem. Ex his æquiuocationibus natam esse fabulam de aureo vellere. Aurum absolutissimum Colchis ex ramentis fluminum, Salauis & Esubopis regum Colchidis opes immensæ.

B **C** *Castuchos* hîc dicit Moses Aegyptiorum esse *Ἀπογόνοις*, & Philistæorum *Ἀπογόνοις*. Hos si *Colchos* esse dixerò, qui ab Aegypto & Palæstinâ tantâ terrarum sunt intercapedine diffiti, vix impetrabo fidem. Tamen habeo rationes quæ me non impellunt modò, sed & pæne inuitum trahunt in hanc sententiam.

Primò Colchos esse Aegyptiæ originis constans fama est inter veteres, atque eò deductos scilicet à Sesostris rege Aegypto. Apollonius Argonaut. lib. 4. vers. 277.

Δία γὰρ μὲν ἔτι καὶ μὲν ἔμπεδον, ἰωνοῖτε

Τὸν δ' ἀνδρῶν ἔς ὄρε κατὰ πᾶσι νάμεν Αἴδω

Æta tamen stat adhuc immobilis, atque nepotes

Horum quos Pharius rex degere iusserat Æta.

D *Æta* Colchidis est vrbs vetustissima, in quam Aegyptios à rege Sesonchide, qui alius est Sesostris & Sesoosis, translatos fuisse narrat in eum locum Scholiastes: *πρὸ Αἴδω φησὶν ἀπὸ τῆ Σεσογχαπίδος χερσίων μέχρῃς αὐτῶ μένιν ἄδραυσόν, ἔς τοὺς κείνων ἀπογόνους τοὺς ἀπὸ Σεσογχαπίδος κατὰ πᾶσι νάμεν.* Dionysius Periegetes versu 689.

Πᾶρ δ' μυχὸν Πόντου μὲν χερσὶα Τυδαειδῶν

Κόλχη κατὰ πᾶσι, μετὶ λυδῶν Αἰγυπιοῖσι.

E Priscianus:

Intima sed Ponti, post fines Tyndaridarum,

Aegypto missi Colchi tenuere coloni.

Festus Auienus:

Impiger hos propter Colchus colit. Iste feraci

Exul ab Aegypto celsæ ferit aspera rupis.

Valerius Flaccus Argonauticon lib. 5. vers. 421. de Sefostri:

----- ut clade suorum

*Territus, hos Thebas patriumque reducat ad amnem,
Phasidis hos imponat agris, Colchisque vocari
Imperet.*

lib. 2. c. 104. Neque id Poëtæ solùm sed & historici tradunt. Herodotus: Φάινον μὲν δὲ
ἔοικτες ὁ Κόλχοι Αἰγυπτῶναι Nam id quidem apparet, Colchos esse Aegyptios.

lib. 1. p. 35. Diodorus: φασὶ τῶν Αἰγυπτῶν πινὰς κατὰ τὸ φέροντας εἰς τὴν Μαῖωτιν λίμνην συστῆ-
σθαι ὁ τῶν Κόλχων ἔθνος. Aiunt quosdam Aegyptiorum circa Maotidem pa-
ludem derelictos constituisse Colchorum gentem. Strabo etiam libro primo me-
minit Aegyptiorum in Colchos μεταστροφῆς; Et Ammianus lib. 22. Colchos
appellat Aegyptiorum antiquam sobolem. Et Agathias lib. 2. λέγει ὅτι τῶν Κόλ-
χων Αἰγυπτῶν εἶναι ἀποικίας dicuntur autem Colchi Aegyptiorum esse coloni.
Idem legere est in Eustathio ad Dionysium Periegetem: Et in Isacio ad Ly-
cophronem: Et in Apollonij Scholiaste, qui testem citat Scymnum Chium,
vetustum Geographum in Asiae descriptione: ὅτι ὁ Κόλχοι Αἰγυπτῶν ἀποικίαι
ὡς φησὶ Ἀπολλώνιος, ἐν Σκύμνῳ ἐν τῶν εἰς Ἀσίαν λέγει.

Ioseph. An-
tiq. 1.8.c.4.

Atque in illâ sententiâ palam falsum est Colchos iis debere originem
qui à Sefostri in Colchidem ducti sunt. Nam si Iosepho credimus, Sefostris
est Sefac Roboami regis Iuda æqualis, cuius res gestæ narrantur i. Reg. 14.
25. & 2. Chron. 12. 2. Multis porro sæculis præcesserat Argonautarum ex-
peditio in Colchos. quid quod Sefostris non vicit Colchos, sed ab iis victus
est. Plinius lib. 33. cap. 3. Iam regnauerat in Colchis Salauces & Esubopes
&c. illius aureæ camerae & argenteæ trabes narrantur, & columnæ at-
que parastatæ, victo Sefostre Aegypti rege tam superbo, ut prodatur annis
quibusque sorte reges singulos è subiectis iungere ad currum solitus, sicque
triumphare. Hinc supra Valerius Flaccus: ut clade suorum Territus &c. Vi-
ctoris autem est non victi colonias in hosticum deducere.

Interim id manet Colchos esse sobolem Aegyptiorum; neque enim id
Herodoto compertum fuit ex solâ famâ, quæ

Tam ficti prauique tenax, quam conscia veri est.

Sed & ex iis indiciis, quæ nemo prudens reiecerit. Primò enim Colchos
obseruat perinde atque Aegyptios fuisse μελαγχρους atrî coloris, & ὑλότοι-
χος crispî capillitij. Et iam ante Herodotum Pindarus appellauerat κραινώ-
πις nigros aspectu, id est facie. verba sunt Pythiâ 4. vers. 376. ἔνθα κραινώ-
πις Κόλχοισι βίβω μίξας ubi nigris aspectu Colchis robur suum miscuerunt:
In quæ Scholiastes: ὅτι Αἰγυπτῶν ἀποικίαι εἰσὶν ὁ Σκύθαι, ἀπὸ τῶν ἐν μέγιστον
χρους ὡς τῶν εἰς λέγουσιν quia Aegyptiorum coloni sunt Scythæ (id est Colchi)
proinde etiam illos aiunt esse atrî coloris. Atque inde videtur id esse quod
Ecclesiastici scriptores Colchos Aethiopes appellant, & Colchidem Aethio-
piâ, ubi est irruptio Apsari & Hyssi portus prædicauit Euangelium. In al-
terâ Aethiopiâ, vel ut Sophronius habet ἐν τῇ δευτέρῃ Ἀιθιοπίᾳ, id est in
Colchide. Ibi enim Apsarus amnis; Et Hyssi portus est in ipso terræ flexu
ad Aquilonem paulo supra Trapezuntem; Vide Ptolemæum & Arrianum

Et Eustathius in Dionysium Colchos æque ac Aegyptios asserit *λίνας ἐδύτους ἀμπέχου lineis vestibus indui*. Vnde est quod Valerius Flaccus Tagi Colcho tribuit

Argon. l. 6. vers. 225.

--- candentis carbasa lini.

Sed nihil magis vrget quàm quod ab Herodoto additur pro mantissâ: *ἢ ἢ ζῶν πᾶσι, ἢ ἢ γλώσσα ἐμπερήσ ὅτι ἀλλήλοισι Vita etiam omnis & lingua est apud utrosque similis*. quod vel Herodoto tacente res ipsa docet. Nam Aegyptiorum Dii Sol & Diana etiam à Colchis maximè culti. Et Phasim intrantibus in ipso ostio ad sinistram apparebat Phasianæ Deæ statua, habens in manu cymbalum & leones sub throno, quâ figurâ pingebatur mater Iſidis Rhea, vt Arrianus in Periplo obseruat. Sed & ab Iſidis nomine Isis fluuius ab eodem Arriano describitur infra Phasim stadiis CLXXX. Et Leucotheæ templum prope Phasim fuit in Moschicâ, *ἔπρ κείος ἢ ἦν ὅτι ubi aries non immolatur*, inquit Strabo lib. II. quomodo idem lib. 17. ouem in Aegypto negat alibi immolari, quam in Nitriote Nomo. Verba sunt: *μόνος τ᾽ ἔστι ἦν ἐν Ἀιγύπτῳ ἀεθάλειν*.

Ammian. l. 17.

Etiam Aegyptium id fuit quod Colchorum rex vetustissimus Aætes dicebatur esse Solis filius. Ita enim de Rameſte Aegypti rege inscriptio vetus, quam ex Aegyptio sermone in Græcum interpretatus est Hermapion: *Βασιλεὺς Ραμέσης, Ἡλίου παῖς ἀιώνιος Rex Ramestes, filius Solis in æternam videtur*. Sed & Aethiopiæ regibus, qui Aegyptij generis erant, idem persuasum. Vnde est quod regina Aethiopum ita loquitur lib. 4. Heliodori: *ὁπικεκλήθη μοί τις ὁ ἡγουάρχης ἡμῶν Ἡλίου testis innocetur Sol nostri generis author*. Et rursus lib. 10. *Ἡλίου ἡγουάρχα ἀεθάλειν ἡμῶν Sol author generis maiorum*.

Præterea magicæ artes utrobique in multo vsu. Colchæ erant Circe & Medea, & Aegyptij Ianes & Iambres (aliis Mambres) qui Mosi obstiterunt, de quibus Talmudici: *מפרי ליה יוחנא ומפרא למשה חבן חתה סכנים לעפרי* *Mosi dixerunt Iohane & Mamre: Stramen tu importas in Aphraim, locum in quo multum fuit straminis*. ac si quis Latinè dicat, *in syluam ligna ferre*, aut Græce *γλάσας εἰς Ἀφρίαν*. Ita significabant Mosem operam ludere, cum in Aegypto signa ederet quæ tota scatebat præstigiis. Sed clauum clauo trudit Moses, & huic adagio alterû opponit *למה דירקא ירקא שקיל למה ליה יוחנא ומפרא למשה חבן חתה סכנים לעפרי* *in urbem olerum olus importa*. Hæc in Tanchuma legere est sumpta ex Talmud. Babyl. tractatu *Menachoth* cap. 9. quæ ideo libentius attuli, quia aliquo modo illustrant Pauli locum 2. Tim. 3. 8.

vid. Buxtorph. Lex. Talmud. in 17p

Ex Aegypto venisse notum est Philosophos vetustissimos, & eò se contulisse Pythagoram, Thaletem, Solonem, & Græcorum alios, vt Philosophiæ præceptis imbuerentur. Ita heroico æuo è Colchide venisse fertur Marſyas Philosophus. Eusebius Græci Chron. lib. 1. pag. 32. *κατὰ τ᾽ ἔτος ὁ χρόνιος ἢ Μαρσύου φιλοσόφου λέγουσι ἦν εἶναι*. Et paulo post: *ἀπὸ Κολχίδος ὅθεν τῶν ὀρωμένων circa illa tempora fuisse aiunt Marſyam Philosophum, is autem è Colchide venerat*.

Item in Aegypto notum est floruisse imprimis Geographiæ studium, & *ἱερογλυμματῆς*, seu sacras scribas, quos vocabant *ἱερογλυμματῆς* & *ἱερογλυμματῆς*.

A ἡρώγεφίας &c. Χωρογεφίας τε τῆς Ἀργυροφίας καὶ τῆς Νείλου ἀφ' ἧς accuratè
fuisse edoctos, vt testatur Clemens Alexandrinus lib. 6. Stromatum. Atque
id ipsum de Colchis in apollonio legere est.

Οἱ δὲ τοὶ γεφίαι πατέρων ἔχον εἰρήνοια

Κύρβιας, οἷς ἐν πᾶσι ὁδοὶ καὶ πελάγῃ ἔασιν

Υἱὸς τε τῆς φερῆς τε πέλας ἐπινοημένοισιν

Descriptas seruant tabulas, quas ordine longo

Transmisere patres: His index certa viarum,

Æquoris & terra totius habetur imago.

B Vtrumque ad Sefostrim refert Eustathius his verbis in epistola Dionysio
præfixâ. Καὶ Σέσωστρις δὲ, φασίν, ὁ Ἀργυροφίας πολλὰ ἀειδηλῶς γὰρ πινυζί
τε δέδωκε τὴν ὁδὸν, καὶ τῆς ἀφ' ἧς ἀναγὰς ἔσται Ἀργυροφίας μόνον, ἀλλὰ
καὶ Σκόθιας εἰς γαῖαν μεταδόναι ἠέλωσεν Sefostris autem Ægyptius, vt aiunt,
cum multum terrarum peragrasset, tabulis descriptionem edidit mirabili arte
quam non solum Ægyptiis sed & Scythis impartiri dignatus est.

* id est
Colchis

Poëtæ quidem multa narrant de Colchorum immanitate quæ ab Æ-
gyptiorum moribus videntur per quam aliena. Sed & iidem in Ægyp-
tios, quoties efferbuit bilis, non minus acerbè inuehuntur:

---- Quis aut Euristhea durum

Aut illaudati nescit Busiridis aras?

Virg. lib. 4.
Georg.

C Et vt scias quanta sit illis mentiendi licentia, vt à ξενοντοῖα Busiridem
Isocrates, ita Medeam à crimine τεκνοντοῖας absoluit Ælianus, & fabulam
ab Euripide confictam esse agnoscit in Corinthiorum gratiam, qui ipsi
cædis erant authores, καὶ ἐπιμετῆσαι τῶν ἀληθοῦς δὲ ψεύδους ἀφ' ἧς τὴν ποιητῆ
ἀφ' ἧς τὴν ποιητῆ

Var. lib. 1.
cap. 21.

Heracledes de politiis, cui potior habenda fides quam Poëtis omnibus,
Phasianos commendat vt quam maximè hospitaes: φιλόξενοι δ' εἰσὶν, inquit,
ὥστε τοὺς ναυαγούς ἐφορμάζουσιν, καὶ βῆς μῆκε δίδοντες ὑποπλῆν (mallm δίδοναι ὑπο-
πλῆν) Hospitum ita sunt amantes vt naufragium passis viaticum præ-
beant, & abnavigantibus tres minas largiantur. Et de iisdem sic Agathias

D lib. 3. ἐν τῷ εἰς Ἰσραὴλ τοῦ ὄρου ὑφ' ἐπέγραψεν βασιλείαν τετρατάται, ἣν οἶδα ἔγωγε
ἄλλο ἔγωγε κλείνοιν πρὸ φύλων καὶ βιδαίμων, πλάττετε ὑποβολῆ καὶ πλήθι κατηχῶν, ὑ-
πὸντες βιγαίαι καὶ ἀφρονία τῶν ἐπιτηδείων, καὶ τῆς τῶν ἠθῶν βιγαίαι καὶ δεξιότητι
Inter nationes quæ sub alieno imperio constitutæ sunt (id est extra Roma-
norum ditionem) nullam equidem aliam vidi ita celebrem atque felicem
tam opum excellentiâ quam multitudine subditorum, locorum etiam opportu-
nitate abundantiaque rerum necessariarū, ac morū elegantia & dexteritate.

Vnum in Herodoto superest, Colchicam linguam Ægyptiæ fuisse simi-
lem, quod penitus scrutari nostrum non est, cum hodie neutra extet.

Tantum, vt Ægyptiam passim obseruamus communia quædam habuisse
cum Syrà & Hebræâ, ita de Colchicâ non despero id ipsum posse probari.

E Primo ipsum Colchorum nomen factum videtur ex Hebræo & Ægyptio
כסלח Casluchim, ablatâ literâ S, quæ ante L difficiliter sonat. Et Phasi-
dis vocabulum pro riuo vel flumine merè Syrum est. Sic Psalmo Syro 42. 2.
כסלח ארבעה עשר (ab phaside demojo) ad riuos aquarum. Et veteris Colcho

rum regiæ Σύβαρις Sybaris nomen videtur compositum ex ignoto Συ & βά-
 εις. Ita Græci efferunt Hebræum בִּירָא bira, quod pro regiâ occurrit aliquo-
 ties in libris Esdræ, Danielis & Estheræ. Sic Dan. 8.2. ἐν Σύβρις τῆ Βάρῃ vbi
 Hebræa בִּירָא בְּשׁוּבָא. De regiâ Colchorum Sybari en tibi locum insignem
 ex Diodori lib. 4. pag. 174. πλὴν δὲ Μήδων ἰσοεθνοὶ καὶ ἡμεῖς ἄριστοι
 πᾶσι πρὸς τὸν Ἄρεθον τέμενος, ἀπέχον ἑξήκοντα σταδίους ἀπὸ τῆ πόλεως: ἡ δὲ κα-
 λῶσα μὲν Σύβαρις, ἔχει δὲ τὴν βασιλείαν τῆ Κόλχων Medeam aiunt Argonautas
 ad templum Martis deduxisse stadiis septuaginta procul ab urbe Sybari Col-
 chorum regiâ. Fuit & in Istriæ & Italiæ confiniis Pola vrbs à Colchis exuli-
 bus condita, quod ipsum Polæ nomen significasse testantur hæc Callima-
 chi apud Strabonem lib. 1. & 5.

Ἀφύσθη ἐκπέλας δὲ μὲν Φυγάδων πῆς ἐνίσσῃ
 Γεφυρῆς, ἀταρ κείων γλωσσὸν ὀνόμηνε Πόλας.
 Urbem extruxerunt, cui lamentabile fecit
 Nomen ab exilio Colchica lingua Polas.

Nempe פָּלָא pala in Piel Hebræis & Syris est separare, auferre, amouere.
 Vnde in Chaldæo Paraphraste passim נִרְמָה מִן הָאָרֶץ amouit à terrâ, id est in exi-
 lium egit. Sic 1. Sam. 28.9. Saul נִרְמָה מִן הָאָרֶץ remouit pythones & ariolos ex terrâ:
 1. Reg. 15.12. וְנִרְמָה Et remouit scorta ex terrâ: Et 22.47. וְנִרְמָה Remouit illos ex ter-
 râ. Inde Pola Colchis exulem vel exilium sonabat. Rursus vt lacus ab He-
 bræis & Syris maria appellantur; Hinc mare Galilææ, mare Salis, mare Ge-
 nezareth &c. Ita etiam apud Colchos. Aristoteles Meteor. lib. 1. cap. 13.
 ἡ γὰρ ὑπὸ τῆ Κανταύρου λίμνῃ, ἡ δὲ καὶ ὑπὸ τῆ ἐκ τῆ Γαλατίας lacus sub Caucaſo, quem
 incolæ vocant mare. Apparet ex sequentibus lacum illum fuisse circa Cora-
 xos, quos inter Colchidis populos recensent Mela, Plinius, Stephanus &c.
 Fuit & alius in Colchide lacus circa Phasidis ostia quod paruum mare di-
 cebatur. Agathias lib. 3. τὸ δὲ λίμνῃς, ἡ δὲ μικρὸν γαλατίας ὀνομαζέσθαι, πλὴν ἐστὶ
 τὸ Εὐξείνιον πόντον ἐκ τῆς φερομένης. Quin & tota de aureo vellere fabula vi-
 detur sumpsisse originem ex homonymiâ vocis Συρακῶν quæ & γάζαμ &
 vellus significat. Proinde vellus illud aureum nil quicquam fuit quam ga-
 za seu thesaurus regius quem Argonautæ expilarunt. Tale est quod τὸ
 murum & taurum significat, ὡς ἄς & draconem. Quâ homonymiâ abusi,
 vt innuerent ærarium in arce seruari muro duplici cinctâ, & aheneis por-
 tis obseratâ, duos tauros finxerunt, & draconem velleris aurei custodem
 esse.

Colchorum porro regibus aurum fuit affatim ex fluminum ramentis,
 maxime apud Soanes de quibus Strabo lib. 11. καὶ τῆς τῆς λέγεται ἔξ χρυσοῦ
 καὶ ἀφ' ἑρῆς τοῖς χειμάρροις apud illos autem aiunt aurum etiam deferre tor-
 rentes. Et Appianus in libro Mithridatico: χρυσοφοροῦσι δὲ ἐκ τῆς Κανταύρου πο-
 λῆς πηγῶν ἡνίκα ἀφ' ἑρῆς multi fontes ἐ Caucaſo fluentes auri ramenta de-
 ferunt. Et Eustathius in Dionysium: χρυσοὶ παρ' αὐτοῖς ἐκ τῆς χειμάρρου καὶ ἀφ' ἑρῆς
 aurum apud illos torrentes deferunt. quo auro tradit Plinius nullum esse
 absolutius, quia cursu ipso trituque perpolitur. Quinetiam iisdem è locis
 auri fodinæ erutæ, siquidem his Plinij fides: Iam regnauerat in Colchis Sa-
 lauces & Esubopes qui terram virginem nactus, plurimum argenti auri que
 eruisse

lib. 33. c. 4.

lib. 33. c. 3.

A

B

C

D

E

A *eruisse dicitur in Sannorum gente (legi malim Soanorum vel Soanum, quomodo idem alibi Soanes vocat) & alioquin velleribus aureis inclito regno. Sed & illius aureæ camerae & argenteæ trabes narrantur, & columna atque parastata. Hæc de Colchis siue Cassuchis, quæ multo erunt firmiora, cum explicauero qui sint כפתורי Caphthoræi.*

CAPVT TRIGESIMVM-SECVDVM.

Caphthorim כפתורי

B Caphthoræi vicini Cassuchis. Philistæi ab utrisque orti. Caphthor omnes veteres statuunt esse Cappadociam. Intellego Cappadociæ partem Colchis proximam, circa Trapezantem, vbi *Side & Sidene. Side* Gr. idem quod Hebr. *Caphthor*, nempe malum Punicum. Ptolemæus emendatus. Sidenes populi. Flumen Sidenum. Opes Colchidis expeditionum in eam incertium. Quomodo Aegyptiorum qui eò se contulerant pars regressa est in Palestinam. Poetis de hæc expeditione aliquid suboluisse. Typhon Aegyptius, ad Colchidem & Caucasum vsque progressus, retrocedere coactus, obiit in Palestinâ prope lacum Sirbonidis. Testes Apollonius, Herodotus & Plutarchus. Prope Sirbonidem Cassius mons vnde dicatur. Mons קצי *Cassii* id est *Terminalis*. In manu Cassij Iouis malum Punicum Caphthoræorum symbolum. Cassuchi & Caphthoræi Chaldæo interpreti & Iunio qui sunt, *Damiata Tauri*; non Pelusum. Ezech. 30. multæ vrbes Aegyptiæ. Amos 9. 7. *Syros è Kir. Chald. קרני vel קרינא. Kir* Gedrosiæ vrbs. *קרניא* ad Amardum fl. *Cyrus* Iberiæ fl. etiam *Cyrnus. Kir* circa Elymas *El. 22. 6.* Cassiota & Sethronia vnde dicti. Sethronis oppidi cur videtur conditor Sethon. Cur pro Cassuchis Chaldæorum vnus habeat Pentapólitanos, alter Pentaschœnitas. Vterque refellitur.

C Aphthoræi populi sunt à Cassuchis ita diuersi, vt vicinos esse pateat, quia Philistæi hic è Cassuchis, alibi è Caphthoræis prodiisse leguntur.

Jerem. 47. 4. *quia vastat Dominus Philistæos כפתורי residuum provinciae Caphthor*; Amos 9. 7. *Annon Israelitas deduxi ex terrâ Aegypti, & Philistæos ex Caphthor?* quin & ipse Moses narrat Deut. 2. 23. quomodo Auzæos circa Gazam habitantes Caphthoræi ex Caphthor egressi destruxerint & eorum sedes occupauerint. quæ mihi non videntur aliter posse conciliari quam si Cassuchos & Caphthoræos dicamus populos ita fuisse coniunctos vt in vnum coaluerint. Ergo vel in ipsâ Colchide, vel in finitimis

D locis Caphthoræorum fuit sedes.

In hac dubitatione, si consulamus scripta veterum, omnes vnanimi consensu respondebunt Caphthor esse Cappadociam & Caphthoræos Cappadoces. Ita Græci interpretes, & Vulgatus, & Eusebius, & Hieronymus, & Theodoretus, & Cyrillus, & Procopius, & veterum si qui alij sunt qui in ea Scripturæ loca inciderint, in quibus agitur de Caphthoræis. Neque aliter Chaldæi tres interpretes Onkelos, & Jonathan, & Ierosolymitanus, qui pro terrâ *Caphthor* habent קפסוקיא, & pro Caphthoræis קפסוקיא vel קפסוקיא id est Cappadoces. Et in historia Iosephi Ben Gorjon aliquoties pro Strabone Cappadoce legitur כפתורי *Strabo Caphthoræus.*

cap. 6. edit? Venet. &c.

E Itaque hoc maneat Caphthoræos in Cappadociâ quidē fuisse, modo ne intelligatur vniuersa Cappadocia, quâ aliis iâ ex parte assignauimus; Sed ea Cappadociæ pars quæ Colchis fuit proxima, nempe circa Trapezantem vbi desinebat Colchis. Strabo lib. 12. τὸ Ἐρυθραίου πλοῦτος ἢ Τραπέζου, &c.

ἢ Κόλχης prope Hermonassam est Trapezus, deinde Colchis. Arrianus in Peri-
plo: Τραπεζάντις ἢ Κόλχης ὁμογενὶς Τραπεζάντις quidem Colchi sunt finitimi.
Quin & Xenophon his antiquior Trapezuntem describit ἐν τῇ Κόλχων χώρα
in regione Colchorum Anabaf. lib. 4. sub finem.

Vnum afferam ex quò constabit nos rectè coniecisse. Malum Punicum
Hebræi caphthor vocant, & Græci σίδω siden. In iis porro locis vibs fuit
Σίδω Side, à quâ Sidene regio dicta. Strabo lib. 12. pag. 548. Μετὰ δὲ τὴν Θε-
μισκυρον ἐστὶν ἡ Σιδωνία post Themiscyram autem est Sidene. Et paulo post:
Τὴν Σίδω ἀπὸ ἧς ὠνομάσθη Σιδωνία Sidem urbem à quâ nomen habet Side-
ne. Et rursus: Μετὰ δὲ τὴν Σιδωνίαν ἡ Φαρνακία ἐστὶν ἐργαστὸν πόλις, ἢ μὲν τῶν
ἢ Τραπέζης post Sidenem autem est Pharnacia munitum oppidum, &
postea Trapezus. Et Ptolemæus lib. 5. cap. 6. in vrbibus Ponti Cappadocici
ἐστὶ τὴν Σιδωνίαν iuxta Sidenem (ita legendum, non Σιδωνίαν Sidonem vt
vulgo) vibs littoreas quinque recenset Isopolim, Cerasuntem, Pharna-
ciam, Hyssi portum, & Trapezuntem. Inde Plinius lib. 6. cap. 4. Sidenes
habet populos, flumenque Sidenum quò alluitur oppidum Polemonium. Ex
quibus locis inter se collatis colligo Sidenes populos Ponti Polemoniacy
& Cappadocici maritima tenuisse à Thermodoonte fluuio vsque ad Tra-
pezuntem & Colchidis fines, cum in mediterranea non liceret se diffun-
dere, quia Chalybes & Tibareni occupabant montes proximos. Hi porro
Sidenes à Side dicti, quæ est ipsissima vrbis Caphthor velata nomine diuerse
linguæ.

Neque est quod quisquam roget cur Cassuchi & Caphthoræi è patrio
solo egressi in tam remota secesserint. Multæ potuerunt subesse causæ tam
longinquæ peregrinationis, quas diuinare nostrum non est. Tamen hæc
Strabonis maxime est obuia: ὁ πλοῦτος δὲ ἐκ τῆς χώρας ἐκ τῆς χρυσεῖων, ἢ ἀρ-
γυρεῖων, ἢ σιδωνίων, διακρίσει τὰ ἑσθλα τὰ ἀργυρεῖα τὰ χρυσεῖα ὅπερ ἐκ τῆς
regionis ex aurei, argenti, ferrique metallis iustum expeditionis prætextum sub-
ministrant. Atque id ipsum Phrixum impulit, & Iasonem, & Sesostrim, &
Persas, & Medos postmodum, Saracenos denique ex intimâ Arabiâ vt in
Colchidem excurrerent. Itaque cum famâ tenui veteres Ægyptij aliquid
inaudiuissent de regione auriferâ versus Bootem, verissimile est Cassuchos
hæc illecebrâ pellectos ὡς περὶ τὸν Ἰσχυρίαν, id in animum induxisse vt colonias eò
deducerent.

Sed post exantlatas itineris tam tædiosi molestias, seu res famæ non res-
ponderet, siue hominibus in Ægypto natis frigus illorum locorum minus
esset tolerabile; siue per Scythas, & Moschos, & Tibarenos qui vicinos
locos tenebant, non liceret illis pacatè & in tuto degere, multos cœpit
patriæ veteris desiderium; Vnde factum vt pars illorum, cum decreuisset
in patriam postliminio reuerti, priscaque reuifere sedes, deuenerit Palæ-
stinam vsque, vbi hæsit pulsus Avvæis Deut. 2. 23. Hæc sunt in re obscurâ
quæ vero mihi videntur maxime esse consentanea.

De hæc expeditione videtur Græcis Poëtis aliquid suboluisse, quod illi
more suo fabulis inuoluerunt. Typhonem scilicet fingunt (gigantem Æ-
gyptium fratrem Osiridis, vt ex Plutarcho & Diodoro constat) bellum in

lib. 1. p. 45.

Plutarch.
de Iside.
Diod. lib. 1.
pag. 12.

A Superos moturum ad Caucasum vsque penetrasse, & post multa praelia fulmine ictum à Ioue, fugisse in Palæstinam, & ad lacum Serbonidis exspirasse, vbi hodieque iaceat. Non pigebit eâ de re Apollonij versus adscribere, quibus Colchici draconis natalem locum ita describit:

ὄν αὐτὴ γαῖ' ἀρέφουσεν

Καυχίαν ἐν κλυμίσσι Τυφασίῃ ὅτι πέτρῃ,

Ἔστα Τυφασίᾳ φασὶ Διὸς Κρονίδας κεραυνῶ.

Βλήμενον, ὅποτε Ἰσθμῶν ἐπαρέξατο χέρας,

Θερμὸν ἀπὸ κεφαλῆς εἴξαι φόνον, ἵκετο δ' αὐτῶς

Οὐρεὰ καὶ πεδίον Νυμφίον, εἶθ' ἔτι κῶπῃ

Κεῖται Ἰσθμῶν Σερβωνίδος ὕδατι λίμνῃς.

B ij Latinè sic sonant:

--- mater quem terra creauit,

Hic ubi Caucasio est in saltu petra Typhonis,

Fulmine ibi casum memorant atque igne Typhoeum,

Impendens capiti fatum ut præuenteret, ambas

Opposuisse manus telo Iouis, & inga Nyse

Præcipiti petiisse fugâ, mersumque iacere

Nunc etiam in torpente lacus Serbonidis undâ.

C Inde in Thaliâ Herodotus: ἀπὸ τοῦ Σερβωνίδος λίμνης, ἐν τῇ δὲ λέγει τὸ Τυφῶν κεκρύφθαι à Serbonidis lacu in quò Typho fertur occultus. Et Plutarchus in Antonio Serbonidem lacum dicit ab Ægyptiis appellari Τυφῶν ἐκπνοάς Typhonis exhalationes. Hæc ideo affero, quia Typhon ille quisquis est, videtur fuisse dux expeditionis Ægyptiorum primum ex Ægypto in Colchidem, deinde ex Colchide in Palæstinam susceptæ. quod non obscure significant hæc fabularum inuolucra. Stephanus in Ἡρώ Typhonem scribit Iouis fulmine percussum fuisse Heroopoli, quæ à Serbonidis lacu non longè distat.

D Dum in eò sumus, non omittendum prope lacum Serbonidem Cassium esse montem Syris ἢ Cassi, id est Terminalem dictum, quia Ægyptum Syriamque disternit. Herodotus lib. 3. ἀπὸ Κασίᾳ ἕρπεται τῆς εἰζόντος Ἀιγυπτῶντες καὶ Συρίῳ. In eò porro monte, & Pelusij quæ est vrbs proxima, delubrum fuit Cassij Iouis, quem verius Deum Terminum dixeris. Is pingebatur extensa manu, malum Punicum ferens propter mysticam aliquam causam. Achillis Tatij verba sunt lib. 3. περὶ ἐβλήθη τὸ πῦρ χεῖρας, καὶ ἔχεται ῥοιδὸν ἐπ' αὐτῇ, τὸ ῥοιδὸν ὁ λόγος μυστικῆς. Sic nempe significabatur eum Deum terminos tueri Palæstinæ, cuius incolæ origine Caphthoræi habebant pro insigni τῆς καφθορῆς, id est malum Punicum. Hæc videtur esse ratio mysterij latentis, de quò Tatius, τὸ ῥοιδὸν ὁ λόγος μυστικῆς.

I Interpretatio quam attulimus non parum confirmatur ex aliarum incommodis. Pro Cassuchis Jonathan habet Pentapolitanos seu Cyrenæos, Ierosolymitanus Pentaschcenitas Pelusio proximos, vterque Cappadocas pro Caphthoræis. Et Arabs Damiatam, & pro Cassuchæis Saidæos, id est incolas Thebaidis in extremâ Ægypto prope Æthiopiam. Hæc planè sunt ἐσθλα. Sic enim Caphthoræi diuelluntur à Cassuchis, cum ex Sc:ipturâ

constet coniunctos fuisse populos, quia modò ad hos, modò ad illos refer-
 tur origo Philistæorum. Ne in hoc ἀ(γο)π) incidere Iunius, Casluchæos po-
 suit in Cassiotide, & Caphthoræos in Sethroite nomo; ambos circa Pelu-
 sium. Nam ad Cassium montem est Cassiotis & Sethroites nomus ad orien-
 tem Bubastici fluminis, vbi metropolis *Sethron*, quæ alio nomine dicitur
 H' ε(α) κ(ε) ο(ι)ς μικρὰ πόλις *Herculis parua urbs*. Vide Strabonem, Ptolemæum,
 Plinium, Stephanum &c. Sed huic sententiæ primo opponitur veterum
 consensus vnanimis, qui terram *Caphthor* in Cappadociâ ponunt. Vnum
 excipio ex Hebræis Benjaminem, atque hunc sequutos Arabem interpre-
 tem nuperæ editionis, & authorem libri *Iuchasim*, quibus כפחור est דמיט
Damiata, id est Stephani Ταμίαθις, non *Pelusium* vt volunt. Nam *Damiata*
 est in *Delta* trans Bubasticû ad Taniticum ostium. Secundò cum toties in-
 cidant sacri scriptores in earum vrbium nomina, quæ prope Palæstinam
 fuerunt, in ipso Aegypti aditu; Mirum erit Casluchos & Caphthoræos,
 siquidem erant tam obuij, ne semel quidem nominari, cum de Aegypto
 res est. Maximè Ezechielis cap. 30. qui è vicinis vrbibus meminit *Tsoan*,
 id est Taneos; Et *Sin*, id est Pelusij; Et *Auen*, id est Heliopoleos; Et *Pibe-*
feth, id est Bubasti; Et *Taphnes*, id est Daphnarum Pelusiarum. Tertiò si
 Casluchis & Caphthoræis sedes in Aegypto fuit, adeoque in Aegypti parte
 quæ Palæstinam attingit, non satis video quorsum Deus ita loquatur A-
 mos. 9. 7. *Nonne Israelem eduxi è terrâ Aegypti, & Philistæos è Caphthor,*
& Syros è Kir. In eò certè locò aut componuntur ἀσ(υ) κ(ι) ρ(ι) α(ι), quod absit
 vt vel cogitemus, aut Philistæi tam aduenæ fuerunt in terrâ Caphthor;
 quàm Israëlitæ in Aegypto, & Syri in Kir, quò abducti fuerant ab Assyrio
 rege Tiglat-Pileser 2. Regum. 16. 9. vnde sequitur terram *Caphthor* fuisse
 extra Aegyptum. Neque enim Philistæi filij Mesraim potuerunt in Aegyp-
 to haberi pro aduenis. Præterea *Kir* à Syriâ valde remota est, siue vbs in-
 telligatur in prouinciâ Mechrân, id est Gedrosiâ, cuius meminit Geogra-
 phus Arabs. Aut cum Chaldæo כרני vel כרניא id est Ptolemæi Κυρνήα, in-
 terpretibus *Curna*, Mediæ vrbis Mediterranea ad Mardum vel Amardum
 fluuium qui in mare Caspium exit; Nisi quis Iberiam intelligi malit & re-
 gionem ad *Cyrum* fluuium qui idem vocatur Κύριος *Cyrnus* Dion. lib. 36.
 Neque enim Africæ Cyrene potest hîc intelligi, quæ nondum erat condi-
 ta, nec vnquam fuit sub Assyriorum iugo. Adde circa Elymæos *Kir* fuisse
 colligi ex his Esaia cap. 22. vers. 6. *Elam gestauit pharetram &c. & Kir ex-*
prompsit clypeum. Rursus iter Israëlitarum ab Aegypto in terram Chanaan
 pro longo haberi potest, si respicias tempus infumptum in eâ expeditione,
 quadraginta scilicet annos, & viarum ambages per quas illos circumduxit
 Deus in cremi solitudine. Itaque Philistæos si fingas ex Sethroite nomo
 aut ex vicinâ Cassiotide in Palæstinam migrasse, non videtur potuisse con-
 ferri Philistæorum migratio è terrâ Caphthor, cum educatione Syrorum è
 Kir, & Israëlitarum ex Aegypto. Neque doctum & pium virum puto quie-
 quam mouisse vt Casluchæos haberet pro Cassiotis, & Caphthoræos pro
 Sethroitibus, quam nominum allusionem quandam, licet valde remotam.
 Sed hæc qualiscunque allusio in Hebraicâ Scripturâ nulla est. Neq; enim

Strab. l. 17.
 Ptol. l. 4. c. 5.
 Steph. in
 Σειθροί.

p. 7. clim. 2.
 lib. 6. c. 2.

Exod. 16. 31.
 & 13. 18. Nu.
 32. 13.

A Cassiotæ à Castluchis, sed à Cassio monte dicti, quem Syri *xp Cassi*, quasi Terminalem vocabant, vt iam ante monuimus. Nec Sethroitæ à Caphthor, sed à Sethrone Metropoli; Et Sethron vrbs inserto R à Sethone conditore, qui cum in iis locis Sennacheribum & Assyrios Pelusium obsidentes & reliquæ Aegypto imminentes magnâ clade affecisset, vt ex Herodoto & Iosepho discere est, videtur eam urbem excitasse in victoriæ monumentum: quô facit quod binomia fuit, nam & Sethron vocatur à conditore, vt quidem nos coniectamus, & *Ἡ ἑσπερίοις μικρὴ πόλις* *Herculis parua vrbs*, tanquam illi Deo consecrata cuius auspiciis Aegyptij putabant se victoriam adeptos. Ex Sethone *Sethron* factum *πλεονάζουσα τῆς ρ*, vt in *σκηναίῳ* & similibus.

Herod. 1. 2.
cap. 141. 10.
Ioseph. Antiq.
lib. 10. c. 1.

B Iam hoc quoque aperiendum cur pro Castluchis è quibus egressi sunt Philistæi, Chaldæorum vnus habeat Pentapolitanos, alter Pentaschœnitas. Notum est Philistæorum quinque fuisse præfecturas: his quinque præfecturis vnus respondere putauit in Pentapoli quinque vrbes, alter in Pentaschœno quinque schœnos. Vtrumque valde absurdè: Neque enim è Pentapoli potuerunt egredi Philistæi, quæ Palæstinâ recentior est annis minimum mille trecentis. Multo minus è Pentaschœno, nomen ignobili inter Casium & Pelusium cui nomen fecit ambitus quinque schœnorum, id est milliarium XL.

CAPVT TRIGESIMVM-TERTIVM.

פוט Put vel Phut.

D *Phut* & *Misraim* Africam inter se diuiserunt. Ab Aegypto ad Tritonidem vsque paludem plerique Aegyptiis vtuntur moribus. *Παρίεσσι* quid significet. Valla & Stephanus notati. Hieronymus emendatus. *Putæa* vrbs. *Phut* flumen. *Phibia* portus. *Pythia* extrema, *Phibemphuti* nomen. Pars Phutæorum Aegypto vicini. Ezech. 30. 5. *Chub* quis populus. An qui circa Paliurum. Phutæi clypeo insignes Ierem. 46. 9. Aegyptiorum clypei ad pedes porrecti. Libyes ad Tritonidem vsque eodem modo armati. *Phut* idem quod *פוט phut* sparsus. *ϕ* & *ψ* permutantur. Afri dispersi & Nomades. Inde Africa pantheræ pelli similis. *לוב* *Lub Libya*, & *Lubæ Libes* in libris Paral. & Daniele & Nahum, *Lub* esse Aegyptum Hebræi quam ineptè probent. Libes non dicuntur à colore, sed à qualitate soli. *לוב* *Lub* Arab. sitis. *לוב* *Lub* siticulosa loca Os. 13. 5. De terra siti regio. *Xerolbya*. Arab. *לוב* *Lubia*. Auicenna emendatus, interpretes notatus. Lilybæum Phœnices dixisse quasi *לוב* quia Libyam versus porrigitur. Europæ itidem & Asiæ nomina Phœnicia. *Europæi* ab albâ facie dicti, vt & Europa Cadmi soror. Asia quasi *אסיה* *asija* media, quia Asia minor, cui primò competit hoc nomen, inter Europam & Africam media. *Lubæi* id est Libes, *curribus & equitibus* 2. Par. 16. 8. LXX. malè legentur. De Libyum equis & curribus multa. Equitandi ars à Neptuno Libyco Deo. In fabulis primus equus è petrâ natus eum *Scyphius* dictus. Syr. *סקיפ* *sciph* petra.

A Africam inter se diuiserunt duo Chami filij *Put* vel *Phut* & *Misraim*. Huic Aegyptus obtigit & pleraque Africæ ad Tritonidem vsque paludem, quæ Africam diuidit in duas partes pæne æquales. Illi quicquid trans Tritonidem vsque ad Oceanum Atlanticum. Argumento fit quod docet Herodotus Africæ plerosque incolas ad ortum Tritonidis Aegyptiis vti moribus, cum multo aliter viuant quotquot ad occasum degunt. Præstat audire ipsum Herodotum: *μέχρι τῆς Τριτωνίδος λίμνης ἀπὸ Ἀγρόπιδος*

μείδης εἰς κροφάρι τε καὶ γαλακτοπό *Λίβυς, καὶ θηλέων τε βοῶν καὶ γαλομέισι, δὲ*

lib. 4. c. 186
& 187.



Ἐπεὶ γὰρ Αἰγύπτιοι, ἐν ἡμετέροις. Ἐπειδὴ μὲν τῶν Ἑλλήνων, ὅσων αἱ Κορνηθίων
 γυναῖκες διακρίβουσι πατέεσσι, ἀλλὰ τὴν ἐν Αἰγύπτῳ ἴσιν, ἀλλὰ ἐν νηστείας αὐτῆς
 ὄφθαλμοὺς ἐπιτελέουσι. αἱ δὲ τῆς Βαρυχάνων γυναῖκες σὺν ἡμῶν τῆσι βυβλίοις γέγονται.
 Ἐπιπλά μὲν ὅσων ἔχουσι. ὅσων τῶν ἐσπερίων, ἢ Τριτανίδων λίμνης ὅσα ἐπὶ Νόμαδες
 εἰσὶ Λίβυες, σὺν νόμοισι τοῖσι αὐτοῖσι χρέωμενοι *Ab Ægypto usque ad Tritoni-*
nidem lacum Nomades Libyes sunt qui carne & lacte vescuntur, sed ab esu
vaccarum abstinent, sicut & Ægyptij, suisque non valant. Sed nec Cyrenæa
feminae vaccas gustare legitimum putant, propter Isim quæ in Ægypto colitur,
quin & ieiunia & festos dies ipsi conscrant: Barychorum autem mulieres,
præter vaccas, etiam à suis abstinent. Et hæc quidem ita se habent: At Li-
byes qui ad occasum lacus Tritonidis habitant, iam non sicut Nomades, nec iij-
dem utuntur legibus. Lectorem obiter moneo vocem πατέεσσι in Herodo-
to, quam Valla non intellexit; non debuisse Stephanum habere pro suspe-
ctâ. Nam Herodoto πατέεσσι est degustare. Sic lib. 2. cap. 6. κτείνοντες μὲν τοῖ
ὡς πατέον) postquam occiderunt non gustant. Hesychius: Πατέον, ἐξέουσι.
 Sic legendum, non ἐξέουσι.

Aliquod seruabat vestigium prisici nominis *Put* vel *Phut* Africae vrbs *Put-*
tea sub Adrumeto, & Mauritaniae Tingitanæ amnis *Fut* qui in Oceanum
 influit. Illius meminit Ptolemæus, huius Plinius & multi veterum. Iose-
 phus: ἔκτισε δὲ ἐν Φύτις τὴν Λιβύην, Φύτις ἀπὸ αὐτῶν καλέσας τοὺς ἐπιχωρίους.
 Ἐστὶ δὲ καὶ ποταμὸς ἐν τῇ Μαύρων χώρα τῷ ἔχον ὄνομα. Ὅθεν ἐν τοῖς πλείστοις
 τῆς Ἑλληνικῆς ἱστοριῶν ἔστιν ἰδὲν μεμνημένους τῷ ποταμῷ καὶ τῷ ἀφ᾽ αὐτοῦ
 αὐτῶν χώρου Φύτις λεγόμενης. Hieronymus: *Phut Libya: à quò & Mauri-*
taniæ fluius usque ad præsens Phut dicitur, omnisque circa eum regio Phu-
tensis; Multi scriptores tam Græci quam Latini huius rei testes sunt. Idem
 habetur in Eusebio de locis, & in Eustathij Hexæmero, & Isidori origi-
 num lib. 9. cap. 2. Pro *Fut* vel *Phut* Ptolemæus Φύθ, & Interpretes *Phuthuth*
 scribunt.

Sed & in Marmaricâ hûc videntur alludere, quamuis Græcam formam
 habeant, Φύθια λιμὴν *Phthia portus*, & Πυθὶς ἀκρῶν *Pythis extrema*; Et in
 ipsa Ægypto, quâ parte Libyæ contermina est, *Phthemphuti* vel *Phthem-*
buthi nomus. Ita variè scribitur in Ptolemæo; Et in Plinio *Phthemphu*. Ne-
 que enim *Phutæos* omnes trans Tritonidem ablegamus. Illorum nonnullos
 in Ægypti viciniâ sedes habuisse ex eò patet quod Ierem. 46. 9. & Ezech.
 30. 5. Ægyptiacis bellis implicantur cum Arabibus, & Chusæis, & Lu-
 dæis, & Chubæis, quos habitasse puto circa *Paliurum* oppidum in Mar-
 maricâ, quia τῷ *Chub* Syris est *Paliurus*. Sed & Nahumi 3. 9. præter Chu-
 sæos & Ægyptios etiam Phutæi censentur inter populos qui suppetias fe-
 runt vrbi *No-Amon*, id est Thebis aduersus ingruentes Chaldæos.

Hûc facit quod Phuthæos Ieremias describit tanquam clypeo potissi-
 mum insignes: *Phutæi*, inquit, מן שׁוּבַן apprehendentes clypeum, clypeum
 nempe inusitatae magnitudinis, vt ex eò essent notabiles. Atque hæc ipsissi-
 ma fuit Ægyptiorum armatura: Quos describit Xenophon Cyrop. lib. 6.
 σὺν ἀσπίδι τῇ ποδίσει cum clypeis ad pedes usque porrectis. Cuiusmodi cly-
 peum ex Homero appellaueris ἀσπίδα ἀμφιπέδιον, id est τὴν ποδὶν ἔχουσαν

Ptol. l. 3. c. 1.
 Plin. l. 5. c. 1.
 Ioseph. An-
 tiq. l. 1. c. 7.

Hieron.
 in tradit.
 Hebr.

lib. 3. cap. 1.

Ptol. lib. 4.
 cap. 5.

Plin. lib. 5.
 cap. 9.

Ptol. lib. 4.
 c. 5. Anto-
 nino Pa-
 niurus.

Ierem. 45. 9

actum. Hanc Africæ cum pantherâ similitudinem paulo aliter interpreta-
tur Dionysius Periegetes, pellis maculas referens non vt Strabo ad loca
cultâ, sed ad solitudines. Verba sunt:

Παρδαλέη δὲ μιν αἴδρες ὀπιπλείουσι ὁμοίω;

H' δ' ὀπιπλή τε ἐν ἀρχαῖς τεύχεται

Τῆ ἐν τῇ κωμῆσι κατὰ τὴν πόλιν ἔσται.

Pardalis hanc pelli similem dixerunt priores,

Quam loca senta sicut, loca foeta furentibus Austris

Huc illuc squamarum instar longo ordine signant.

Aliud Africæ nomen לוב *Lub*, id est *Libya*, est in Hebræorum usu; vnde
Libes לובי *Lubai* in variis Scripturæ locis. Sic 2. Chron. 12. 3. *Venerunt*
cum eò ex Ægypto לובי Lubai, Suchai, & Chusai, id est Libyes, Tro-
glodytæ & Scenitæ. Et ibidem 16. 8. לובי *Et Lubai fuerunt in exercitu*
numerofo incurru & equitibus. Et Daniel 11. 43. de Antiocho לובי *Lubai*
& Chusai in gressibus eius, id est Libyes & Scenitæ erunt pedissequi il-
lius, siue illi subiecti. Et Nahum 3. 9. *Phut לוב & Lubai (Libyes) fuerunt*
in auxilio tuo, vnde vir doctus perperam colligit Phutæos & Libyes diuer-
fos esse; Ibi enim & *Libyes* additur ἐπελεγεματικός.

Bextorf.
in Lex.
Talmud.
in לוב. A-
ruc in
לבד

De facult.
aliment. 1.
1. cap. 28.

Scribunt Lexicographi *Lub* Hebræis esse Ægyptum. Et Talmudici qui-
dem ita asserunt, sed putri fundamento nixi, hoc nimirum quod Ægyptia
faba, cum est recens, לובי *Lubi* vocatur. Neque enim à loco habet illud no-
minis, sed à לבוים, id est siliquis quibus est adhuc inclusa, voce à Græ-
cis mutuata. Sic לבוים phaseolos Græci posteriores לבוים vocarunt, &
Arabes لوبا *luba* & لوبيا *lubia*; quia לבוים continentur. Quomodo
ἀσάλας *spicas* appellant ὄλβος לבוים στικκός *totum tritici fructum*, vt
Galenus rectè obseruat.

Vid. Gig-
geium.

Λίβυας à colore dici affirmat vir vndecunque doctus. *Etenim*, inquit,
λίβυς antiquâ linguâ Græcâ niger. Malim ego Libyum nomen deducere
ab Hebræo *Lub*, cuius diuersa ratio. Neque enim ab incolarum colore
sed à qualitate soli sumptum est. Nempe לוב *lub* nomen Arabicè est siti,
& לוב verbum siti languere. Hinc לובי cameli siti deficientes, & לובי
agmen apum siti languidum. Hebræis לאב *laab* id ipsum est quod לוב *lub*,
quomodo לאב *laat* idem quod לוב *lut*. Et ex לאב factum nomen הלואבות si-
gnificat arida & sticulosa loca. Sic Osee cap. 13. vers. 5. *Ego te cognoui in de-
serto בארן הלואבות in terrâ sticulosa*. Ita explicat R. Ionas ex linguâ Ara-
bicâ, atque eum sequuntur Kimchius & Aben-Ezra. Itaque *Lub* est terrâ
sitiens: vt à Lucano appellatur,

lib. 1.

--- per calidas Libyæ sitientis arenas.

Quod nomen sic toti conuenit, vt tamen specialius videatur posse tribui
illi Africæ parti quam Græci *Xerolibyen* ex argumento nuncuparunt. Ser-
uius in illud Virgilij Æneidos lib. 4. *Hinc deserta siti regio. Dicit*, inquit,
*Xerolibyam, id est partem Africæ quandam quæ est inter Tripolim & Pen-
tapolim*.

lib. 4. fen. 4
112 & 3. c. 38
hist. anim.
lib. 6. c. 51.

Lub vel *Lubia* nomen etiam Arabes pro Libyâ vsurpant. Sic Auicenna
capite de dipfade: *Est in regione לוביא Lubia*, pro eò quod Ælianus, ἡνὸς δ'
ἁ. ἐγ.

A ἄλλω τῷ δέματι τῷ σῶματι, ὡς μὴ ἀποβαίνει τὰς ἀρμαστράχας, ἀλλ' αἰεὶ κατ' αὐτὸν ἵεναι tam accuratè curruum meatum seruans ut non discederet ab orbitis, sed semper in eodem tramite permāneret. Vnde est quod apud Polyænum lib. 7. Stratag. Arsabes Persa in Græcos dimicaturus à Barcæis petit τὴν τῶν ἀρμαστράχων βοήθειαν curruum subsidium. Plura pete ex doctissimo Casaubono in Athenæum lib. 3. cap. 21.

B Hūc facit quod Neptunus Libycus Deus, cuiusque adeo cultum à Libybus Græci profitentur se didicisse, equos iunxisse primus creditur, & equitandi artem inuenisse. Quin & equorum genus ad Neptunum Poëtæ referunt. Atque vt hanc fabulam Libycam esse scias, & à Pœnis in Libyâ ortam, Scyphius vocari traditur primus ille equus qui natus est è Neptuni femine in saxo dormientis, atque ideo Petræi dicti. Pindari Scholiastes enarrans quorsum Petræus appelletur Neptunus Pythia quarta: ὁ Πέτραιος ὁ περὶ τὸν Πέτραιον ποταμὸν περὶ τὸν Πέτραιον ποταμὸν, ἐπεὶ ἀπὸ τῆς πέτρας ἐξενήθησεν ὁ ἄριστος ἵππος Petræus Neptuni epithetum; aiunt autem certamen institutum esse in honorem Petræi Neptuni, ubi ex petrâ exiit primus equus. Et paulo ante: ὁ Πέτραιος ἵππος καὶ μὴν ἀπεπερμύτισσε, καὶ τὸ θεῶν δέξασθαι ἢ γῆν, ἀνέδωκεν ἵππον ἄριστον, ὃν ἐπελάλεσεν Σκύριον Super quadam petra consopitus semen emisit, quò accepto terra primum equum edidit, quem vocarunt Scyphium. Nempe Pœnis ἡ πέτρα sciph erat petra, quomodo Chaldæis & Syris. Sic in Chaldæo paraphraste כִּיפִי הָרֶם sciph oreb est petra oreb Iud, 7. 25. & Es. 10. 26. & passim occurrit כִּיפִי הָרֶם sciphe cepha, id est scopuli petra. Et in Syro interprete כִּיפִי הָרֶם leel liscipho super rupem. Ex ἡ πέτρα sciph ἡ πέτρα sciphi, vnde σκύριος, Pœnis & Libybus idem quod Græcis περὶ τὸν Πέτραιον. Ita vocatus est equus iuxta fabulam ex petrâ editus.

Herod. l. 2. c. 50. Pausan. Arcad. Sophocl. Oedip. Colon. v. & Isaac in Lyco. pag. 123. Vid. 1. Sam. 13. 6. Es. 21. & 7. 19. & 57. 5. Ier. 16. 16. Matt. 8. 32. Marc. 5. 13.

Adhuc quæro quorsum Phut ab Arabe reddatur פֹּהַת Tapsta.

CAPVT TRIGESIMVM- QVARTVM.

Chanaan כְּנָעַן

D Indaicam fabulam de vitis quatuor, Adamo, Abrahamo, Isaac, & Iacobo Hebrone sepulchris quæ inde dicta sit Kirjath-Arbe, niti verbis Iosue 14. 15. perperam intellectis. Aliud commentum de cedris circa Sodomam ex quibus arca Noæ. Item de vrbibus in terrâ Chanaan conditis à tribus filiis Noæ. Phœnicum & Chanaanorum nomen Græcos interpretes promiscuè vsurpare. Quæ Chanaanæ Mattheo, Marco est Syrophœnissæ. Locus Eupolemi de Chanaan à quò Phœnices, Et Philonis Byblije de Chna seu Phœnicæ. Veteres terram Chanaan χῶμα τῶν φοινίκων à palmis dici putarunt. Falluntur qui Phœnices è Rubro mari venisse & à puniceo colore Rubri maris dici putant. Phœnicum nomine etiam Iudæos intelligi. Cur Chanaanorum nomen Phœnices abiecerint. Syri à סור Sor id est Tyro dicti; Et Assyrij pro סוריה Sidonij pro Phœnicibus. Vnde lux Iacobi vaticinio Gen. 49. 13. Populi undecim à Chanaanæ oriundi.

E Fama est Chanaanæam statim ab orbe condito habitari cœpisse, Adamum à Paradiso exulem eò delatum, eius sepulchrum esse Hebroni quæ Kirjath-Arbe dicta fuerit, hoc est ciuitas τῶν περὶ τὸν Πέτραιον, quod ibi sepulchri fuerint viri quatuor insignes Adam, Abraham, Isaac & Iacob, cum totidem mulieribus Euâ, Sarâ, Rebeccâ, Leâ. In libro Beresith Rabba sic fabulantur Iudæi, quos ex parte sequitur Hieronymus in Epitaphio Paulæ.



Sed fabula tota nititur his Iosuzæ verbis perperam intellectis cap. 14. vers. 15. *Nomen Hebronis antea fuit Kirjath-Arba* (id est ciuitas Arbæ) *Fuit is Arba homo magnus inter Anakim.* Quæ sic Iudæi detorquent ac si legatur Hebronem dictam fuisse ciuitatem τῶν τεσσάρων virorum quatuor insignium, quorum vnus fuerit Adam ibi situs inter Anacæos. Sed quam parum hæc quadrent cum ipso contextu verborum quisquis Hebraicè nescit discat ex Sixtino Amamâ, in censurâ super hunc locum.

Nihilo certius est quod ex Iacobo Orrohaitâ præceptore Magni Ephrem excerptis Moses Barcepha lib. 1. de Paradiso cap. 14. Noam in terrâ Chanaan fixisse sedes, & in solo Sodomitarum plantasse cedros ex quibus construxit arcam. Quod tamen refellere nostra nihil interest. Solum obseruo cedros quæ in editis locis vt plurimum crescunt, verissimile non esse circa Sodomam prouenisse.

Alij sibi fingunt vrbes in Chananâ conditas à tribus Noæ filiis, nempe Salem à Semo qui sit idem cum Melchisedech, ^a & Hebronem à Chamo, ^b & Ioppen à Iaphetho ^c. Sed cum nihil horum probetur ex vlllo teste idoneo, mihi gentis originem arcessere sufficere à Chanaane Chami filio, quem sub Mercurij nomine coluisse veteres probauimus libri primi capite secundo.

^a Ibid. Orig. lib. 15. cap. 1
^b R. Sclommo in Ios.
^c Schindl. Pétagl. rad.
 πδ'

Porro ex Chananæis ortos esse Phœnices facile animaduertet quisquis aut Phœniciaæ nomen & situm, aut prisorum Phœnicum linguam, instituta, mores & artes accuratè perpenderit. Hinc est quod LXX interpretes Phœnices & terræ Chanaan, Phœnicum item & Chananæorum nomen promiscuè vsurpant. Sic idem Saul dicitur filius τῆς Φοινίκης Exod. 6. 15. & Χαρδαιίδος Gen. 46. 10. vt in Hebræo textu. Item Exod. 16. 35. εἰς μέρη τῆς Φοινίκης; Et Ios. 5. 12. ἐκ τῆς Φοινίκης. Pro Phœnicia & regione Phœnicum vtrobique est in Hebræo *terra Chanaan*. Rursus eiusdem capituli versu primo, βασιλεῖς τῆς Φοινίκης, id est *Reges Chanaan vel Chananæorum*. Ita enim Iosue. Et Iob. 40. 25. alij 30. vbi de Leuiathan; μεστύον ἄνθρωπων τῆς Φοινίκης ἐστὶν, Hebr. *Chananaï* vel *mercatores*. Et Prou. cap. vlt. vers. 24. Σιδόνιας ἐποίησε καὶ ἀπέδωκε τῆς Φοινίκης, καὶ ἐπέλυσε τῆς Χαρδαιαίας, voces τῆς Φοινίκης defunt in plerisque exemplaribus, & verò sunt glossema, quod irrepsit in textum è margine, vbi pro τῆς Χαρδαιαίας aliquis ex aliò interprete scripserat τῆς Φοινίκης. Hoc exemplo quam Chananæam Matthæus appellauerat, eam Matthæi fidus interpres Marcus Euangelista nominat Syrophœnissam.

Matth. 15. 22
 Marc. 7. 26

Et verò quamuis Chananæorum apud Græcos sit valde obscura mentio, tamen eos id non latuit prorsus Phœnicas ex posteris Chanaan ortum duxisse. Habemus eâ de re insignem Eupolemi locum in libro de Iudæorum Assyriâ, quamuis alioqui multis fabulis intersperso. Ibi nempe legitur ex Saturno Belum ortum & Chanaan, τῆς τῆς Καραδὸν Ἰωνήσων τῆς πατρίδος τῆς Φοινίκων hunc verò Chanaan genuisse Phœnicum patrem. Ex Eupolemo citat Alexander Polyhistor ex Alexandro Eusebius. Hûc facit quod in Philone Byblio Sanchoniatonis interprete, Phœnicij scriptoris longè vetustissimi, mentio fit cuiusdam ΧΝΑ τῆς ἀρχαίας μετενομασθέντος Φοινίκης CHNA quæ

Perpar. 1.9.
 Vid. Euseb. ibid. lib. 1.

A
 B
 C
 D
 E

A Phœnicis cognomine primus insignis fuerit. Nemo enim est qui non videat nomen CHNA natum esse ex decurtato Chanaan. Itaque apud Stephanum Byzantinum in libro de urbibus Phœnicie vocatur CHNA & Phœnices CHNAI. Verba sunt: ΧΝΑ, ἡ τὸς ἢ Φοινίκι ἐκδοῦσθαι. Et paulo post, Φοινίκων τὸν οὐρανόν.

Ad hæc cum non attenderent Origenes & Augustinus putauerunt terram Chanaan dici Φοινίκω & ἡ τὸς ἢ Φοινίκων, eò quod esset palmis conferta, cum vera causa nominis ea sit quam indicauimus, scilicet quod Phœnices à Chanaanais orti sunt, & iidem qui Chanaanai.

Homil. 6.
in 1of. Sup.
Exod. 9. 83.

B Herodotum quidem scio, & Trogum, & Diodorum, & Dionysium Periegetem, & alios apud Strabonem de Phœnicum origine statuere multo aliter: Eos nempe fuisse olim Rubri maris accolæ, sed terræ motu vexatos, Assyrium stagnum primò, mox maris Mediterranei littus incoluisse, inde vocari Phœnicas à puniceo scilicet colore maris Rubri. Verum enim uero docti iam sciunt mare Rubrum vel Erythræum à colore non dici, sed ab Erythrâ rege qui Hebræis est Edom, cuius posterii Phœnices non sunt, sed Erythræi vel Idumæi. Fateor etiam Phœnices habitasse ad mare Rubrum, sed ij fuere coloni Tyrriorum, non illorum Tyrij. Tamen si qui

Herod. in
Clio. cap. 1.
Iustin. l. 18.
Diod. l. 16.
Strab. lib. 1.
vid. Fuller.
Miscellan.
l. 4. cap. 20.

C Phœnices à mari Rubro venisse dicendi sunt, hi sunt Israëlità, qui mare Rubrum transgressi ex Aegypto venerunt in terram Chanaan. Phœnicum enim nomine ab Herodoto etiam censerit Iudæos, inde Iosephus rectè colligit, quod is scribit in Palæstinâ circumcidi quosdam Phœnicum: cum ibi circumcisionem apud nullos populos in usu fuisse certum sit præterquam apud Iudæos. Sed de his alibi pluribus.

Euterp. c.
104. Iosep.
Antiq. l. 8.
c. 4. & cõr.
Appion. l. 1.
Vid. Gen.
34. 14. Iud.
14. 3. & 15. 18.
1. am. 14. 6.
Jerem. 9. 26
Ezech. 28.
10. & 32. 23.

Iam si roges cur Phœnices, si verè sint posterii Chanaan, in Græcorum monumentis Chanaanai nusquam vocentur: Respondebo Chanaanais puidisse sui nominis, & desuisse sic appellari, propter anathema contortum in patrem suum Chanaan: Maximè cum viderent à Iudæis se bello peti internecino, & magnis affligi cladibus, non aliâ de causâ quam quod Chanaanai essent. Itaque pro Chanaanais Syros, Assyrios, Sidonios, Phœnicas, Syrophœnicas appellari se maluerunt. Et Syrorum quidem nomen illis commune deinceps cum circumfufis gentibus, puto olim fuisse proprium, cum deductum videatur à Phœnices metropoli Tyro; Eam enim τὴν Σορ vel Sur Hebræi nominant, & incolas Sorim vel Surim, qui ipsissimi Σορεῖς sunt.

Iam si præfigatur articulus, vt 1. Paral. 22. 4. & Nehem. 13. 16. ex Sorim fient ἡσσורי Hassorim vel Hassurim, id est Assyrii; quò nomine Tyrios & Phœnicas designari sæpe videas. Apud Assyrios siue Phœnicas (ait Macrobius) lugens inducitur Dea. Et virgilius:

Saturn. l. 1.
cap. 27.
Geor. l. 2.

E Alba nec Assyrio fucatur lana veneno.
Assyrio veneno, id est purpurâ Tyriâ. Et in descriptione Beroës apud Nonnum:

Dionys.
lib. 41.

Assyrium Libanum pro Phœnicio appellat. Ab his Assyrii plane diuersi sunt ἡσσורי Assyrij filij Assur trans Euphratem & Tigrim, atque ipsa etiam

Herod. l. 9.
cap. 63.

Scriptura Hebraica multum discrepat. Cuius rei ignoratione Græci scriptores duos populos tanta locorum intercapedine à se mutuo diffitos in vnam gentem sæpe compingunt.

Porro quia Sidoni cum Tyro de primatu fuit contentio, vt à *Syr* quæ Tyrus est, Phœnices Σύροι Syri dicti sunt & Assyrij, sic à *Sidone Sidonij*. Hesygium id non latuit qui Σιδωνίους interpretatur Φοινίκας. Itaque LXX seniores Phœnicas pro Sidonijs Deut. 3. 9. & pro Sidone Phœnicen habent Es. 23. 2. Quod non obseruo de nihilo. Nam inde lux Iacobi vaticinio quò prædixerat latus Zabulonius futurum ad *Sidonem* Gen. 49. 13. cum certum sit Zabulonios non superasse Carmelum, qui ab vrbe Sidone distat millibus XL minimum. Clarum ergo Sidonis nomen ibi pro vrbe non sumi, sed pro regione Phœnicis quam attigere Zabulonij. De Phœnice & Syrophœnice dicetur libro sequenti.

Populos vndecim à Chanaane oriundos recenset Moses, Sidonios, Hethæos, Iebusæos, Amorrhæos, Gergesæos, Heuæos, Arkæos, Sinæos, Aruadæos, Samaræos & Hamathæos. De singulis dicendum aliquid.

CAPVT TRIGESIMVM-QVINTVM.

Sidon צידון

Sidon non est admiratio, vt putauit vir valde doctus. Potius à piscium vbertate sic appellatur, vt habetur in Trogo. Sidon multo antiquior Tyro, & Poetis multo notior. Sidon magna Ios. 11. 8. & Diod. lib. 16. & Melæ. Tamen post Sidonem à Persis captam, Tyrus par Sidoni fuit aut etiam præferenda. Vtriusque descriptio. Sarepta vnde nomen. Quomodo Sidon πειλίχασθ. Incolarum industria, scientiæ, & artes Sidonij πειλιδάρι. Quam pacatè diu vixerint.

Boderif. in
Lex. Chald.

Quod vir qui in his literis paucos habuit æquales admirationem explicat vocem צידון Sidon, non sine admiratione legi. In loco quem citat ex libro *Vaikrarabba* nihil tale habetur. Nec ibi explicatur צידון sed צידא vel צידא ex Dan. 3. 14. idque voce Græcâ ὄντος ὄντος, id est ἀλιθῶς verè, vt Græci & Vulgatus habent. Itaque hæc ὄντος ὄντος ἐπος. Sed verum esse puto quod Sidonem scribit Trogus à piscium vbertate sic appellari. Nam *Said*, id est piscatio, hodieque Sidon dicitur, vt Galilææ oppidum *Bethsaida* quasi domum piscationis dixeris. Nec Sidoni minus congruit,

Jonathan
Deut. 33. 29
Kimchi &
& R. Sclomo
in Sophon. c. 1.
vers. 10.
Aeneid. l. 4
Mart. l. 9.
Dionys. v.
911.

quam Hebræi nos docent esse ad mare piscosissimum. Itaque cum Gen. 10. 15. legitur Sidon fuisse Chanaanis primogenitus, per Sidonem intellige Sidoniorum patrem, vel Sidonis conditorem, quòcunque fuerit nomine. Sidonem ex hoc loco discimus fuisse valde vetustam, vt quæ conditorem habuerit Chami nepotem, Noachi pronepotem. Itaque licet Tyrum Sidonis æmulam, antiquam, & Cadmæam, & Ogygiam Poëtæ passim appellent, & Tyrii Esaiæ 23. 7. & Herod. lib. 2. antiquitatis nomine plurimum sese efferant; Tamen Sidoni Tyrus cogitur submittere fasces & illam pro parente agnoscere. Post multos deinde annos (inquit Trogus lib. 18.) à Rege Ascaloniorum expugnati Sidonij, nauibus appulsi, Tyrum urbem ante annum Troianæ cladis condiderunt. Id est, Iosepho interprete an-

- A tiq. lib. 8. annis ducentis quadraginta antequam templi fundamenta iecisset Salomon. Proinde cum de Sidone agatur in libris Mosis, & Iosue, & Iudicum, & in vaticinio Iacobi Patriarchæ qui vixit diu ante Mosem, de Tyro nihil reperimus ante tempora Dauidis, nisi quis מְבַרַר יוֹסֵף. 19. 29. putet esse *Palætyrum*. Itaque vt obseruat Strabo, *ἡ μὲν δὲ ποιητῶν τῶν Σιδόνια* lib. 16. *τε. Συρρακῆσαι μὲλλον Σιδόνem quidem Poëtæ magis celebrant.* Et Homerus qui Sidonis & Sidoniorum meminit in tot locis, Tyrum ne nominat quidem. Iam si de magnitudine certamē instituat, in libro Iosue Sidon appellatur *מגדל magna*, id est inter Phœnicias vrbes maxima. Diodorus lib. 16. *πλάττω* *τέ ἐξ ἄλλαις χρησίμης ἢ πέλις πολὺ πωδῶν τῶν κτλ. τῶν Φοινίκων πόλεων. ὃ δὲ μέγιστον, τεύχεα ἐξ πεντήρης ἔχει ἀλείους τῶν ἐκείων ὀπίθων* *ἔ aliis adminiculis longè superabat ea vrbes reliquas Phœnicie vrbes, ἔ quod maximum est triremes ἔ quinqueremes habebat plures centum.* Pomponius: *Adbuc opulenta Sidon, antequam à Persis caperetur, maritimarum urbium maxima.* Sed Tyrus illi deinceps, si Straboni creditur, *ἐνδύμω* conferenda; si Curtio, præferenda. Is enim Tyrum affirmat & claritate & magnitudine ante omnes vrbes Syriæ Phœnicisq; fuisse memorabilem, quò tempore obsessa est ab Alexandro. Circuitus erat XIX M passum intra Palætyro inclusa: Oppidum ipsum viginti duo stadia obtinebat. Domus amplæ, magnificæ, pluribus tabulatis & altiores quam Romæ. Eminebant potissimum templa ab Hiram condita, Agenorium puta & Iouis Olympij, & Astartes, & Herculis Tyri maximè culti. In iis aureæ columnæ, & stantes è smaragdo cippi, & multorum Regum anathemata. Murus altus pedum CL, è saxis ingentibus inter se gypso commissis; Portus geminus, vnus Sidoni obiectus, alter Ægypto. Sidonis itidem Achilles Tattius, statim operis initio, duos describit portus angusto aditu & lato sinu, in quorum interiorem naues hyeme se recipiunt, quia tutior est statio. Tyrus à Sidone distat stadiis fere ducentis. Ita habetur in Strabone. In medio Sarepta nomen habet ab æris & ferri fusione, cuius ibi magnum fuisse prouentum Hebræi colligunt ex benedictione Aser horum locorum incolæ Deut. 33. 25. *Ferrum ἔ æs sub calceo tuo.* Atque hûc omnino pertinet illud Eumæi Sidonij apud Homerum antiquitatis sedulum indagatorem: *Ἐκ μὲν Σιδῶν πολυχάλκας ὄρχουσι* *Æri ferâ ex Sidone genus mihi glorior esse.* Nec erat cur interpretes Poëtæ verba traherent in alienum sensum, quasi circa Sidonem æris fodinæ nullæ fuissent. Tyri & Sidonis incolis indulserat Deus ingenium acre, viuudum, & ad omnia flexile. Arithmetica & Astronomia ab iis manarunt ad Græcos. Et vt taceam recentiores, Sidoni Mochus de atomis Philosophari cœpit ante Troiani belli tempora. Et Abdemonus Tyrius quæstionibus propositis Regem Solomonem prouocare ausus est. Sed præcipua celebritas ex mechanicis artibus. Tyri mixtura purpuræ, Sidoni vitraria & textura sindonum ex lino tenuissimo feruntur inuenta primum. Et fabrorum peritiam impensè laudat Solomon his ad Hiramum Tyri Regem 1. Reg. 5. 6. *Nesti non esse quenquam inter nos qui sciat cedere ligna vt Sidonij.* Hinc est quod

Plin. lib. 5.
cap. 19.
Strab. l. 16.

Odys. 6.
vers. 425.

Iliad. 23.
743. & 6.
289. Et O-
dyss. 15. 114.
& 454.

Homerus appellat *καλυδαδαίλους*, & si quid concinnum in vestibus, aut in vasis affabrefactum, aut ludicrum in crepundiis, id tribuere solet Sidoniorum industriæ. His artibus illorum opes in immensum breui creuere, dum iis vacare licuit, per longæ pacis otium. Nam pacatè diu vixisse præ cæteris mortalibus vel hinc colligas quod libri Iudicum cap. 18. Sidonij proponuntur in exemplum summæ securitatis; Ita enim habetur vers. 7. de Lais incolis: *Habitabant securè, pro more Sidoniorum, quietè & confidenter.*

CAPVT TRIGESIMVM-SEXTVM.

De decem reliquis filiis Chanaan.

Hitthæorum situs. Quam fuerint terribiles? Hitthæi Arba & Anakim. Cur pro Hetthæis regibus reges insularum habeat Iosephus. Iebusij Ierosolymis. Dauid illorum sarcasmis irritatus quid regellerit. Gordonius notatus. Iebusiorum nomen manet in Ebuso vel Ibilla. Amorrhæi quo loco. Poetæ Chananæi carmen *Ἐνίκαι* à Mose citatum. Amorrhæorum, robur & proceritas. Rephaim illis permixti. Og rex Basan. Gergesæi circa Gerasa vel Gadara, non in Africâ: Solo nomen ab argillâ. Heuxæi non erant Tripoli, sed in *Hermone* monte. Vnde *Cadmonim* dicti Gen. 15. 19. id est Orientales. Hinc Cadmus & Harmonia: Heuxæorum colonia. Hetthæi & Hauuxæi quid differant. Arkæi in Libano Arkam tenuere, vnde Venus Architis. Sinæi alijs prope Arcam, al. in monte Sinâ, al. in Cypro & Amathunte. Pelusij potius. Aruadæi vel Aradij in Arado & circa Aradum. De Arado multa Strabo. Ibi aqua dulcis ex alto maris per tubos trahitur. Curtius Thalassus Aradi cur viuus combustus cum Romanorum quatuor cohortibus. Aradiorum remiges Ezech. 27. 8. & studium rei naualis, Tripolis constabat ex Aradiis, Tyriis & Sidoniis. Aliæ Aradi. Samaræi à Samaritanis re & Scriptura diuersi. Isidorus & Hieronymus emendati. Edessâ & Emesa vbi sitæ. Simyra prope Orthosiam. Samaræi Orthosia. Hamathæi ab Hamath quæ alijs Antiochia, alijs Epiphania, quod verius. *Hama* hodie. Ibi terræ sanctæ terminus. Mendum in Epiphania. Perezæi in montanis. Chananæi ad mare & prope Iordanem speciali nomine sic dicti. Cinæi & Cenizæi Gen. 15. 19. alioqui valde obscuri. Eustathius emendatus.

Hitthæi filij *Heth* habitarunt circa Hebronem & Bersabeam ad Austrum terræ Chanaan. Hi fuere vicinis tam terribiles, vt *התתה* *hittha* vox inde deducta pauorem significet & subitam consternationem. Qualis inuasit Syros Samariam obsidentes, cum Hitthæos à rege Israël aduersus se conductos esse suspicarentur 2. Reg. 7. 6. Hitthæus erat nimirum is Arba de quò diximus, cuius filius *Anak*, nepotes *Achiman*, *Sesai* & *Thalmal*, reliquique posterij *Anakim* vel *Enakim*, ex parentis nomine dicti, tanta mole fuerunt, vt præ illis Israëlitarum viderentur pumiliones & locustarum instar. Ex eò locò quem diximus 2. Reg. 7. 6. pro *התתה מלכי* id est *Regibus Hitthæorum* Iosephus habet *ἡ βασιλεία τῶν νήσων* *regem insularum*, Antiq. lib. 9. cap. 2. quasi *התתה* iidem essent qui *חית* *Cheth* & *צפ* *Caph* permutatis. Idem enim lib. 1. cap. 7. insulas omnes asserit dici *חית* *Chethim*.

Ios. 15. 63.
Jud. 1. 21.
& 19. 10.
2. Sam. 5. 8.
& 1. Chro.
11. 6.

Iebusij virtute bellicâ non inferiores Hitthæis, Hierosolymam & Sionis arcem Iudæis inuitis tenuerunt vsque ad tempora Dauidis, qui cum eam obsessum iret, illi fiduciâ loci, & in regis contumeliam, non alios quam cæcos & claudos custodes mœnibus apposuerunt, militari licentiâ hoc subinde ingerentes: *Non hûc accedes quin te arceant cæci & claudi*, id est ignauissimi quique. quibus Dauid prouocatus in hæc verba prorupit: *Quisquis*

A Quisquis Jebusæos percussit primus, is erit dux & imperator. Rursus: Quisquis percussit Iebusæos, is deiciat in aluenum muro proximum, tam cæcos quam claudos Dauidi maxime exosos. Quæ cum planissima sint, non erat cur viri vndecunque docti in illorum expositione tantopere se fatigarent. Gordonium miror imprimis, qui dicam Iudæis hîc impingit, quasi fontes Hebræos hoc loco corruperint. Iebusiorum nomen creditur manere in Ebuso, hodie Ibissa, insulâ prope Hispaniam, vbi vna fuit ex Phœnicum coloniis.

B Amorrhæi Iudææ montanis inſederant; sed plerique Iordanem transgressi bellum intulere Moabitibus & Ammonitis, & occupauerunt Basan & Hesbon, & quicquid terrarum est inter fluuios Iabok & Arnon: in cuius victoriae memoriam Poëta Chanaanæus scripsit carmen *גרגיס*, quod Moses libris suis inferere dignatus est. Hos fuisse testatur Amos proceritate cedris, robore quercubus pares, quia gigantes Rephaim (quorum vnus fuit, Og rex Basanis) vel ex Amorrhæorum genere, vel Amorrhæis erant permixti.

Ios. 5. 1.
Num. 33. 30.

Nu. 21. 27.
Amos 2. 9.
Deut. 3. 11.
& 2. 20.

C Gergesæos hæsisse circa Gerasa vel Gadara trans Iordanem vsque ad Christi tempora ex Euangelio discimus Matth. 8. 28. Contra quam Hebræi scribunt eos in Africam secessisse adueniente Iosua. Gergesæos verissimile est ab argilloso solo dici; Hebræis enim *גרגס* *garges* argillam sonat. An hi Circesium condidere ad confluentem Euphratis & Aborrhæ.

vid. Marc.
5. 1. & Luc.
8. 26. Tal-
mud. Ie-
rosolym.
tract. de
iuram. c. 6.

D Heuæorum habitatio non fuit circa Tripolim, vt putauit Ierosolymitanus interpres, qui pro Heuæis habet *טרפוליא* Tripolitanos, sed in Hermone monte. Qui cum ad Orientem terræ Chanaan maximè vergat, vt ex Psalmo 89. vers. 13. rectè colligit Chaldæus Paraphrastes, merito Heuæi *Cadmonim*, id est Orientales dicuntur Gen. 15. 19. Ex Hermone & Cadmonæis Cadmi nomen palam sumptum est & vxoris eius Harmoniæ, quos fuisse Heuæos vel inde constat quod vtrumque fabulantur in serpentem fuisse mutatum. Nempe Heuæorum nomen serpentes sonat: Hebræi sic dictos putant, quia Troglodytæ fuere, & serpentum instar subibant terræ cavernas. Heuæorum coloni Gabaonitæ & Sichemitæ fuere, quorum illi Ierosolymis hi Samariæ finitimi magis erant ad Occidentem.

Ios. 11. 3.
Iud. 3. 3.

Ios. 11. 19.
Gen. 34. 2.

Cum Heuæis *הוי* *Hauuæos* *הוי* video confundi passim, etiam ab Hebræis, quod mihi minus probatur; nam neque nomen conuenit, neque sedes fuit eadem. Illi enim Hermonem, vt diximus, hi Palæstinam incolebant Ios. 13. 3. Vnde pulsi à Caphthoræis Deut. 2. 23. putantur Euphratem traiecisse, atque inde in Samariam ab Assyriis translati 2. Reg. 17. 31. Cæterum non videntur fuisse ex genere Chanaanæorum.

Moses Ge-
rund. in
Deut. 2. 23.
R. Nach-
man in
Ios. 13. 3.

E Arkæi tenuere Arcam vel Arcem urbem in Libano sitam, cuius meminere Ptolemæus & Iosephus ex Menandro. In eâ credo fuisse templum Veneris Architidis à Phœnicibus impensè cultæ, vt testatur Macrobius Saturnal. lib. 1. cap. 27. Venus Architis eadem cum Aphacite, vt suo loco dicemus.

Antiq. In.
cap. 7.

Scribit Hieronymus non procul ab Area fuisse *Sin* Sinæorum urbem, quæ

postea vario euentu bellorum subuersa nomen tantum loci pristinum re-
seruauerit. Arabs Paris. edit. reddit אלטרבלסין *Tripolitanos*. Sunt qui Si-
næos Sinæ montis accolæ fuisse putent, quod vix patitur illius eremi va-
stitas in quô Sina mons. At pro Sinæis Ionathan & Onkelos habent אנתוסים
Amathusios, Hierosolymitanus כפרוסים *Cyprios*, quasi Sinæi nauigantes in
Cyprum Amathuntem condiderint; à quô Cyprum *Amathusiam* appella-
uit Xenagoras, & Cyprium frumentum Hipponax Amathusium. Verum
enimvero si libet ex terrâ Chanaan Amathusios arcessere, quidni habitâ no-
minis aliqua ratione, eos potius deriuabimus ex Amathæis cum Eusebio
& authore Chronici Alexandrini. Ego Sinæorum nomine Pelusiotas intel-
ligo, quorum vrbs cur *Sin* à Syris dicatur & Πελουσιον à Græcis iam dixi-
mus, vbi de Pathrusæis. De his Sinæis agitur Es. 49. 12.

Qui sequuntur Aruadæi vel Aradij, Aradum insulam occupauerunt in
ora Phoenices ad os Eleutheri fluminis, & partem vicinæ continentis, vbi
Antaradus, Marathus, Laodicea. Inde Hierosolymitanus interpres pro Ar-
uadæis habet אנטרדא *Antaradios*, & Ionathan אנטוסים, corrupte pro אנטוסים id
est Laodicenses. De Aradiis alibi multa sparsum, sed in vno Strabone om-
nia: *Laodicea*, inquit, *propinqua sunt oppidula Posidium, Heraclium, Ga-*
bala (forte גבל *Gebal* Ezech. 27. 9.) אֵיט' הָדָה הַיָּם א' עַד־וַיִּבְנֶה אֶת־גִּבְלָא (lege
αγγλία) Deinde *Aradiorum* *maritima regio Paltus, Balanea & Ca-*
ranus Aradiorum nauale, postea Enydra & Marathus antiqua Pheni-
cum vrbs nunc diruta: Agrum sorte diuisum Aradij tenent. Et paulo post:
Ante iugum quoddam & importuosum litus Aradis iacet, inter suum na-
uale quod diximus & Marathum distans à terrâ stadiis viginti. Est au-
tem saxum circumfluum, septem fere stadiorum ambitu, habitationibus ple-
num; huc vsque tam populosum ut domos inhabitent multarum contignatio-
num. Illud condidisse aiunt quosdam è Sidone exules. quod haud quaquam
concesserim, quia ex Mose apparet Sidonios & Aradios Phoenicum esse
diuersas tribus. Addit in pace aquari partim ex cisternis, partim ex opposi-
tâ continente; in bello aquâ dulci per tubos petitâ ex imo freto. Ita etiam
Plinius lib. 2. cap. 103. *Dulcis haustus in mari plurimis locis, ut ad Chelido-*
nias insulas & Aradum. Et lib. 5. cap. 31. Et iam dicta Arados inter quam
& continentem quinquaginta cubita alto mari (ut author est Mutianus)
è fonte dulci aqua tubo coriis facto vsque à vado trahitur. Aradiis olim
proprij fuere reges; Donec Persarum, deinde Macedonum, & tandem
Romanorum iugum subire coacti, pristinae tamen potentiae aliquid reti-
nuerunt, & oppositæ continentis partem non contemnendam sub ditio-
ne suâ habuerunt. Quô imperiô mirum videri queat illos à Romanis non fuis-
se spoliatos, cum sub Augusti initia Curtius Thalassus (al. Salassus) in in-
sulâ Aradâ cum quatuor cohortibus viuis combustus est, quod tributa grauius
exigeret, ut habetur in Eusebij Chronico. Sed ex Dione discere est histor.
lib. 48. hæc perpetrasse Aradios in Antonij odium, qui pleraque Syriæ op-
pida acerbissimis exactioibus per præfectos suos misere diuexabat: quod
multis motibus præbuit occasionem, ὡςτε καὶ τοὺς Ἀ' ἐραδίου τοὺς ἰουδαίους μισθ'

Plin. l. 5. c.
31. Strab. l. 8

Α' μαθησις
ε' α' Α' μα-
θησις

A

B

C

D


E

A *Ἐπιχειρήσαντες οὖν οἱ Ἄραδιοι περὶ τῆς σφραγίδος χρημάτων περιφροῦνται καὶ ἀπειθεῖν καὶ φθίνουσι*
ut Aradij insulares iis qui ad se pecuniæ exigendæ causa missi
fuerant, non modo non obtemperarent, sed & eorum nonnullos interimerent.
 Aradios maximè commendavit rei navalis peritia. Strabo: *ἠεὶ δὲ τῆς ἑπιχειρήσεως καὶ ἐπινοίας, καὶ φιλοποίας καὶ πῶς θαλασσοπόροις* Huic verò
felicitari etiam providentiam addiderunt, & studium rei navalis. Inde
 est quod ex Arado & Sidone remiges habuit Tyrus Ezech. 27. 8. *Habita-*
tores Sidonis & Aradi fuerunt remiges tui. Sed & eosdem bellicâ virtute
 polluisse docet quod habetur vers. 11. *Aradij cum copiis tuis super muros*
 B *tuo circumquaque.* Phoenices vrbs clara Tripolis partim ex Aradiis con-
 stabat, partim ex Tyriis & Sidoniis. Scylax in Periplo: *ἄραδιος ἔστιν Ἀράδος,*
καὶ Τύρος, καὶ Σιδών. ἐν δὲ αὐτῶν ἡδὲ πόλεις, καὶ ἀπέχονται ἐκείνη τῶν πείραις ἰδίον ἔχον.
 Strabo lib. 16. *Τρίπολις δὲ τῶν συμπέσειν τῶν ἐπιχειρήσεων εἰληφύια. Τριῶν γὰρ*
 C *ἔστι πόλεων κτίσμα, Τύρος, Σιδών, Ἀράδος.* Diodorus lib. 16. *ἡδὲ εἰσὶν ἐν αὐτῇ*
πόλεις τῶν ἀπὸ ἀλλήλων ἔχουσα ἀπέχοντα. ἐπιχειρήσεων δὲ τῶν, ἢ μὲν Ἀρά-
δος, ἢ δὲ Σιδωνίων, ἢ δὲ Τυρίων. Plinius lib. 5. cap. 20. *Tripolis, quam Tyrij,*
& Sidonij, & Aradij obtinent. Etiam Antiochiæ Pieriæ nomen vetus erat
 Aradus, vt & insulæ cuiusdam prope Cretam, & alterius insulæ in mari
 Perfico; vt puto ab his Aradiis, quamuis Perfici Aradij Phœnicios iacti-
 tarent suos esse colonos.

Iam venio ad Samaræos, quos qui cum Samaritis ex monte Somron
 confundunt nihil aliud quam suam produnt in literis Hebraicis infantiam,
 cum vt cætera taceam *סַמְרִיָּו* Samaræorum nomen Hebræum multo ali-
 ter scribatur quam *סַמְרִיָּו* Samaritanorum: Pro Samaræo Amaræum
 Isidorus scripsisse non monerem, nisi grauius mendum subesset in his il-
 lius verbis: *Amaræus à quò Syriae nobilis ciuitas quæ vocatur Cælis.* Sed
 quod facilè corrigas ex Hieronymo qui sic habet: *Samaræi quibus Edessa*
 D *nobilis Syriae Cælis ciuitas.* At Isidorus Edessæ mentione omissâ ex Cœle-
 Syria fecit Coelim Syriae nobilem urbem. Sed & Hieronymi verba mihi
 de mendo suspecta sunt. Cum enim trans Euphratem Edessa sit, & in Me-
 sopotamiâ potius, vt habetur apud Strabonem, Eusebium, & Ptole-
 mæum; quidni legamus Emesam vel Emisam pro Edessâ, præeunte para-
 phrasi Ionathanis & Ierusalem in quibus pro Samaræis reperio *עַמְסָא* *Eme-*
 E *fenos?* quod ipsum voluit Arabs nuperæ editionis, qui hîc habet *عَمْسَا*.
 Emesa certè fuit vrbs Coelesyriæ nobilis ad Orontem posita, de cuius re-
 gibus Sampfigerano (Sampficeramum vocat Strabo) & Azizo, & Sohe-
 mo, & iamblichò multa legere est apud Iosephum. Potuit & Semarajim
 vrbs in tribu Benjamin*, & in littore Phœnices prope Orthosiam Simyra,
 Semaræos habere conditores. Hîc facit quod Eusebius Orthositas de-
 ducit ex Samaræis: *Σαμαρειῶν*, inquit, *καὶ Ἰορδανοῦται.*

Hamathæi soli supersunt, terræ Hamath incolæ, quorum metropolis
 Hamath^a est Antiochia, si Olympiodoro^b credimus & Paraphrastis Io-
 nathani & Ierusalem^c & Rabbino Selomoni.^d Sed obstat quod in Scrip-
 turâ toties *ad introitum Hamath*^c Septentrionalis figitur terræ sanctæ

Orig. lib.
 9. cap. 24
 *Antiq.
 lib. 19. c. 7.
 & 1. 20. c. 5.
 Et belli
 Iud. lib. 7.
 cap. 27.
 Ios. 18. 22.
 a 2. Reg.
 23. 22. &
 25. 21.
 Ier. 39. 5.
 & 52. 9. 27.
 b Olymp.
 in Ier. 52.
 c in Gen.
 10. 18.
 d in Amos
 6. 2.
 e Num. 13.
 22. & 34. 8.
 Ios. 13. 5.
 Iud. 3. 3. & c.



terminus, quam nemo locorum peritus Antiochiam attigisse dixerit. Huic ^A
 a In Amos dubio facile est occurrere ex Hieronymo qui ^a Hamath vel Hemath du-
 lib. 3. plicem fuisse statuit, quarum vna sit Græcorum Antiochia, altera Epipha-
 nia. Illam addit vocari *magnam* Amos 6.2. ad distinctionem minoris, Epi-
 phaniæ scilicet. Idem Hieronymus post Iosephum ^b sæpe asserit ^c *Hemath*
 b Antiq. l. vsque hodie vocari Epiphaniam. Proximè accedit nomen Arabicum *Ha-*
 1. cap. 7. *ma* in Nubiensi Geographo ^d. Igitur vtvt Iudæorum fines longe infra An-
 c Com. in Ef. c. 10. & tiochiam substituisse concedamus, tamen ab Epiphaniâ, quæ & ipsa voca-
 in Zach. c. 9. & de lo- tur *Hamath*, non erant valde distiti. Cur in censu filiorum Chanaan pro
 cis Hebr. Hamathæο Φιλιστιῶν scripserit Epiphanius ^e aliis diuinandum relinquo. ^B
 & quæst. in Gen. Arabs Paris. recte habet פְּרָזִים.

Hi vndecim populi originem debent vndecim filiis Chanaan, qui qui-
 dem plures liberos habuisse non legitur. Itaque *Pherezai* & *Chanaanai*
 specialius sic dicti, quos inter posteros Chanaan ab Israëlitis internecino
 bello delendos passim recenset Moses ^f, etiam hûc referendi sunt. Sed ad
 f Gen. 15. quam familiam pertinuerint horum vndecim dicere non est obuium, cum
 20. Exod. 3. altum eâ de re Scripturæ sit silentium. Id solum ex Scripturâ constat Phere-
 8. 17. & 23. zæos ^g habitasse in montanis & syluestribus locis; Chananæos ^h partim ad
 13. & 33. 2. & 34. 11. & c. mare, partim ad ripas Iordanis. Hinc agreste hominum genus Pherezæos ^C
 g Ios. 11. 3. fuisse colligas, qui cum procul ab vrbibus in solis pagis degerent Phere-
 & 17. 15. zæi dicti sunt non immerito. Hebræi quippe pagos פְּרָזִים *pherazoth*, paga-
 h Num. 13. nos פְּרָזִים *pherazim* vocant.
 30. Deut. 1. 7. & 11. 30.

Fortè Chananæis etiam ab argumento nomen inditum; Hebraicè ni-
 mirum פְּרָזִים Chananæi sunt mercatores, quales eos fuisse par est qui ma-
 ri magno & Iordani finitimi, terras coluere mercibus comportandis tam
 commodas. Nisi Chananæorum appellationem illis indultam fuisse putes
 speciali prærogatiuâ, cò quod inter Chanaanis posteros aliquando tenuer-
 rint principem locum.

His insuper addi possunt Cinzi & Cenizæi, quos in promissione Abra-
 hamo factâ Gen. 15. 19. in vnum fasciculum coniicit Deus, cum cæteris ^D
 Chananæis ab Israël subiciendis. Cæterum de his populis nihil quicquam
 reperi, præterquam in Eustathij Antiocheni Episcopi Hexaemero, vbi Ci-
 næos asserit habitasse *circa Libanum & Amarum*, sed legendum est *A-*
 Kινζοι οὗτοι
 Αἰζοι οὗτοι
 οὗτοι Ἀμα-
 ροι
 manum. Horum ego nomen deletum fuisse putauerim in eò temporis in-
 teruallo quod inter Abrahami & Mosis æuum intercessit. Id certè necesse
 est in obscuro latuisse tempore Iosux, qui nec in diuisione terræ, nec in
 censu gentium à se deuictarum illorum meminit vsquam.

Hi sunt posteri Chanaan qui per annos septingentos plus minus occu-
 pauere terrarum quicquid est ab Idumæâ & Palæstinâ vsque ad Orontis
 ostium. Scio terram Chanaan intra breuiore limites à Mose coerceri Sep-
 tentrionem versus. Sed Moses eam dumtaxat illius terræ portionem descri-
 bendam sibi proponit quam Deus possidendam Israëlitis indulserat. ^E

CAPVT TRIGESIMVM-SEPTIMVM.

Fines Chananaeorum.

Cur Chanaan pro Chamo fuerit maledictus. Ratio Theodoretici petita ex libro Beresith Rabba. Cur ex undecim familiis quas diximus, solam quinque internecioni deuota. Arcana Dei iudicia sed iusta. Sidon, id est Sidoniorum ager, terræ Chanaan limes Septentrionalis, Gerara, Gaza. De Sodomæ excidio Strabo, Tacitus, Solinus. Lasa vel Lefa non est Lais, sed Callirhoe, vt reddunt Ionathan & Hieronymus. Ibi aquæ calidæ. Callirhoes verus situs. Solinus notatus. Fortè Lasa est Ptol. *Lysa* & Iosephi *Lussa*. Aliud *Alus* & *Elsa* vbi Venus & Lucifer à Saceracenis culti: Chald. אצלה Chananaei à Iudæis pulsi quò secesserint & quas vrbes condiderint.

O Perosè quæritur cur Chami maledictionem in caput filij Chanaan Noe contorserit. Respondet Theodoretus in Genes. quæst. 57. ab Hebræo quòdam se didicisse primum Chanaan aui sui verenda animaduertisse, & patri ostentasse, tanquam de sene ridentem. Et verò tale quid legitur in Beresith Rabba sect. 37. qui liber scriptus fuit diu ante Theodoretum. Sed quæritur iterum cur ex posteris Chanaan in hos potius quam in illos contorta sit eadem maledictio. Siquidem ex Chananaeorum familiis undecim, sex immunes præstitit Deus ab hoc anathemate; Sidonios nimirum & Arkæos, & Sinæos, & Aradios, & Samaræos, & Hamathæos; Cæteros arcana quidem iudicio sed iustissimo internecioni deuouit.

Horum fines ita describit Moses Gen. 10. 19. *Fuitque terminus Chananaeorum à Sidone, quâ venis Geraram Gazam vsque. Et Gazâ quâ venis Sodomam & Gomorrhâ, & Admam, & Seboim, & Lesam vsque.* Sidonis nomine intellige non urbem solum, sed regionem Sidoniorum, quæ ab vrbe Orientem versus patebat prope ad Iordanis fines. Hic fuit terræ à Iudæis mox occupandæ limes Septentrionalis. Cætera ad Meridionalem pertinent. Gerara & Gaza sunt Philistæorum vrbes vicinæ, quarum Gaza est notissima. Gerara Abrahami & Isaaci peregrinationibus nobilis Gen. 20.

D & 26. & Chusæorum clade. Sodomâ & Gomorrhâ suâ. Admam & Seboim eiusdem criminis reas idem consumpsit ignis. Huius incendij meminere Strabo, Tacitus, Solinus. Superest est de Lesâ vel Lasâ dicamus; Hebræis לש. Sunt qui Cæsaream Philippi interpretantur, id est לש *Lais*, quasi Laisa sit eadem cum Lasâ, aut Eulebium sequuti cui Lasa est Chananaeorum terminus circa Sidonem, cum fuerit in terræ Chanaan angulo plane opposito, vt verba Mosis palam arguunt. Itaque melius Ionathan pro Lasâ habet קלרן *Callirhoen*; in quâ eadem sententiâ est Hieronymus: *Lasa, inquit, ipsa est quæ nunc Callirhoe dicitur, vbi aquæ calidæ prorumpentes in mare Mortuum desuunt.* De his aquis ita Plinius lib. 5. cap. 16.

E Eodem latere (à meridie Asphaltitis) est calidus fons medicæ salubritatis Callirhoe aquarum gloriam ipso nomine præferens. Tamen Callirhoen Ptolemæus ab Oriente ponit; Quod his Iosephi de Herode consonum: *Αλας πρὸ τῆς Ἰορδάνου, ἧς καὶ Καλλιρὼν ἑρπυῖς ἐπέχρητο, τὴν αὖ ἐξ ἑσπέρης*

Gen. 20. & 26. 2. Par. 14. 13.

Strab. lib. 16. Tacit. hist. lib. 5. Solin. cap. 36.

De bello Iud. l. 1. c. 27. Vid. & ant. l. 27. cap. 3.

Εἰς τὴν Ἀσφαλτῖτιν λίμνην *Jordanem transgressus apud Callirhoen aquis calidis utebatur quæ in lacum Asphaltitem exeunt.* Solinus Hierosolymis proximam facit: *Callirhoe*, inquit, *Hierosolymis proxima, fons calore medico probatissimus.* Sed ridiculè, vt solet. Neque enim potuit Ierosolymis esse proxima Callirhoe, quia trans Iordanem erat & lacum Asphaltitem. Est & cur subdubitem an verè ὠθὶ *Lasa* sit Callirhoe. *Lasa* fuit in termino meridionali terræ Chanaan; Callirhoe non item. Cum Iudæi ad Austrum illius non pauca possederint. Itaque si qui velint Iudææ terminos Notum versus latius promoueri, eorum erit pendere nunquid *Lasa* vel *Lesa* sit vrbs Arabum Ἀβὶ Lyfa, quæ apud Ptolemæum medio fere spatio sita est inter mare Mortuum & Erythræum. Eadem est Iosepho Ἀβὸν in censu earum vrbiū quas Iudæorum rex Alexander supra Arabes vsurpauerat.

Antiq. l. 14.
cap. 24.

Aliud ἄλλω *Atus* deserti locus, vbi castra metati sunt Israëlitzæ Num. 33. 13. Aliud item Ἐλῦσα Ptolemæo Idumææ, Stephano olim Arabiæ, dein tertiæ Palæstinæ vrbs, de qua Hieronymus in vitâ Hilarionis: *Vadens in desertum Cades &c. peruenit Elusam eò forte die quò anniuersaria solemnitas omnem oppidi populum in templum Veneris congregauerat: Colunt autem illam ob Luciferum, cuius cultui Saracenorum natio dedicata est.* Cætera ibi vide. Eleusa id est Ἐλεῦσα quomodo ἑρ *Sur* redditur Gen. 16. 7. à Ierosolymitano interprete. Tamen pro *Lesa* in Arabicâ paraphrasi legitur ἑλῖ *Chalus* id est *Elusa*, vt diximus.

Hactenus de veteri Chananæorum habitatione, cuius mediterranea cedere Iudæis coacti, cum in terram Chanaan illos introduxit Iosue, in littoralem tæniā secesserunt, quæ à Syriâ Cassiōride longo tractu extenditur, vsque in Palæstinam propriè dictam, id est Philistæorum Pentapolim. Ibi Paltōn, Balaneam, Aradum, Simyra, Orthosiam, Tripolim, Botryn, Sareptam, Tyrum, Sycaminon, Turrim Stratonis, & in Mediterraneis Marathum, Antaradum, Arcam, Gabalam, Capharabam, Straboni Crocodilorum vrbs de nouo condiderunt. Et Gebal seu Byblum Cinyræ regiam, Berytum, Sidonem, Aczib seu Ecdippam, Acco seu Ptolemaidem, Doram, Iapho seu Ioppen, Iabneel seu Iamnam iam conditas multum auxerunt; Atque inde libero mari commeantes noua & externa domicilia armis sibi quæsiuerunt & frequentes colonias pæne toto orbe diffuderunt; quod libro sequenti plenius exequi libet.

CAPVT TRIGESIMVM-OCTAVVM.

*Explicatio decimi capitis Genesios de diuisione gentium ex
Hebræo libro Iuchasim.*

- A** *Iuchasim* id est genealogia. Libri quis author, quando scripsit, vbi excusus. Diuisionis gentium *παραγενεαλογια*. Ararat est Armenia. Ibi arca reliquia pro medicina & theriacâ. Inde *παραγενεαλογια*. Cur longæui primi homines. Præter tres Noæ filios quartus Ionicus, Astrologia doctor & polemices. Hæc fabula in notis refellitur. Noe iam ætate prouectior. Omnes homines è tribus filiis Noæ. Cur ætati illius non atroxatur hæc clausula, & genuit filios &c. Saturni tres liberi. Orbis in tres partes diuisus. Mosis silentium de quarto filio Noæ. Commentarii authores quam nuperi & sublestæ fidei, frustra citari Methodij Chronica, qui nulla scripsit. In verbis quæ Methodio tribuunt nihil sani. In supputatione annorum manifestus *εναχρονισμος*. Ionici nomen esse Græcum & *ιονικον*. Terra Ethan vbi Ionicus, nullibi gentium. *Fluuij Ethan* Ps. 73. 15. *Ethan* in Iosepho non est terra fluuiis irrigua &c. vt putauit Isidorus Pelusiora; Sed Solomonis prædium prope Hierosolymam. *Fluuij ethan*, id est rapidi. Multos veteres ita reddere. Sic *torrens ethan* Amos 5. Et *maris ethan*, id est robur Exod 14. 27. Nimrod gigas *δειματινος* in Pseudomethodio. Ibid. Nimrod è Semi stirpe contra Mosem & Efdram. Ibid. Daniel plagiarius. Ibid. pro Babyloniis Persæ & Græci primi regnant. Ibid. Græci è Semi stirpe. Ibid. Ionicus, vir scilicet *βιόπνευστος*, malorum incentor Nimrodo. Inuiros esse in Methodium vitum sanctum & bene doctum, qui has nugas illi tribuunt. Author *Iuchasim* LXXII familias deducit è tribus Noæ filiis; Hebræorum alij tantum LXX. Idem non satis extendit limites filiorum Iapheth. Et confundit Portugalliam cum promontorio finis terræ. Et Gomer & Magog habet pro eodem populo. *Halie* quid sit. Mediam male iungi Moscouiæ. *Fluuius Athel*, id est *Rha* seu *Volga*. Vibs *Athel*. Mare *Chozar* id est Caspium. Terra *Chozar*. Media hodie *Sernan*. Male ponitur ad occasum maris Caspij. *Thubal* cur velit esse *Sepharad* seu Hispaniam. *Mesech* Russia. *Mesechius* fl. id est *Moscon*. *Thubal* & *Mesech* esse vicinos populos. Thraciam non rectè poni inter Venetias & Hungaros. *Ascenaz* non est Germania. Bohemia cur caput Germaniæ. *Riphat* id est *Aquileienses* & *Tarnisiani* qui circa Venetias. Cur ex Asia venisse dicantur & ex *Idingik*. Veneti ex Paphlagoniâ. *Thogarma* nõ est *Turchestan*. *Elise* insulæ Archipelagi. Hellepontus quasi *Elise Pontus*. Constantinopolis quomodo Hebraicè & Arabicè scribatur. *Tarsis* id est Tarsus, *Citthim* Cyprus, *Dodanim* Rhodus, quæ singula refelluntur. Filij Chus in Aethiopiâ & Mauritaniâ: imo sunt Saraceni. *Aljeman*, Australis pars Arabiæ Fœlicis. *Seba* & *Seba* filij Chus non habitauerunt in *Alieman*, sed *Seba* Abrahæ filius. *Phutæ* in Libyâ. Terra & fl. *Phut*. Niniue *Mosal*. *Calach* Calacene vel Calachene. *Caphthoran* *Damlata*. Aegypti Regumâ *Misraim* vsque ad tempora Mosis longa series deprompta ex historiis Arabum. *Kobtim* à quo *Cophitæ*. Regni Aegypti translatio à *Caphthoræis* ad *Cophitæ*. *Tuis Pharao* Abrahæ æqualis. Mater eius *Churia* ancillam Agar Særæ dedit. Aliis Agar filia Pharaonis. Pharao *Rian* Iosepho, Pharao *Talma* Mosis *εναχρονισμος*. Cur hæc suspecta. Amorrhæus non legitur habitasse prope Ierusalem. *Georgestan* ex *Gurgasæis*. Contra, Mat. 23. 8. 7. Georgi populi. Heuxi ante Libanum in Hetmone. *Arka* à Tripoli quantum distat. *Sinæi* non sunt Tripolitani sed Pelusiotæ. *Aradus* vbi. *Semari* tenent Emesam, *Amathæi* *Humam*, id est Epiphaniam. Sem non esse Melchisedechum, nec ædificasse Ierusalem. Salem vbi fuerit. Semi filios non omnes habitasse ab Euphrate ad Indiam. Aramæi conditores *Trahonitidis* & *Damasci*. Ebræi ab Ebere dicti. *Mesa* non est *Meccha*, sed *Musa*. *Meccha* locus peregrinationis. Mahumet vbi sepultus. *Medinath alnabi* quomodo aliter vocetur. Filij *Iecran* in *Alieman*. Regnum *Alieman* & *Seba* vel *Sabæoramidem*. *Sanna* metropolis regni *Ieman* *Vzal* Hebræis. *Haisarmaneth* seruauit nomen.

VT supra ex Iosepho Ben Gorjon; ita hîc ex libro *Iuchasim* siue genealogiarum, qui in manus nostras nuper incidit, visum est hîc adiicere quicquid pertinet ad historiam diuisionis gentium in quâ versamur. Author Abraham Zachuth Iudæus Salmanticensis qui scripsit A. Christi 1502. Constantinopoli excusus est A. 1556. & Cracouiæ A. 1580. Quam editionem nos hîc sequimur.

DIVISIONIS GENTIVM *αἰθιοπία*

fol. 134. b.

אחב" איש צדיק המים זה ינחמו נח שמו
 ולתר" שנה לחיו היה המבול על הארץ הקב"ח
 הצילו בתיב' א' ותנח תיבתו על הרי אררט הנק'
 ארמניא ועד היום יש רושם שמה וכימים
 הקדמונים היו מתרפאים מהם כמו התריאק
 בזמנינו כך כתב בן גוריון בספרו הארוך עוד
 כתב כי היו היו הקדמוני' ארובים בהשגחה
 אלהי' כדי שיובל להשלי' החכמות וכתוב
 בתורה כי נח ושלוש בניו יצאו מהתיב' וכתבו
 * בתאריכי' כי אחב" נולד לו בן רביעי שמו
 יוניקו ולמד בקולם חכמת התבונה ולמד
 לנמרוד אופן המלחמה. ומהג' בני' של נח
 היו עב" משפחת מיפת טו" ומשם כת'
 ומהג' לב".

* Arabice
 האדיח
 est ara, vel
 notatio
 temporis.

Postea fuit vir iustus & integer,
 de quo scriptum est, iste consolabi-
 tur nos, Noe nomine. Huius eta-
 tis anno sexcentesimo diluuium fuit
 super terram; sed seruaui eum Deus
 benedictus in arcâ, quæ quieuit su-
 per montibus Ararat, id est Arme-
 niâ, ubi hodieque supersunt arcæ ve-
 stigia (nempe reliquix ligni) qui-
 bus superioribus sæculis pro medici-
 nâ utebantur^a, ut nos theriacâ ho-
 die^a. Ita scripsit in libro suo filius
 Gorjon. Addit Aruc longæuos fuisse
 præficos homines Deo sic prouidente;
 ut scientiâ possent perfici. Porro in

B

Lege quidem habetur Noam cum tribus filiis ex arcâ exiisse; Sed in Chro-
 nicis b-historici scripserunt, illi natum esse deinceps quartum filium Ioni-
 cum nomine, Astrologiâ inuentorem, quique Nimrodum docuit rationem
 belli gerendi. E tribus autem Noæ filiis familiæ natæ sunt septuaginta
 duæ^c, è Iaphetho quindecim, è Semo viginti quinque, & è Chamo trigin-
 ta duæ.

C

a. Nempe huius ligni particulis superstitione quâdam ducti locorum in-
 colæ utebantur *αἰθιοπία*. Ita ex Beroso Iosephus & Alexan-
 der Polyhistor. quibus consona hæc Abydeni: ὁ δὲ πλείων ἐν Ἀρμενίῃ ἑλα-
 τώτα ἐστὶν ἀλεξιφάρμακον. Ὅτις ὑπερωλείσσει παρέρχεται. Navigium in Armeniâ lo-
 corum incolis ligna præbuit amuleti vim habentia.

b. Quæ sequuntur de Ionico sunt planè commentitia. Noam enim post
 diluuium nullos generasse liberos multa sunt quæ non suadeant modo, sed
 & plane persuadeant. Primò ætas iam prouectior. Iam enim superauerat
 annum sexcentimum, cum ex arcâ est egressus; Et vxorem verissimile est
 illi fuisse pæne æquæuam. 2. Addo à tribus illis quos generauerat ante di-
 luuium propagatum esse totum genus humanum in vniuersâ terrâ. Ita tra-
 dit expressè Moses Gen. 10. 19. Itaque nullos alios habuit Noe, nisi ponas
 fuisse steriles, & priori commento commentum aliud superstruas. Nec
 leue momentum in eò est, quod summæ annorum vitæ Noæ Gen. 9. 29.
 non attextitur solennis illa clausula, & genuit filios & filias, quomodo
 iis qui Noam antecesserant Gen. 5. 4. &c. ne quis putaret illis nullos esse
 natos liberos quam quos Scriptura memorat. 4. Eòdem facit quod Satur-
 no, quem esse Noam abunde probauimus, non nisi tres liberos Poëtæ assi-
 gnarunt. 5. Et orbis cogniti præfca diuisio in tres partes, quarum Europa
 Iapheto obtigit, Africa Chamo, & Semo magna pars Asiæ. 6. Denique
 solum

D

B

- A solum Scripturæ silentium id euincit. Nam si quos habuit liberos post diluuium Noe, & in his vnum aliquem præ cæteris insignem, Astrologiæ inuentorem & polemices; quorsum id reticisset Moses? Aut eo tacente quis alius Hebræis hoc reuelauit? Hebræis inquam illis recentioribus hodie & heri natis, in quâ fæce est author libri *Inchafim*. Aiunt ita haberi בתאריכים in Chronicis aut Annalium libris; Nempe in historiâ Scholasticâ, in Fasciculo temporum, in Vincentij speculo historiali, in Philippi Bergomatis supplemento supplementi, in Io. Laziardi Cœlestini historiæ vniuersalis epitome, in mari historiarum, in vasto opere de temporibus in sex ætates distributo, atque aliis huius farinae scriptoribus; quorum quidem nonnulli citant B. Methodij Chronica: Sed B. Methodius nulla scripsit Chronica. Saltem qui Methodij scripta recensent Hieronymus & Suidas, huius Chronicorum non meminere, nec veterum quisquam alius quod quidem sciam. Quin ille ipse locus quem ex Methodio citant nihil habet sani. Verba sunt: *Centesimo anno tertiæ Chiliadis genuit Noe filium ad similitudinem suam, quem appellauit Ionicum*. Ita genuerit Noe annis post mortem fere centum. Si Methodium sequi dicas Græcorum supputationem qui multos annos addiderunt, ne id quidem poterit stare. Nisi Ionicum illum natum esse dixeris multo ante diluuium, quod iuxta Græcos contigit anno mundi 2242. At in diluuiio saltem ex Scripturâ planè certum est, Noam nullos habuisse filios, præter tres quos diximus. Non minus absurdum est quod Noam volunt Græcum Ionici nomen indidisse filio suo, adeoque nomen *ἰωνικόν*, ac si quem vocari dixerem Gallicum aut Italicum. Sed is fortasse Romano more Ionicus dictus est ab Ioniâ triumphatâ. De eodem sequitur. *Trecentesimo anno (Noe) largitus ei amplissima dona, misit eum in terram Ethan, quam ille peruasit vsque ad mare Orientis*. Hoc vnum probo, quod vir qui nunquam fuit, ablegatur in terram quæ nusquam est, id est in terram *Ethan* ad mare Orientis. Scio non deesse qui terram *Ethan* sibi fingant, fretos hoc loco Ps. 73. Hebr. 74. 15. *Tu siccasti flumios Ethan*; & Isidorum Pelusioram illam in Palæstinâ describere *ποταμῶς* *κατὰ τὸν Ἰσραὴλ*, & *καρποὺς κατὰ τὸν Ἰσραὴλ*, ζῶοντε πλῆθη (lege *καρπῶν*) & *ἰχθύων ὄντων* fluiuis irriguam, & fructiferis arboribus opacam, atque propter ferarum pisciumque multitudinem venationibus accommodam. Sed Iosephus quem testem aduocat, nil nisi prædium Solomonis describit huius nominis ad alterum ab vrbe schœnum, vbi certum est nulla fuisse flumina, sed solum *ἰσραὴλ ἑβραίων* laticum incilia. Vtut sit *Ethan* de quô ibi Ioseph, à mari Orientis tantum distat, quantum *Hypanis Veneto* distat ab *Eridano*. Proinde docti pridem obseruarunt *ἰσραὴλ ethan* in loco Psalmi quem diximus, appellatiuum esse nomen non proprium; Et *fluios ethan* Hebræâ phrasi dici *fluios roboris*, id est rapidos & violentos. Quod sequuntur è veteribus Syrus, & Chaldæus, & Arabs, & Aquila, & Hieronymus. Vt Hebræos taceam *Kimchium* & *Aben-Ezram*. Tale *Amos* 5. 24. *ut voluatur &c.* *ἰσραὴλ ἑβραίων* ut *torrens ethan*, id est ut *torrens validus*, *Vulg. quasi torrens fortis*. Et *Exod.* 14. 27. Et reuersum est mare &c. *ἰσραὴλ* iuxta suum *ethan*, id est robore & impetu suo. Ita *Onkelos*, *Jonathan*, & *Arabs*. Iam ad reliquâ

lib. 2. ep. 66

Antiq. l. 8. cap. 2.

pergamus. Hic Ironicus accepit à Domino donum sapientiæ, & inuenit A-
 stronomiam. Hic gigantem Nimrod decem cubitorum proceritate, & nepotem
 Sem ad se venientem erudiuit, docuitque quibus in locis regnare deberet. Mul-
 ta etiam præuidit ac prædixit. Imprimis autem de quatuor Monarchiarum
 ortu, successione & occasu, quam Prophetiam multis post sæculis Daniel
 edidit. Prædixit autem ille primos omnium regnatos de stirpe Sem Persas
 & Græcos, postremos de genere Iapheth Romanos. In his pæne tot mon-
 stra quot verba. Sufficiet è multis pauca obseruasse. Nimrod statuitur fuisse
 gigas ex Græca versione, cui cum Hebræo textu hoc loco parum conue-
 nire docuimus lib. 4. cap. 12. Sed Pseudo-Methodio debetur statura il-
 la δεκάπενχος, quam attigisse nemo legitur. Eodem duce iam in Semi fa-
 miliam inferendus erit Nimrod, quem nos sequuti Mosem & Esdram
 Chami ex Chuso nepotem feceramus. Adeoque Daniel, cui credideramus
 hæctenus, quæ nostra est ἀΐθλια, cum repetit toties se vidisse visionem, aut
 sibi Deum apparuisse, iam erit eximendus è Prophetarum numero, & pro
 plagiario habendus (absit blasphemia dicto) vt qui laborem alienum pro
 suo venditauerit. Quid quod non satis conuenit inter exemplar & ἰσχυρο-
 φος? Prædixerat enim Ironicus primos omnium regnatos de stirpe Sem
 Persas & Græcos. At in Daniele de Chami stirpe Babylonij primi regnant,
 Græci tertio demum loco, neque illi de Semi sed de Iapheti stirpe. Quod
 satis apertè indicat Daniel, cum Græcorum regnum appellat regnum I-
 uan qui fuit vnus è filiis Iapheti. iam quid putidius illo figmento, Nimro-
 dum qui quâ vi quâve iniuriâ imperium per fas & nefas in æquales vsurpa-
 uit, virum σοφιστικόν habuisse pro consultore & malorum incētore. videbor
 fortasse tempus triuuisse frustra in his nugis refellendis, quas recitasse est re-
 futasse. Sed cum præeunte Scripturâ totum orbem diuiserim in tres Noæ
 filios, pati non potui vt quartus ἠπλοσικύμω in illorum sortem inuade-
 ret. Ne dicam B. Methodio (ἀπὸ τοῦ λόγου ὄντι ἐκ σπέρματος τοῦ ἰσχυροφίας ἀγα-
 νημέριω viro diserto & veritatis acerrimo propugnatori, vt de illo Epipha-
 nius) hos βελήλους ἐκ γενεᾶς μύθους non posse tribui sine magnâ illius ini-
 iuriâ. quisquis in Photio legerit aut in Origenianis Epiphaniij quæ Metho-
 dij supersunt, illum reipsa comperiet serium fuisse scriptorem, & bene
 doctum, & ab his nugis quam maximè alienum.

c. Hic discedit à communi Hebræorum sententiâ, qui cum Hebræo
 textu solum numerant LXX κρηματώτας, 14. è stirpe Iapheth, 30. è stirpe
 Cham, & 26. è stirpe Sem.

Posterij Iapheth.

Et si ij Iapheth septem fuerunt in re-
 gione Europæ, quæ est orbis triens, &
 habitauerunt ab initio Moscouiæ, usque
 ad Portugalliam quæ vocatur finis terræ & in veteribus libris Lusitania.

a. Non recte Iapheti posteris eosdem quos Europæ figit limites, cum ex
 iis non paucos in Asiâ habitasse statim agnoscat. b. Portugallia nusquam
 vocatur finis terræ; Sed Artabrorum promontorium nauæ hodie sic ap-
 pellant, quia ad occasum maxime vergit.

Epiphanius
 Her. 64.
 1. Tim. 4.7.
 Phot. ab
 auth. 234.
 vsq; ad 238.
 Epiph. Her.
 64. à 6. 40.
 vsque ad 63.

מתחלת *
 וישכנו * מתחלת מושקוף עד פורטוגאל הנקרא

A

Gomer & Magog.

Gomer & Magog sunt Gothi^a qui venerunt è locis Moscouiæ vicinis & Moscouiâ & Halic.

גומר ומגוג הם הגודש אשר באו מקרוב מושקוף והמושקוף והליך.

Moscouiâ & Halic.

a. Gomer & Magog non sunt idem populus; Veteribus Magog sunt Scythæ & Gomer Phryges vel Galatæ qui Phrygiam occuparunt vsque ad Halim fluuium. An inde sumptum est Halic? Alioqui quid sit nescio:

Madaï vel Medi.

Medi autem ab unâ parte, attingunt regnum Moscouiæ, & magnum fl.

ומדי" הם נוטים מצד אל מלכות מושקוף והנהר הגדול הנקרא * אהל בא ממדבר מושקוף אל

* אהל

Athel b nomine, qui è deserto Moscouiæ fertur ad mare Chozar^c. Ad illud, inquam, mare à parte Occidentis^e est Media quæ hodie Seruan^d dicitur cum vicinis omnibus regnis.

י כור אשר סביב זה הים לצד מערב הוא מדי הנק' * שריבן וכל המלכות אשר סביבו

ש שריבן

a. Nihil dicit potuit absurdius. Media est in diuerso climate, & à Moscouia immensum distat. b. Athel, quomodo Arabicè vocatur fluuius Rha, aliis Volga. Athel vocatur à magna vrbe cognomine; vide Geogr. Nub. clim. 5. part. 7. c. Mare Chozar est mare Caspium. Ita nominant Arabes à terrâ Chozar ad ostia fluminis Athel, cuius Athel est metropolis. Hæc pluribus in Nubiensi. e. Imo ab Australi parte. d. Ita scripsimus pro Seruan. Mediæ hodie magnam partem Seruan vocari nemo est qui nesciat.

Jauan, Thubal, Mesech & Thiras.

Terræ autem Iauan^a nosti aditus & exitus. Et Tubal est Hispania^b; Et Mesech vocatur regnum Russiæ^c, quod regnum magnum est, situm supra mare Nigrum, unde est quod hodieque in eâ terrâ amnis est Meschinus^d nomine. Thiras est Thracia, inde à Venetia vsque ad Hungaros.^e

ויון ידעת מוצא' ומובא': ותובל היא ספרד; ומשך נקר' מלכות' הפירסיה מלכות גדול אשר למעלה על שפת הים השחור ועד היוסבארצ' נהר נק' מישינו; ותירס הם תראסיה מסביב ויניציה עד האונגרוש:

ה הרוסיה

a. Id est nosti situm Græciæ. b. Hebr. est Sepharad, quomodo Hispaniam appellant ex Abd. 20. Thubal Iosepho sunt Iberi ad mare Caspium non Hispaniæ. c. Hebr. regnum Persiæ. Sed apparet ex sequentibus hoc mendum esse typographicum, & rescribendum regnum Russiæ. Regnum Russiæ idem est regnum cum regno Moscouiæ quod iam assignauerat populis Gomer & Magog. Nec ferendum quod Thubal & Mesech, populos coniunctissimos, vt ex Ezechiele constat, deportat in terras ab inuicem ita distitas Qui tamen illi communis est error cum plerisque veterum. d. Intellige Moscouiæ fluuium à quô Moscouiæ nomen est. e. Egregia scilicet Thraciæ descriptio. Inter Venetiam & Hungariam est Illyrici pars & Germaniæ. Thracia inde remotissima.

עיר ויניציה: ותונגרה הים הסורקייא הנקר'

C

D

E

Filij Gomer.

Et filij Gomer Ascenaz^a: Regni caput est Boemia^b. Et Riphat Aquileiensis^c & Taruisiani^d, qui fuerunt in Asia^e in loco quem hodie vocant

ובני גומר אשכנז וראש מלכות בוהמיה: וריפת * אינגליזיש וטרוייאנוס אשר היו באסיה מקום

* אנוליוזיש

in Asia^e in loco quem hodie vocant

הנקרא היום * איירינגיק: ומשם נסעו ובנו עיר ויניציה: ותונגרה הים הסורקייא הנקר'

* איליריק

בלשון טורקי טורקישתאן והם מלכות גדול נוטה *Idingik^f, & inde profecti sunt & edificarunt urbem Venetiam; Et Thogarma est Turcia^g, quæ linguâ Turcicâ vocatur Turkestan; Est autem regnum magnum ab una parte Persidem attingens.*

a. Ascenaz in Hebræorum scriptis est Germania. Ridiculè; Nam vt alia taceam, populos regni Ascenaz in Babylonem conuocat Deus Ierem. 51. 27. b. Bohemiæ rex est primus electorum. c. vocem nihili אינגליש *Ingli- zes* mutauimus in אינגליזש *Aquilezes*. Aquileienses Hispani sic appellant. d. Aquileienses & Taruisiani sunt populi circa Venetias. e. Ita plerique sentiunt Venetos è Paphlagoniâ venisse vbi Homeri Heneti. Porro Iosepho Riphath sunt Paphlagonæ. f. *Idingik* est vox nihili; sed legendum est אייליריק *Illyric*, cum Heneti legantur è Paphlagoniâ venisse in Illyricum, confudit ineptus scriptor profectiois terminos, & eos ex Illyrico venisse sibi finxit. g. Thogarma si sit Turkestan, quomodo equi & muli Tyrum inde deducuntur Ezech. 27. 14. Maxime cum in totâ Scythiâ, cuius pars est Turkestan, nec muli nec asini sint?

Filij Iauan.

ובני יון אלישה ח א"י ארסיפלו מקנדיא עד *Et è filiis Iauan Elisa sunt insulæ Archipelagi, à Cadiâ usq; ad Chion, cum vicinis insulis circumquaq; Proinde hodieque mare quod à Gallipoli Constantinopolim^b usque extenditur, vocatur Elispont^c. Tarsis^d est metropolis regni ingentis ad oram maris*

prope Antiochiam, quod Ciliciam vocant. Citim sunt incolæ insulæ Cypri, super quos dux dominatur. Et Dodanim est insula Rhodus, unde est quod vocantur Rhodanim in libris Paralipomenon.

a. Hoc valde est verissimile, quia Ezechiel. 27. 7. agitur de purpurâ ex insulis Elifæ, id est ex insulis Ægei & Cretici maris, vt suo loco docuimus. b. Pro Gallipoli, olim Callipoli, Hebr. est *Gallipo*. Et pro Constantinopoli *Castilias*, rescribo *Costantinas*. Benjamin scribit קוסטנדינא *Kostandina* & Nubiensis קוסטנטינא *Kostantina*. c. Ita hodie vir magnus Hellepontum deducit ab Elifâ. d. Tarsis vult esse Tarsum Ciliciæ metropolim, in qua sententiâ multi veteres; vt & Citthim esse Cyprum in quâ Citium; Et Rhodanim esse Rhodum. Sed si Tarsis est Cilicia; quomodo inde affertur argentum, ferrum, stannum & plumbum Ezech. 27. 12. Si Citthim est Cyprus; quando impletum est quod prædicitur Num. 24. 24. fore vt Citthæi affligant Assur & Eber; Et quænam erant illæ naues Citthim Dan. 11. 30. quarum aduentu Antiochus, qui cogitabat Ægyptum inuadere, cogitur regredi re infecta? vt Dodanim vel Rhodanim putentur esse Rhodij sola facit nominum similitudo. Sed aliunde dici Rhodios libro sequenti docebitur.

Filij Chami, Chus & Phut.

ובני חם כוש ומצרים ופוש וכנען: ובני כוש לא נודעו באמתחות מקומם אים רק ידענו כפי *Et filij Cham Chus & Misrajim & Phut & Chanaan. Et filiorum Chus*

A *Loca non certò nouimus. Tantùm in genere scimus eos in Æthiopiæ regno & Mauritaniâ degere quæ sunt regna Nigrorum & Abyssinorum^a. Porro Seba & Sçeba, quæ in hac sectione memorantur, non sunt regnum Aljeman^b, sed ille Sçeba cuius mentio fit inter filios Ketura Gen. 25.3.*

est Sçeba regni Aljeman^c. Phutæ autem habitant in montibus Lub, Lilyam vocant. Vnde est quòd hodieque Phuti vocatur terra eorum^d, & magnus amnis illam ambiens. Libya autem vocatur de nomine Lehabim^e filij Misraim. Niniue est vrbs Mosal^f prope Assyriam; Et Calach vocatur Calac (id est Calacene.)

a. In eò errore versantur omnes veteres, & plerique recentiorum. Cum in Scripturâ Chufæi sint iidem qui Saraceni. b. *Alieman* est Arabiæ Fœlicis pars maxime Australis, quod ipsum nomen indicat. c. Quin Sçeba vel Sabæi regni *Alieman* sunt è filiis Iectan. d. Nullam terram nouimus *Phuti* nomine, sed fluuij *Phut* multi meminere. e. *Libyæ* nomen est à לויב, & significat terram siticulosam. f. *Mosal* quidem est prope Assyriam ad occasum Tigridis, sed Niniue fuit ad ortum in ipsâ Assyriâ. g. Calacine vel Calachene Assyriæ pars est ad montes Gordyæos ex Ptolemæo & Strabone nota. Hoc hemistichium sequebatur id quod statim habetur de Philistæis. Nos suâ sede motum in verum locum restituimus.

Filij Misraim.

Et filij Misraim Pathros & Caphthor, id est Damiata^a, & Philistai à Gaza vsque ad Ægyptum; De reliquis ignotum est ubi habitauerint. Scriptum^b autem est in historiis Regum Arabiæ primum Ægypti regem fuisse Misraim filium Chami; secundum Kobtim, à quo Cophitæ originem ducunt; tertium Caphthorim; quartum Bodisir; quintum Adim; sextum Sadath; septimum Manchæum; octauum Menam, nonum Menachium; decimum Mercurium, undecimum Belatas; duodecimum Athib; decimum-tertium Calimon; decimum-quartum Carson; Sub quò translatum est regnum à filiis Caphthorim ad filios vnius è filiis Kobtim; ex quo genere primus vocabatur Saumbeni. Filij eius Marcobis, secundus Absar, tertius Sa, quartus

שהם במלכות הכושי' במאוריטאני והם מלכות השחורים ואלחבש: וסבא ושבא הנזכרים בפסוק הזה אינם מלכות אלימן רק אותם שנו' בבני קטורה הוא שבא ממלכות ימן. ופוט הם השוכני' בהרי לוב הנק' ליביה ועד היום נק' ארצם ונחר גדול מקיף אותה פוטי ונק' ליביא על שם להבים בן מצרי' ונינוה קרוב לאשור הנק' מוצול וכלה נקרא כלך:

* מוצל.

* פתרום

ובני מצרים * פתרום וכפתור הוא דמיאט וחפלתה' מעזה ועד מצרים והשאר לא נודע שם מקום וכתבו בס' זכרון המלכים אשר לערביי' כי' המלך הא' למצרי' נק' מצרים בן הם והב' קבטים אשר יוחסו אליו הקופטיי' והג' קפטורי' והד' כודישיר והה' עדיים והו' שדאת והז' מנקאום והח' מנאום והט' מנאקיום והי' מרקורא והיא' בלאטס והיב' אתיב והיג' קלימון והיד' קרשון ונעתק המלכות מבני קפטורים אל בני בן קבטיים אחד אשר נק' שמו שאומבני בניו מרקוביש והב' אבסר והג' סא והד' תרארס והה' מאליק והו' ברבתא והז' כלבן והח' מליא והט' טוטיס וזה היה פרעה הראשון אשר היה בימי אברהם ומת וגשאר בנו קטון ומלכה במקומו אמו נק' תריא והיא אשר נתנה שפחתה לשרה נק' חגר וזאת המלכה הכריחה מעליה קרובי המלכות אל ארץ אחרו והקימו עליהם מלך ואחכ' המיתהו ולא גשאר מירשי עזר רק בת אחת מורע המלכות נק' דליפה בת מוסם. ואחכ' מלך אימן ואחכ' מלך וליד בן דומע ומלך חתתו בנו ריאן בן וליד וזה נק' פרעה של יוסף: אחכ' מעדאן ונק' טלמא והוא פרעה של משה ורבינו עה"א אשר צלל במצולו כמו אבן:

Therasar, quintus Malik, sextus Charabtha; septimus Chalban, octavus Mali, nonus Tutis. Hic est Pharaoprimum qui fuit in diebus Abraham & mortuus est, ei superstite paruo filio: in cuius locum regnavit mater eius Churia nomine; Ea nimirum quæ ancillam suam Agar Sara dedit. Illa cognatorum regis unumquemque dimisit ad locum suum, qui regem à se electum aliquanto post interfecerunt. Neque è regni hæredibus ullus fuit superstes præter puellam unicam è regiâ profapiâ Dalipham nomine filiam Momam. Postea regnavit Eman, post quem Valid filius Doma, cui successit filius Rian; Is est Pharao Iosephi. Sequutus est Maadan, & qui vocatur Talma. Is est Pharao Mosis magistri nostri super quem pax, qui tanquam lapis in abyssos demersus est.

